



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

**Österreichische
Nationalbibliothek**
Wien

55.268-A

Alt-

The image shows the front cover of a book. The cover is decorated with marbled paper featuring a pattern of dark brown, black, and red veins on a yellowish-gold background. A dark brown spine is visible on the left. A white rectangular label is affixed to the top left of the cover, containing three lines of text: the library name 'Österreichische Nationalbibliothek' and 'Wien', the call number '55.268-A', and the word 'Alt-'.

37.00-118.

Leopoldine

BARTHO-

LOMAEI FACII ET

IO. IOVIANI PONTA-

Soc. ni rerum suo tempore gesta-
rum Libri sexdecim. Jesv

Neostady

Austria

5 668

QVOS IDCIRCO CVM GVIC-
ciardino coniunximus, quia vbi Pontanus desinit;
Guicciardinus suam historiam i.c. coarct.

55.268-A

~~56281-A~~

BASILEAE

M. D. LXVI.



BARTHOLOMAEI
FACII RERVM SVO TEM-
PORE GESTARVM
LIBER
PRIMVS.



ETSI nonnullos viros hac etas
tulit, qui praestati ingenio atque
doctrina pradi, tū ad alia qua-
que, tum ad res gestas scribendas
peridonei existimari possunt: fue-
rantq; & nostra & patrum no-
strorum memoria aliquot popu-
li, ac principes clari; qui magna ac laudabilia facinora

gessere: ea tamen est apud plerosque nouarum rerum
negligentia, vt perpauci ad scribendam historiam sese
conferant. Sunt enim quos, cū legerint aut Alexan-
dri, aut Caesaris, aut populi Romani facta, hac noua
ac recentiora non multum delectent. Nanque ita se res
habet, vt quae nobis notiora & familiariora sunt hac
in minore pretio, nescio quonā modo habeamus. Ego ve-
rò haud abnuerim, nec Regem, nec ducem, nec ciuita-
tem vllam etate nostra, aut etiam auorum nostrorum
existisse rerum gestarum gloria & virtute cum ijs
comparandam. Quamquam quis est adeò imperitus re-
rum, qui nesciat vel eorum res, quos modo nominauis,
disertorum scriptorum beneficio nonnihil illustriores
atque ampliores factas esse? Sed certè & hac recentio-
ra iudicio meo tanti sunt, vt eos etiam in etatem suam
quodammodo ingratos atque iniquos putem: qui qua-

contigere suo tempore, veluti leuia quaedam ac notitia parum digna negligere videantur: cū ipsi potius verbis extollere deberent, & aut aliorum ingenijs illustrata perlegere, atque in honore habere, aut eloquetiam hominū, vt res sui seculi ab interitu vindicare vellent, excitare. Hac tamen si veniebāt in mentem, non vsque adeo tamē valuere, vt me à rebus nostris memoria mandandis deterruerint, existimantē nulla in re honestiore ac iucundiore exerceri ingenium posse. Namq; vt fructum taceam, qui ex historia maximus capitur, nulla profectō res est, qua tanta cum delectatione aut scribentis aut legentis animum teneat, cū propter alia multa, tum propter temporum vicissitudines, fortunaq; varietates, quibus ea redūdat omnis. Ac nostri quidem seculi res gestas consideranti mihi, Alphonsi regis facta admirationem in primis asserre assolent: qui à remotissimis Hispaniæ oris in Italiam profectus, cū alia multa memoratu digna gessit, tum Neapolitanum regnum magnum atque opulentum singulari virtute perdomuit. Quocirca res eius literis mandare, & quantum fuerit in me, illustrare constitui, ne tatarum rerum cognitio posteris obscura relinquatur. Quid si pro rei magnitudine fortasse minus consequi potuero: at ceteris omnibus qui volēt eiusdem de rebus posthac scribendi facultatem praeuisse non inanis opera, vt arbitror, fuerit. Ab Neapolitano igitur bello initium factururus, eius causam atque originem primum repetere paulo altius omnia aperiam.

MARTI.



MARTINVS Quintus pontifex maximus, is qui sacrosanctam potestatem pontificiam tyrannorum quorundam scelero prope euersam restituit, cum Florentia degeret, Bracij Motony iniurijs laceſſitus à Ioāna Neapolitanorum regina opem petijt. Ea verò Sfortiam Cotiniolam regiarum copiarum præfectum auxilio petenti miſit: qui ſecundis aliquot prælijs factis ad poſtremum acie uictus, vt ſibi decretum ſtipendium inuide-ri agnouit, quorundam opera, qui primum apud Ioannam dignitatis locum obtinebant, omnia ad ſuam potentiam reuocare cupientium, Ludouicum Andegauenum principem, regem poſtea appellatum, vt ad Neapolitanum regnum capeſſendum veniret, quod ad ſe pertinere profitebatur, per literas ac nuncios exhortari cœpit; operam in id bellum impigrè pollicitus. Facile mouit Ludouicū, iam multo ante Neapolitanorum quorūdam exulum quotidianis ſuaſionibus eius regni cupiditate inflammatum, eius viri auctoritas: quem acceperat præter egregias belli artes, in Neapolitano regno complura oppida tenere. Latus itaque talibus nuncijs renunciari Sfortia iuſſit: periucunda ſibi accidiſſe, quæ ultro obtuliſſet: & ob eam rem gratias agere. Bellum Neapolitanum ſibi, & prius, & tūc maxime cordi eſſe, talem præſertim virum, ac ducem copiarum, naſto. Paraturum ſe omni cura claſſem, qua Neapolim traſciat. Simul cū ijs qui ad ſe venerant mittit, qui de ſtipendio ac cæteris rebus ad bellum pertinentibus cum eo agāt, actaq; ad ſe referant. Quibus omnibus coſtitutis, Sfortia extemplo coactis diſſipati exercitus reliquijs in Campaniā proficiſcitur: ſineſq; regni

ingressus, ut per pacatum agrum agmen duxit: nec diuini quicquam aut humani violauit, prius quam Neapolim peruenit. Ibi demum nullo ad conspectum agminis concursu facto, ad mille ab vrbe passus, castris per otium positis, hostem se Ioanna professus est. Tum ingēs trepidatio & pauor per omnem Campanū agrum, simulq; fuga agrestium, pecorumq; in oppida munita fieri cœpta. Initio eius aduentus pleriq; ciues quos Ioanna regia taderet, sese ad eum in castra contulerunt, cum his satis constaret illum pro Ludouico gerere bellum. Quorum accessu elatus Sfortia (in ijs enim erant nonnulli summo loco nati) aperte laceßere Ioannam cœpit. Illa quāquam inopinari hostis aduentu, & ciuium ad eum transitione conterrita, haud segniter tamen ad vrbis defensionem intendit. Itaque quamprimum dispositis ad omnes portas circaq; in muris, oportunis quibusq; locis, stationibus, neque hosti, neque infidiis ciuib; opportunitatis quicquam ad tētandas res nouas reliquit. Posthac delectus raptim in vrbe, atque agris fieri placuit: conuehendaq; vndique annona, ac munienda vrbi ratio, curaq; inita. Ioanna deinde consultante quonam modo instātibus periculis obuiam iretur, censuere omnes qui aderant, externa auxilia imploranda esse (neque enim tam Sfortia conatus, quam Ludouici aduentus metuebatur) sed primū à Martino pōtifice maximo, ad quem regni tutela pertineret: ac si ea spes falleret, ab iis principibus, ac regibus qui se inuare modo vellent, præcipue ab Alphonsō Aragonum rege, cuius in Sardiniam classe profecti iam tūc ingens in Italia nomen erat. Hac sententia comprobata, Ioanna confestim Antonium Carassam cognomēto

Malitiam,

Malitiam, cui maximè confidebat, mittit, inberq;
 nisi intra certum diem auxilium à pontifice impe-
 tret, ad Alphonsum in Sardiniam nauiget, atque ab
 eo auxilium postulet: simul qua illum regi polliceri
 velit, auxiliij impetrandi gratia edscet. Post hac Fran-
 ciscum Vrsinum & Ludouicum Columnam claros co-
 piarum duces mercede conducit: Christophoroq;
 Caietano accercito (hi omnes ad mille equites duce-
 bant) Ioanni Caracciolo vrbis custodiam demandat:
 Hic genere clarus, virtute, & forma corporis clarior;
 omnium longè princeps apud Ioannam erat. Malitia
 nauis longa, ac biremi acceptis Pisas, atque inde pe-
 dibus Florentiam ad pontificem profectus: qui per id
 tempus in ea vrbe, à Braccio pulsus, sedem suam con-
 stituerat, sese contulit. Qui cum Ioanna discrimen
 docuisset, & requisito auxilio, spem modò sibi dari
 animaduerneret, statuit ad Alphosum trajcere, Ioan-
 na priùs de sua profectione certiore facta. Eius confi-
 lium confirmauit, atque adiunxit fortuna. Erat enim
 fortè per id temporis Florentia Gartias quidam His-
 panus eques, Alphonso percarus, qui cognita causa
 aduentus Malitia, cum haud dubiam auxiliij regij
 spem fecisset, vti ad regem continuo nauigaret, per-
 suasit. Prægressus itaque Plumbinum, quò naues
 ire iusserat (neque enim vnà cum Gartia ire voluit,
 ne quid eius viri comitatus suspitionis pontifici præ-
 beret) petito à pontifice commeatu, simulatoque
 Neapolim reditu, ad confirmandam auxilij spe Io-
 annam ibi hominem prestolatus est: qui cum eo-
 dem paulò post tranquillo mari in altum euectus, in
 Sardiniam traiecit. Interea Neapolitani Andega-

BARTHOLOMAEI FACIT

pensis factionis Ludouicum crebrò per literas, ac nū-
 cios monere, atque hortari, vt maturè instructa classe,
 quam Genua parabat, confestim accedere ne cun-
 ctaretur. Futurum ei postea perdifficile, quod tunc fa-
 cile factu haud dubium esset, si illum Alphonsus, quem
 regina auxilio venturum suspicabantur, cum classe
 proueniret, frustra postea amissam oportunitatem
 quesitum, fortunamq; imploraturum. Proinde si
 ea res sibi cordi & cura esset, maturaret: ita facto
 opus esse. Et iam Ludouicus Columna, & Franciscus
 Ursinus, quos à Ioanna cōductos dixi, Christophorusq;
 Caietanus cum copijs accesserant, Sfortiamq; a soli-
 tis excursionibus prohibebant, & ciues quorum fides
 suspecta erat, in officio continebant. Neque enim erat
 quisquam qui se ducē profiteri auderet. Ludouici ad-
 uentum taciti omnes opperiebantur. Legatus ab Al-
 phonso benignè & comiter exceptus, facta loquendi
 potestati primum de regina in eum vnum spe, atque
 animo verba fecit. Posthac difficultates ac pericula
 exposuit. Ludouicum Andegauesium ducem, illam pa-
 terno & hereditario regno exuere conari: parare
 classem, qua Neapolim petat. Sfortiam, quem illa si-
 bi in aduersis suis rebus vnicum praesidium existima-
 uerat, sibi hostem è duce factum, castrisq; ante urbem
 positis, omnibus belli cladibus agros vastare. Eam ve-
 ro, & si non deerant reges alij, qui opitulari ei vellent,
 ac possent, ab eo potius opem postulare voluisse, ob no-
 minis eius celebritatem, ac gloriam. Proin orare, atq;
 obtestari, vti regina causam tuendam susciperet, ne
 ue pateretur eam per iniuriam regno spoliari: celeri-
 tate uero ante omnia opus esse: quandoquidem &

Sfortia

Esfortia cum ingentibus copijs vrbi imminet, & Ludouicus cum classe breui affuturus putetur, quam Genue parari certum sit. Magna sibi laudi gloriaq; fore, si laborantem reginam, & rebus diffidentem suis, in antiquam dignitatem, statumq; restituerit. Quod ut haud grauate onus susciperet: reginam vbi se tueri vellet, ei primum omnium in filium adoptato, Calabria ducatum, qui honor regionum filiorum maximo natu haberi soleat, cum regni successionem polliceri. Cum hac dixisset, Alphonsus allata modo auxilij spe, rem ad consilium detulit: nec ferme vllus fuit, qui id bellum suscipiendum diceret, quoniam permagnos sumptus postulare videbatur: & erant qui vererentur, ne si bellum diutius trahi contingeret, Neapolitani satis constantes in bello futuri essent: quod eam gentem consilia variare ad fortunæ mutationem solere, fama erat. Re igitur suspensa, cū adhuc incertus esset, quid ageret, legatus, quem Ludouicus ad eum miserat, triremium decem petendarum gratia, quas classi, quam Genue parabat, adijceret, cognito Malitia aduentu, eiusq; causa, ad eum profectus, inquit, scire se, legatum a Ioanna missum ab eo opem postulare, nec id dissimulari posse: ceterum existimare se haud commissurum ut nouam Ioannæ gratiam veteri Ludouici gratia, atque amicitia prælaturus sit. Neque enim sibi causam vllam esse, ob quam iusta arma suscipere aduersus Ludouicum possit, qui cum sit, præter amicitiam, affinitate coniunctus. Vocari Ludouicum a Neapolitanis ciuibus magnis obtestationibus: regnum, quod sibi legitimo iure debeat, quodq; à ciuibus ultro offeratur, armis (quando aliter non liceat) ven-

dicare. Sibi verò haud dubium esse, si quas petijt na-
 ues, Ludouico concesserit, aut certe ei aduersus non
 fuerit, Ludouicum sperati, atque exoptati regni bre-
 uis compotem fore. Deberi id certè tam veteri consan-
 guinitati, tum amicitia: nec committendum, vt im-
 perandi cupidine à Ludouici amicitia discessisse vi-
 deatur. Ad hæc Alphonsus, non negare se primum Io-
 annam ab se auxilium petere, ceterum nihil adhuc
 super eare decretum esse: cognationē, & amicitiam
 Ludouici, quam commemorarit sibi caram esse, eamq;
 magni aestimare. Prestaturum se quod Ludouicus po-
 stulabat, modò ipse à Genuensium, quibus cum bel-
 lum gerebat, societate discederet. Ludouicum verò
 suam, & Genuensium amicitiam simul habere non
 posse: quod non sit æquum, neque committendum, sua
 vt classis cum hostili classe coniungatur. Cum hoc res-
 ponso dimissus legatus ad Ludouicum regressus est. Qui
 cum vtiliorem sibi Genuensium amicitiam, & so-
 cietatem arbitraretur, in vna celeritate victoria
 spem repositam ratus: omisso Alphonsi auxilio, nihil
 ad conficienda classis celeritatem sibi reliquum fecit.
 Vicerunt igitur regem, regina misera & afflicta for-
 tuna (facile enim alliciunt animos ad misericordiam
 supplicis preces) quam à se auxilium implorantem as-
 pernari, non existimabat eius esse, qui regio nomine
 & maiestate dignus haberi vellet. Quamuis autem
 suorum propè omnium contrarias sententias (vt antè
 dixi) animaduerneret: accersito ad se Malitia, inquit,
 se regina causam tueri constituisse, nec passurum vt
 illa è regno tot annos à maioribus suis possesso ejcia-
 tur. Nec verò se ijs tam moueri premijs (quamuis per-

magna

magna sint quæ illa spondeat) quàm eius incommodis, ac periculis, præsertim cum ad se, prætermisissis cæteris regibus, certo iudicio postulatam auxilium intelligat: missurum se in præsentia Raimundum Pirilionem, præstantem virum cum rostratis quatuordecim, qui illi opem ferat, commeatusq; ex Sicilia deportari curet. Quæ cum audisset legatus spe plenus, mittere ad Ioannam quamprimùm statuit, qui illam, quæ egisset, diligenter faceret certiores, ut auxiliij spe allata, fortius labores, atque incommoda belli toleraret: maxime quod Ludouicus classem properè parare ferebatur. Quam rem cum Alphonsus comprobaret, Paschalem Ioannæ à secretis, qui illi comes datus erat, cum biremi misit, & quæ egisset omnia quòue tempore se affuturum cum regia classe speraret, ad Ioannam perscripsit. Qui acceptis literis, idoneam ad nauigandum tempestatem nactus, in altum euectus est: & iam nauigando ad oppidum, quod Ciuitatem veterem vocant, peruenerat: portumq; ingressus, in terram commeatuum petendorum causa descenderat: cum fortè Ludouici classis subitò atque insperatò apparuit. Erant in ea classe præter onerarias sex, rostrata duodecim, cuius improuiso aspectu conturbati qui in biremi erant, relicto eo homine cuius expectandi spaciū propter hostium propinquitatem non habebant: anchoram repente moliri, concitato remorum pulsu Neapolim contenderūt. Sed nibilo magis Ioanna ex ijs ordine scire potuit, quæ Malitia cum Alphonso egisset: literæ enim omnes amissæ erant. Id modò cognouit, venturam propediem, icto iam fœdere, ab Alphonso classem, Paschalemq; apud Ciuitatem Veterem relictum, cumq;

interceptum putari ab hostili classe, cuius metu quoddam appropinquauerat, eo relicto, effugissent. Quibus cognitis, quamuis hostilis classis aduentus terrebat, & eius hominis captiuitas grauis erat, vehementer recreati sunt. Ludouicus appulsa ad oppidum classe, ut audiuit de Pascale à suis destituto, hunc inuentum ad se perducere iussit, extortisque literis, cuncta, quae cum Alphonso acta erant, cognouit. Post hac eo in classem imposito prosperum ventum nactus, paucis diebus Neapolim peruenit: iactisque ante urbem anchoris, naualibusque socijs, ac militibus in terram expositis, quos aduexerat, Sfortiam sibi obuiam in littus progressum, castra propius urbem metari iussit. Eius aduentus Neapolitanos variè affecit. Namque & Andegauensibus longè aucti sunt animi, & Dyrrhachinis imminuti. In hac enim duas factiones Neapolitana ciuitas, atque adeò omne regnum diuisum erat. Non tamen omnino remifere animos Dyrrhachini, seq̃ expectatione classis Alphonfi solabantur. Itaque imperata pro se quisque impigrè atque obedienter facere, ac destinata munera obire atque exequi. Alij turres ac muros armati custodire: alij urbem die noctuq̃ circumire atque intruifere: alij tela parare ac tormēta idoneis locis disponere: nec facultatem tentandi aliquid per negligentiam aduersæ factioni dare. In eo autem maxime peccatum in quo quis cessasset existimantes, de officio certabāt. At Ludouicus hostium expectatione cognita, omnia tentanda arbitratus prius quàm hostilis classis aduentaret, rostratas ante urbem sæpius circumuagari iussit: moturos aliquid in vrbe Andegauensis factionis homines existimans: quorum cognati & necessarii

cessarij ad Sfortiam in castra transferant. Ceterum eius spes atque opinio irrita cecidit. Nam etsi multi in vrbe erant, qui regnum ad illum depulsa Ioanna deferri cupiebant, tamen inimicorū vis atq; diligentia omnem ijs nouandarum rerum facultatem auferebat. Certabatur quotidie leuibus pralijs uario euentu. Dum hac Neapoli geruntur, Raimundus cum Malitia legato omnibus ad cursum comparatis è Sardinia soluit: idoneamq; ad nauigandum tempestatem nactus in Siciliam venit. Ibi iussis aliquot onerarijs cum frumēto sequi, confestim velis sublatis Neapolim petijt. Erant in ea classe naues longæ sexdecim: ad cuius prospectum mira quedam animorum commutatio facta est. Nam quantum Andegauenses remiserunt animos, classis suæ vsu prope sublato, tantum Dyrhachini sustulerunt: tantaq; ab iis leticiæ significatio edita est, flammis per noctem tota vrbe perlucens, quanta in dubiis rebus fieri assolet, qui auxilio diu ac multum expectato tandem potiuntur. Rostrate hostium quæ quotidie in portu ante urbem excurrere ad concitandos ciuium animos solita erant, confestim sub onerarias (erant enim pauciores numero) tanquam sub tutam & eminentem arcem sese recepere: nec liberè nauigandi aut discurrendi (tribus præsertim triremibus Ioanna additis) postea potestas fuit. Expositus in terram Malitia quæ egisset cum Alphonso non verbis modò, verum etiam rebus ipsis edocuit. Freta hoc auxilio Ioanna & à mari omnis generis commeatus capiebat, & à terra hostium vim facile arcebat. Fuit autem hic annus ab ortu Christi Dei nostri vigesimus & quadringentesimus supra mil

lesimum. Postridie Raimundus nauis egressus in magna
 ciuium frequentia ad reginam accessit. Qua conspe-
 cta, Bono te, inquit, animo regina esse Alphonsus iubet:
 cuius in te pietatem, atque animum Malitia legato
 tuo referente satis scire potuisti. Nullum tamen eius
 rei certius argumentum aut clarius indicium hoc vno
 est. Simulac enim ex legato tuo agnouit, Ludouicum
 hostem tuum susceptam expeditionem pertinaciter
 persequi, ut saluti tuae, ac dignitati consuleret, mo-
 cum hac classe quam vides ad te ire vna cum legato
 cōfestim iussit, quam satis esse, & ad urbem tuendam,
 & ad com meatus inferēdos in praesentia existimauit.
 Quod si te haud aliter quam praesente se tanto belli
 onere leuari posse cognouerit, sese cum reliqua clas-
 se reliquisq; copiis mox tibi affuturum pollicetur. Cu-
 ius rei si usus venerit, sentient profecto hostes, à te
 haud nequicquam eius opem imploratam esse. Itaque
 posito metu forti fac sis animo, atque Alphonsum tuis
 rebus aduersis nusquam defuturum confide: qui quan-
 tum te adiuuare possit & milite & com meatu, super-
 uacaneum dicere existimo. Nam ego (quod ad me at-
 tinet) tibi pro mea in regem fide regina polliceor, mo-
 pro tua dignitate ac statu conseruando nullum discri-
 men ac laborum recusaturum. Ad haec Ioanna: Nun-
 quam equidem dubitavi, inquit, quin ab Alphonso fa-
 cile in tantis malis auxilium impetratura essem: quod
 nobis eius humanitas atque animi specimen haud in-
 auditum erat. Idq; mihi vnum in calamitatibus meis
 solatium, ea vna spes relicta erat, cum cetera omnia
 desperationem quandam afferrent: ob eamq; causam
 omnes difficultates ac pericula forti animo tuli. Acce-
 peram

peram enim eum ijs maioribus ortum, qui semper laudi & gloria studuerunt. Acceperam eo patre & rege natum, qui consilio atque animo cunctis aetatis suae regibus anteisset. De eius erga me voluntate, ex Malitia legato multa accepi, sed nullum habeo testem certiore, quam tuum cum hac classe aduentum, quo hostes ipsos conterritos videmus. Equidem dum sciam eum incolumen esse, nihil est quod aut hostem metuā, aut pristinam auctoritatem ac regni possessionem me recuperaturam desperem. Ego vero eius auxilium hoc pluris facio, quod in tempore venit urgente mari, terraque hoste, & quod te virum fama praclarum classi ducem datum esse conspicio. Hac ubi dicta, Alphonsam in filium primum adoptatum ingēri omnium assensu, per praconem Calabria ducem pronunciari iubet. Deinde Raimundo aureo torque regis nomine, ut fieri consuevit, ornato, ac per totam urbem in summa Dyrrhachinorum laticia circumducto arcis maritima, quam Ovi appellant, uti per Malitiam legatum pepigerat, claves tradi imperavit. Per eos dies Aversana arx, qua amisso oppido nihilominus in fide permanserat, per prodicionem in Ludouici potestatem venit. Nanque Frācisus Gatula studio partium ductus eam petenti, & multa pollicenti Ludouico tradidit, quo postea oppido tanquam horreo quodam ac belli sede propter situm opportunitatem usus est. Neque enim ab Neapoli plus octo millia passuum abest, annona, atque omni fugum genere in primis abundans. Inter hac Baptista Fregosus eius classis dux, qua Ludouicus Neapolim traiecerat, postquam Ludouicum mari nihil moliri posse animaduertit, propter hostilis classis aduen-

tum, primò Surrentum, inde Genuam abiit. Nec multò post Ludouicus; cùm sæpius vim ac dolum nequicquam tentasset, cum exercitu Auersam est profectus, ratus Auersanos facilius in fide contineri, & frumentum ac necessaria omnia exercitui multò commodius suppeditari posse. Inde quotidie in Neapolitanum agrum procurstationibus crebris omnia circa urbem infesta faciebat. Cum hic esset rerum status, & profecta ab Alphonso classis, non finem presentibus malis, sed tantum respirationem quandam attulisse videretur; mausq; & grauius bellum id esse appareret, quam quod per Præfectum confici posset: crescentibus indies Ludouici opibus, finitimisq; plerisq; rerum successu ad eum confluentibus, inualesceretq; quotidie magis civilis seditio: quæ hoc grauior ac periculosior erat, quo hostis erat propinquior: rursus Ioannæ ac totius Dyrrhachinae partis animi in vñu Alphonsum cõuersi sunt, nullam salutis spem aliã superesse arbitrâtes. Mitti igitur placuit ad eum legatos, qui docerent quò statu Neapolitana res esset: quamq; necessarium foret, si Reginae statum saluum vellet; confestim eum cum reliqua classe Neapolim trajicere: omnia enim quæ Ioanna sponderit Raimundo præstita. Inter hæc, qui Andegauensis partis erant, per crebra hostium colloquia sollicitati, de prodenda Ludouico vrbe Neapoli consilium incunt. Porta erat angusta, infrequenti via, ac deserta vrbis parte, ad Carbonariam (quam vocant) sita, quam sub Sfortiæ aduentum, cemento & calce raptim obstructa, terra insuper congesta cumulauerant. Per hanc cùm occultius intromitti hostes posse coniurati existimarent, compositis omnibus Ludouic-

cum

eam monent, vti quarta noctis vigilia cum Sfortia
atque omnibus copijs tacito agmine accedat: sese re-
fractis portæ claustris, eius copias repente admissu-
ros. Quo discrimine cognito Ioanna propè consternata,
Ioanem Caracciolum cum omnibus externis copijs at-
que urbana inueterate urbem ac mœnia obire confestim
iubet: ne quid coniurati mouere auderent. Quod vs
coniurati animaduertere, sua consilia patefacta ar-
bitrati alij alios hortari coeperunt, vti correptis ar-
mis rem exequi properarent, priusquam inermes do-
mi comprehensi pecoram modo trucidarentur: Io-
annem Caracciolum magno armatorum numero per
urbem discurrere, ac suspicionis huius signa certa ede-
re. Mutuis itaque studiis accensi, clam arma capiunt;
& ad infringenda portæ claustra surtim contendunt,
quod vs erat facilius: quoniam in vs nonnulli erant
quibus negotium datum fuerat, vt noctu vigilas in
muris circumirent. Ad hanc aliquot profecti eamq;
interceptis custodibus refringere aggressi (nam ceteri
domi armati signum expectabant) ad Ludouicum
mittunt haud procul ab vrbe præstolantem; qui mo-
neat vti copias confestim admoueat, ita facto opus es-
se. Caterum cum iam perfosso atque eruto muro; pa-
tefactum hostibus ingressum putarent: rigillus portæ
ab interiori parte obductus equitem ingredi inhibuit.
hunc verò ne cadentes sonitus proderet, nequaquam
securibus cadere audebant. Quod hostes conspicati e-
quis repente delapsi ingredi urbem cœpere: quorum
strepitu propinqui vigiles excitati, atque ad portam
quantum vti possent, tacite progressi: vbi portam pa-
tefactam sensere, repente ad arma conclamant; te-

ueri ab hoste urbem, pluresq; iam intra muros esse. Tum trepidatio simul & pavor repētē urbem inuasit: sed minor aliquanto fuit, quod haud omnino improvisa res erat. Ignari primò ubi nam periculum foret, armati per urbem discurrentes, ne qui motus à coniuratis fierent, quā hostes ingressos acceperunt, eò ceteruatim cōtendere. Primus omnium Christophorus Caietanus vir animo & consilio clarus, cui ea pars mœnium tuenda data fuerat, cum paucis suorum ad eum locum equoprouectus conferto praelio hostilē impetum sustinuit, donec Ioannes Caracciolus ac Ladouicus Columna cum equitatu assuere. Hi non modò ingressos expellere, sed etiam ne alij ingrederentur summis viribus contendebant. Atrox certamen erat, præsertim quod in tenebris res gerebatur nocturno tempore tumultu terrorem augente. Simul duplex cura Dyrrbachinorum angebat animos: vna eijciendorum ex urbe hostium, altera ne coniurati per noctis occasionem sese hosti adiungerent, tergaq; eorum inuaderent: quorum pleriq; fortuna euentū expectantes, sese Dyrrbachinis immiscuerant. Sed in id vnum pertinaciter pugnatum, Sfortia contra maximè adnitente, ne tigni rescindendi hostibus potestas esset: ne cum equitatu liberius in urbem irrumperent. Inter hæc Raimundus Pirilio tumultu excitatus, cum quingentis naualibus socijs eodem contendit. Quorum interuentu Dyrrbachini vsq; adeò confirmati sunt, vt hostes iam in fugam inclinantes, extemplo vrbe ac mœnibus expulerint. Obstructa rursus porta, eaq; urbis parte fidis custodibus firmata, ceteri quiq; ad stationes sibi demandatas diuertēre. Post hæc de coniuratis quorum nonnulli

nonnulli inter hostes pugnantes visi fuerant habitus
 questio est: quorum plerique grauioris poena metu è mu-
 ro per funem dilapsi sese ad Ludouicum in castra reco-
 pere. horum bona publicata. De ceteris comprehensis
 tres coniurationis auctores securi percussi, reliqui pe-
 tunia mulctati sunt: atque ex eo argento multatitio
 in ararium relato, bellum, quod alioquin vix susti-
 neri poterat, aliquandiu pertractum est. Postridie Lu-
 douicus qui ad mille passus ab vrbe equitatu fretus sub-
 stiterat, vt nec motum vllum in vrbe concitari, nec
 hostes ad pugnam prodire animaduertit, ad multam
 diem cum exercitu Auersam se recepit. Crebra deinde
 procurationes vti consueuerant, vtrinque fiebant: nec
 circa urbem parati quicquā relinquebatur. Ceterum
 Dyrrhachini adeo sustulerant animos patefacta con-
 iuratione, depulsis vrbe hostibus, frumenti & cete-
 rorum comineatuum importatione, vt iam hostiles
 excursiones minasque contemnerent. Interea legati à
 Ioanna ad Alphonsum missi in Corsicam peruenerunt.
 Namque Alphonsus per id temporis Corsos oppugnabat,
 Bonifaciumque oppidum totius insulae ac gentis caput
 castris sub urbem positus, obsidebat: hicque, vbi potestas
 loquendi facta est, pluribus verbis regi disseruerunt,
 cur Ioanna eius ad Neapolim profectionem per necessa-
 riam existimaret. Deinde docuerunt eundem & regi-
 nae filium, & Calabria ducem pronunciatum in arcem-
 que maritimam in Raimundi manu esse. Quibus ac-
 ceptis, Alphonsus non defuturum se reginae & matri
 optime de se merita cum respondisset, omnibus celeri-
 ter ad nauigandum comparatis, in Siciliam traiecit,
 inde, vt primum sibi commodum foret, Neapolim

petiturus. Misitq; ad Ioānam cum legatis qui illam de aduentu suo in Siciliam certiores facerent, seq; breui ad illam venturum significarent. Quō ad illum profecti Antonutius Aquilanus Calabriae Praefectus & Hieracj, Terra noua, ac Sinopolitanus, & alij quidam eiusde regionis procures cohortati sunt, postquam Calabria dux à regina factus esset, mitteret quempiam e suis qui eam prouinciam pulsus inde aduersarijs tueretur. Quorum consilio probato, Ioanna Hixeritanum regia stirpis carissimum sibi hominem, & in quo multas & singulares animi ac corporis dotes inesse norat, cum imperio eō misit. Qui in Brutios, quos nunc cum Calabris vno nomine Calabres vocamus, cum aliquanto equitatu transgressus, coniunctis copijs cum Antonutio ac ceteris, primum Maletum petijt: quo oppido in capto, & in fidem recepto, paulo post Neocastram petens, & ipsum quoque oppidum in regis potestatem redegit. Deinde in Gratiis fluminis valem, quod flumen ab antiquis Acheron appellatum, & Alexandri Epirotae, nece nobilitatum, Cosentiam insiuit, progressus, paulatim praeclara facinora aduersus Franciscum Sfortiam & Crotoniatem regulum, aliosq; Andegauensium partium edidit. Interim dum arma, dum iuuentutem, dum pecuniam & commutatus prae parat, de ratione belli cogitare intentius coepit. Iam enim cernebat animo, quanta esset eius futura belli moles. In primisq; cum animaduiceret sibi turpe ad famam fore proficiscentem se ad reginam obsidione liberandam ipsum in vrbe Neapoli obsideri. Braccium qui Sfortia, opponeretur, mercede conducere instituit. Erant hi duo clarissimi ac praestantissimi eius tempestatis copiarum duces.

Braccius

Braccius quidem genere opibusq; illustrior. Caterum scientiæ rei militaris, animi magnitudo & auctoritas in utroq; propemodum pares, non solum emulationem inter illos accenderant, sed etiam graues inimicitias pepererant, adeo ut non veluti hostes, sed tanquam inimici inuicem bellum gererent: alter alteri semper aduersi infestiq;. Vna re disparcerat, quod Braccius animi tantum viribus, Sfortia non animi modo, verum etiam corporis pollebat. Braccius enim vno latere debilitatus armis uti non poterat. His de rebus existimauit Alphonsus nullum a se copiarum ducem Ioanna rebus utiliorem conduci posse. Misit igitur ad eum Ioanna voluntate nuncios, qui de eo conducendo ageret. Qui cum intelligeret si Ludouicus pulsa Ioanna regno potiretur Sfortiam amulum, postea Ludouici fauore atque opibus subnixum, multo quam se potentior fore, oblatam conditionem latus accepit. Caterum dum profectiorem parat, complures dies intercessere: cuius mora dua fuerunt cause: vna quod stipendium ad eum serius missum est: altera quod non satis tuto relinquere sua existimabat. Is enim Martino pontifici insensu alioquot Romane ditionis oppida armis occupauerat: quæ quidem rem illi postea exire fuisse crediderim, quasi cum superis bellum gerenti. Verebatur enim, simul ac in Campaniam cum copiis transisset, ne pontifex immisso exercitu, receptis iis, quæ amiserat, sua insuper oppugnatum iret. Interim Alphonsus ordinandis Sicilia rebus, preparandisq; quæ ad bellum gerendum opus esse videbantur, omnem curam ac studium adhibebat: frequentesq; nuncios ad Braccium uti aduentum maturaret dimittebat. Itaque Braccius compositis domi re-

bus, oppidisq; praesidio firmatis, è Perusio tandem mo-
 uit, ac per Pelignos Sulmonem deuenit: quinquagin-
 tag; millibus passuum vno die cōfectis celerius opinio-
 ne omnium Capuam est profectus, frustra tendente
 Sfortia, qui de eius profectioe acceperat, ne in Cam-
 paniam transgrederetur. Cumq; celeritate aduentus
 sui samam prauenisset, fallendorum hostium ei opor-
 tunitas data est. Nam cum postridie equites, quos pra-
 sidij causa ad Maria maioris vicum Ludouicus mise-
 rat, vt solebant, haud praeul à Capua excursionem fe-
 cissent, & ij qui obuiam exierant, ex composito cede-
 rent, ut persequentes in insidias alliceret, Braccius cū
 equitatu ex vrbe repente egressus, tantum ijs terroris
 iniecit, vt primum impetum non tulerint, nec prius
 finem fugiendi fecerint, quam ad vicum vnde discesse-
 rant peruenerint. Hic verò cōfirmatis paulum animis,
 loci fiducia constitere: ac sub templum quod in arcis
 modum emunus: erat sese receperunt. Insignis ea pu-
 gna pro numero equitū fuit. Quos cū Braccius diu-
 tius praeter spem resistere intueretur, exhortatus mili-
 tes, eos intra muros praecipites repulit, templumq; eo-
 dem impetu praeter turrin cepit, cuius expugnatio eo
 difficilior videbatur, quod in eam confugerant Perusi-
 ni quidā eius factionis qua Braccio aduersa erat, quos
 mortis metus audentiores ad resistendum faciebat:
 hiq; à Braccio venia data arce excesserunt, ipso vico in
 Ioanna potestatem redacto, omniq; hostium equitatu
 prope capto. Post hac Braccius Capuam reuersus nullo
 iam obistente, quod equitatu superior erat, Neapo-
 lym profectus est: & quod tam diu aduentum suum
 distulerat, prius prope in conspectu vrbus fuit, quam
 de ciue

de eius aduentu nuncijs fides haberetur. Interea dum Braccij aduentus expectabatur, quod multi ciuium ex coniurationis reliquijs ad Ludouicum inclinari videbantur, & pecunia in stipendium militi deerat, legati sex ad Alphonsum denuò missi fuerant oratum, ne quid amplius eorum spem desereret, si se saluos esse cuperet. Ludouicum enim vndique copias cogere, omniaq; ad bellum traducendum necessaria summa cura providere: periculum esse, ne qua noua cōiuratio, si diuturnior obsidio foret, in vrbe rursus excitaretur: Bracciū omnibus rebus domi constitutis, mox affore: non esse humanitatis eius, quibus tantam de se expectationem prae-buisset eorum ad extremum salutē negligere: multos quotidie ciues nec infimos quidem, sed qui & genere & gratia inter ciues valeant, in hostiū castra consuere, atque ad res nouas hos sollicitare, quibus cum aliqua necessitudine iūcti sunt: quibus omnibus malis ipse vnus mederi posset. Profecto Neapoli Braccio, colloquioq; cum Ioanna habito, litera quamprimum ad Alphonsum de eare data, vt si quid eius viri expectatio aduentum eius moraretur, quae vulgò increbuerat opinio, omnem penitus moram rescinderet. Quòd cum Alphonsus cognouisset, profectionem maturare instituit. At Ludouicus post Braccij aduentum, quòd erat impar viribus, nihil temerè agendum ratus, à solitijs excursionibus ac populationibus suos continebat. Sed magis eum angebat Alphonsi expectatio, quem sciebat maiores quàm se vires ad alendum bellum habere, & susceptam semel expeditionem non deserturum. Quare ad Martinū pontificem, qui in eum prouior quàm in Alphonsum erat, legatos mittere decreuit: usq; ad

cum profecti hūc in modum locuti sunt: Existimamus
 non ignorare te., summe pontifex, Alphonsum Arago-
 num regem Neapoli indies expectari: eumq, sub au-
 xilij prae-textu Neapolitanum regnum inuadere cona-
 ri: cuius rei haud ambigua argumenta sunt, quod se
 prius a Ioanna in filium adoptari & Calabria ducem
 ac successorem institui per legatos voluit, quam e Cor-
 sica mouerit: quae omnia illi haud repugnanter conces-
 serit, vt ea quae viribus diffisa metuit ne regno spolie-
 tur, quamlibet conditionem ferre haud renuens, modo
 quando uineat regno frui, aut certe regina nomen re-
 tinere possit. Nec illud ignoras, Braccium acerrimum
 inimicum tuum ab eodem rege mercede conductum,
 cum multo equitatu iam in Campanum transisse, mox
 his oppidis bellum illaturum, quae Ludouico portas aper-
 ruerant: cui vni cum resistere vix possit, quod is plus
 valet equitatu quam Sfortia, accedentibus nouis Al-
 phonsi viribus quid arbitraris fore? Cedat sane. & ab
 incepto desistat oportet: quod si quo fato acciderit, non
 debet apud te dubium esse, quin id iuris atque auctori-
 tatis, quod pontifex Maximus eo in regno habes, is bre-
 ui tempore eleuaturus sit. Rex sublimi animo dominan-
 di cupidus ex longinquis Hispania oris ac gentibus fe-
 ris profectus, omnia suae potestatis faciet: arbitrio pro
 lege vtetur: nec tributum debitum pendet, nec regni
 insignia, quae tui iuris sunt, a te accipere dignabitur.
 Cuius exemplum sequuturi posteri pontificibus dein-
 cept aduersi atque infesti, aut certe contumaces erunt.
 Quae cum ita sint, summe pontifex, tuarum partium
 fuerit in id summa ope eniti, ne Ludouicus bello suc-
 cumbat. Nam cum sis Christiana reipub. dux & mo-
 derator,

derator, omnia te ratione prouidendum est, ne quid de
trimenti eius regnum capi. t. Braccio, haudquaquam
regi comparando, tibi bellum inferente, magnam exi-
stimationis tuae partem amisisti: quid igitur censes so-
re, si a rege tam opulento tibi tollatur auctoritas? Quod
quidem facile tibi contigerit (utinam falsus rateres fin)
si ad prouidendum his malis tardior fueris. Neque enim
eas habet Ludouicus copias, quibus Alphonsi ac Ioanna
vim sustinere diutius queat. Tu vero cum per Braccij
transitum in Campaniam magni belli onere leuatus
sis, poteris commode, si voles, Ludouicum adiuuare:
quem adiuuans facile amissa recuperabis. Quod ni fe-
ceris, & Ludouicus Neapolitanum regnum, & tu de
pontificia maiestate, atque auctoritate non parum pro-
fecto amiseris. Quod ne euenire patiaris, te per sum-
mam hanc tuam potestatem ac per omnes superos ob-
secramus. Facto dicendi fine, ea sibi cura fore ponti-
fex respondit, spemq; auxilij praeiuit, quod ut praesta-
ret duae eum potissima impellebant causa: vna, quod
Braccium quem maxime oderat, vlcisci cupiebat: al-
tera, quod Ludouicum sibi multo obtemperatiorem
existimat at fore. Cum hac spe dimissi legati Ludouico
certiore facto, inde ad Florentinos ac ceteras Italiae
ciuitates, & ad Philippum Mariam Mediolanensem
principem profecti, docuere quanto in periculo Italiae
principes essent futuri, si Alphonsum regni Neapoli-
tani compotem fieri paterentur: quod tanti regni opes
vel moderatum regem, nedum imperij ac gloriae cupi-
ditate flagrantem, ad occupandum Italiae imperium
allicere atque incitare sat possent. Singulos populos ac
principes ei postea parto regno non futuros pares: cui

nunc coniuncti & ad bellum consentientes illo haud dubiè superiores futuri esset. Detestabile profectò cuius debere esse, qui sit in Italia natus, Hispanos habere dominos, & opulentissimam atque amœnissimam Italia partem pati Aragonensium prouinciā esse. Simul summis precibus orabant atque obtestabantur vti Ludouico auxilium ferrent, ac bellū id omnino ad se pertinere cogitaret: nec sinerent regem amicum, in quem maxime Neapolitani regni pars consentiret, eo regno extrudi, vnde maximos fructus capere consueissent. Hic atque huiusmodi verbis ciuitatum ac regulatorum animos concitare conati, benignis modò responsionibus relati, ad Ludouicum rediere. Haud multo post Tartallia inter militares duces ea tempestate celebris cuneis equitibus mille à pontifice ad Ludouicum venit: quo equitatu auctus, hostibus propè par effectus est. At Alphonsus dignitatis suae arbitratus esse, priusquam è Sicilia solueret, legatum ad Ludouicum mittere, qui illum ab incæpto reuocaret: aut si id non posset, ei bellum indiceret, quod matri opè ferre cogeretur, Ioannē Ferdinandū magno consilio virum Neapolim mittit, qui se perbreni aduēturū loāna significet: simul qui Ludouico denunciaret, nisi è neapolitanis finibus cum exercitu abscedat, sese auxilio regina venturū. se quidē initum aduersus eum arma suscipere quocū sibi consanguinitas & amicitia sit: sed eos qui sese in suam fidē & tutelam dederint, destituere, nō videri id humanitatis suae. Quod si antiqua iura repetantur, intelliget Ludouicus ad se magis quā ad eum id regnū iure pertinere, quod per Aragonū reges quibus ipse successerit, ad quos regnū id per Constantiā Manfredi Sicilia regis filiam,

que

que Petri minoris Aragonum regis vxor fuit, ad se per-
 ueniat: Carolumq; illū qui primus pulso Manfredō, re-
 gnum inuasit, nullo iusto titulo regnum tenuisse: quod
 ante eum Henricus imperator Rogerij primi Sicilia re-
 gis gener, regnum illud hereditarium legitimo iure
 tenuerit. Sed tamen quamuis hac sciret, noluisse fœmi-
 nam regare, existimantem maxime iniquum esse,
 quæ Ladislao fratri legitime successerit, hanc regno e-
 xui. Regina obitum ab eo expectari satius fuisse, quæ
 mortua, sortasse regnum sine certamine ad se redisset:
 monere ac rogare se vii ab incæpto absistere in animū
 inducat: suamq; amicitiam retinere, quam inimici-
 tias experiri malit: quod si fecerit, perpetuam sibi
 cum eo gratiam atque amicitiam fore: sin aliter ani-
 matus sit, bellum paret. Cum his mandatis legatus
 Neapolim profectus, postquam Alphonsum breui vētu-
 rum Ioanna significauit, confestim ad Ludouicum ac-
 cessit: cui cum regis mandata exposuisset, irritatus his
 multo magis Ludouicus, Alphonsum facere iniuste ait,
 qui ipsum eo regno expellere conetur, quod Carolo
 auo suo legitimo iure à pontifice maximo concessum,
 ab eo iuste repetatur: non esse sibi obscurū Alphonsum
 non tam auxiliū Ioanna ferre in animo habere, quam
 eius regnum occupare. Quod autem, inquit, possessio-
 nis antiquitatem spectari oportere, nō esse ita: sed qua
 iure quouē titulo quis possideat. Nam quæ vel iusto bel-
 lo parita, vel ab eo qui dandi potestatem habeat tradi-
 ta sunt, hæc iniuste possideri quis arguat? Non debere,
 Alphonsum ignorare, id regnum à pontifice Romano
 summo omnium consensu Carolo auo traditum olim
 fuisse. Ceterum illum dominandi libidine omnia hu-
 mana ac diuina iura negligere. Se tamē sperare Deū

æquum iudicem, vnde ius sit, inde victoriam daturum.
 Se verò neque denunciationibus belli, neque terrori-
 bus ullis susceptam expeditionem deserturum. Inter
 hæc Ioanna de Castro Maris recipiēdo cogitare cœpit:
 quod oppidum a Ludouico tenebatur. Nimis enim pro-
 pter propinquitatem Neapoli imminēbat. Itaque eò
 Braccium mittere cum copijs statuit. Isq; prima noctis
 vigilia cum exercitu clam hostibus profectus, ante lu-
 cem ad oppidum peruenit. Cuius inopinato atq; impro-
 uiso aduetu perculsis oppidanis, antequam ijs sui colli-
 gendi, aut arma capiendi, facultas daretur, irruptione
 facta, oppidum præter arcem primo impetu cepit ac di-
 ripuit: nonnullos præterea vicos circuniectos expugna-
 uit, præda militi concessa. Quod simul atque Ludouico
 renunciatum est, Sfortiam cum equitatu atque eo de-
 lectu quem raptim cogere potuit, eò confestim mittit,
 qui oppidanis auxiliū ferat, & Braccium, si possit, re-
 ditu intercludat. Cuius consilio Braccius per explora-
 tores cognito, in his locis sibi haud diutius morandum
 ratus, quod omnis circa ager hostilis esset, quodq; ea lo-
 ca adhuc militi suo ignota: antequam Sfortia cum e-
 xercitu appareret, relicto oppido, atq; omīssa arcis op-
 pagnatione, confestim abire inde constituit. Itaque se-
 cunda noctis vigilia instructo agmine, quasi vbique
 hostis occurserus fecus mare iter faciens, Sarni flumi-
 nis hostia propinqua oppido primum transgressus, at-
 quo inde ad oppidum Turrin, quod alij Octani, alij
 Græci uocant a vini copia, suos incolumes Neapolim
 reduxit. Qua re cognita Sfortia, cum nihil amplius
 posset proficere, in Auerfanum vnde iam mouerat,
 rediit.

BARTHOLOMAEI

FACII RERVM SVO TEM-

PORE GESTARVM

LIBER II.



DUM hac Neapoli aguntur, Alphonsus cognito Ludouici animo, e Sicilia digressus, ad Aenariam insulam, quam Isclam vocant, classem attulit, iactisq; anchoris in portu substitit. Quod postquam Ioanna nunciatum est, Ioannem Caracciolum cum nonnullis optimatum ei obuiam quam primum misit, qui illi de aduentu eius gratularentur: deinde gratias agerent, quod se non deserendam in tantis laboribus existimasset: ac demum rogarent uti ad arcem maritimam, quae in ipsius potestate esset, cum classe profisceretur, atq; ibi tantisper morari non grauaretur, donec quae pro eius aduentu celebrando decreta essent, pararentur. Quae cum accepisset Alphonsus, ad eam arcem subito concessit, ibiq; constitit. Mouit maximè Ioannam insignem quoddam virtutis specimè, quod & vultu & verbis rex praesferre videbatur, a tq; illustrium virorum comitatus. Si quidem praeter milites ac nauales socios, quorum ingens erat numerus, ad mille & quingentos equestris ordinis viros, tum regulos partim ex Hispania, partim e Sicilia secum ad id bellum vexerat. Quae tanta potentia conspecta, & si Ioanna non nihil molesta erat, quonia eius opes eleuatura, aut certè obscuratura videbatur: tamen eidem renunciata, ingenti eam spe atque letitia repleuerunt. Postridie paratis omnibus,

omnibus, Alphonsus cum ex arce maritima in regiam accerceretur. Neapolitanis ciuibus obuiam progressus scaphisq; cōpleto portu, classem expediri, exercitumq; instructa acie in aduersum litus prodire iussit, simulacra quadam naualis terrestriq; pugna inuicem edentes, rem profecto dignam spectaculo. collustratoq; per hunc modum portu, puppibus ad litus conuersis, in terram sub urbem descensum est. Ad quem mox Braccius progressus, vehementer, inquit, rex, optavi ex quo ad me nominis tui fama peruenit, aliquod tempus accidere quo mihi amicitia tua concilianda opportunitas aliqua daretur. Postquam verò ea mihi occasio & facultas data est, nihil profecto potius habui, quam ut ad te confestim proficiscerer: constitutisq; quam celerime fieri potuit domi rebus, in Campaniam quod me vocasti accessi: nullog; periculo, aut labore declinato Neapolim contendi: meorumq; militum virtute hostium ferocitatem ita repressi, ut qui prius ante neapolitana mœnia quotidie excurrentes, hunc agrum incendijs ac populationibus vastabant, nunc vix intra Auerse mœnia se tutos existiment. Ad ea paucis Alphonsus suam gratiam illum pridem consecutum ob egregia virtutis famam, hanc verò non parum eius in matrem merita auxisse, pro cuius salute quos labores quauē discrimina subierit se satis scisse, pergeret modo maioraq; præmia quam sibi animo proponeret, si belli exitus ex sententia foret, expectaret. Simul his dictis ad eam portam que Capuam fert ire pergit. Intransi urbē vniuersa ciuitas visendi studio ei obuiam effusa. Admirabantur autem non regalem corporis ornatum, sed in tanto ætatis flore virtutis tantā opinionem.

nem. Hac multitudine circumfusus præuntibus, per singulas nobiliū sessiones inter saltationes & cantus ad arcem regiam peruasit. Quod simul atque eum ingressum Ioanna accepit, ad palatii limina obuiā progressā, postquam eum exosculata est, clauēs portarum ipsius arcis ei illico spectantibus omnibus tradi iussit. Deinde gratias, inquit, ago superis, qui dedere ut te in hoc regno meo præsentem præsens intueri possim: qui mihi absens decori ac saluti fuisti. Fatebor namq; ingenue me hanc urbem atque hoc regnum quod mihi reliquum fortuna fecit, beneficio tuo possidere. Nam postquam Raimundus cum classe auxilio venit, ea meditari atque agere non destitit, qua mihi prospera, hostibus aduersa existimaret. Nam, ut cetera omittam, qua nocte coniurati Ludouico urbem prodere conati sunt, tandiu anceps certamen cum hoste intra muros fuit, quo ad Raimundus eodem tumultu excitatus, cum naualibus socijs occurrit. Braccius verò primo aduentu non solum à procursationibus solitis, s& fortiam prohibuit, sed etiam Castrum Maris, & alia quadam loca circumiecta vno impetu cepit. Quæ beneficia, nisi maiora existimem quàm possim verbis æquare, ingratisima profecto sim: ut autem me hisce auxilijs grauissimo obsidionis periculo leuasti, ita profecto aduentu tuo omnem belli motum sustulisti. Nam quæ gravitate, quo consilio, atque animi magnitudine præditus sis, ne nobis quoq; in Italia ignotum est. Hunc ego certè diem omnium qui mihi ad hoc ætatis illuxerint faustum ac felicissimum duco habeoq; quod te salutis ac dignitatis meæ defensorem acerrimum in hac urbe mea meoq; regno cōspicio: cuius vel aduentu ipso ciues meos

haud mediocriter recreatos vides. Ad hac Alphonsus maxime, inquit, regina lator subsidium meum quem optabam rebus tuis fructum attulisse. Namque ut primum legatus tuus ad me in Sardiniam profectus mihi labores ac discrimina tua narrauit, nihil profectum mihi potius fuit, quam ut missa classis parte te quamprimum ab obsidione vindicarem: quod periniquum censebam me, in quem vnum salutis tue spem iecisses, discriminata tua negligere. Postquam verò res tuas arduiores factas cognoui, prætermissa expeditione certa, ut te e tanto belli incendio eriperem contendi: quod ut præstare possim, mihi spondet causa tua equitas, quam rem multum in bello valere compertum est. Facto orationis fine, nostra tecta concessit regali opulentia atque apparatu instructa. Sub meridianum tempus, postquam quieti indultum est, ad Ioannam se contulit: quæ (vniuersa ciuitate in letitiam effusa) intentis per mœnia custodibus, ne quid ab hostibus detrimenti per dolum acciperetur, eius aduentum festiuis virginum ac nuptiarum choris celebrabat, vnaque cum ea varijs sermonibus diem exegit. Dehinc animum ad belli curas conuertit, existimans esse dignitatis suæ aliquid se dignum aduentus sui initio gerere, ne in expectatione quam de sese haud mediocrem concitarat, reginam & Dyrrhachinos frustra adduxisse videretur: simul ne terror hosti de se iniectus in fiduciam mox atque in contemptum verteretur, si per segnitatem tempus terneret. Itaque, cum ei nunciatum esset hostes ex Auerſa pabulandi causa egressos, Braccium eo cum copijs repente misit, Sfortia opprimi posse arbitratus, si quamprimum euiam iretur. Cæterum horum nihil Sfortiam fefellit:

sefellit : namque id veritus speculatores procul in diuersa miserat, ne qua vis incautum circumueniret, atque uti palatos per agros milites colligendi spaciū esset. Itaque ut primū Braccius ijs locis appropinquare cœpit, speculatores citatis equis, hostem adesse Sfortia referunt. Quo nuncio accepto, statim ut rei ac temporis ratio poscebat, pabulatores vagos dato signo cœgit : acieq; ut erat instructa cōstitit. Braccius, ut sensit vi-
sos ab hostibus antecursores, Sfortiamq; minimē falli posse, subitō transuersis itineribus, ad Auerſam agmen vertit, eo consilio, ut illos reditu intercluderet. At Sfortia ut animaduertit non apparere hostem, ratus id quod Braccius cogitauerat, se facile Auerſa excludi posse, citato agmine, ad Auerſam iter rapit. pabulatoribus in mediam aciem coniectis. Procedenti mox nuntiātum est Bracciū haud procul inde abesse : protinūſque conspectum est agmen. Conuersus igitur ad suos Sfortia : Videtis, inquit, commilitones in quem nos casum fortuna perduxerit : pugnandi necessitas iniecta est : festinat hostis ut iter nostrum occupet, nec reditus patere iam videtur, nisi quem ipsi ferro aperuerimus. Quamobrem quod animi ac roboris saepe antehac in vobis expertus sum, id hodie in hostem oportet representetis. Militum animis hac breui oratione confirmatis, iter persequitur. Braccius ordine Sfortiani agminis perspecto quo densiore Sfortia acie equaret, quatuor acies confestim in vnā contulit, hostesq; assecutus à latere inuadit. Hi verō receptus propinquitate freti & pugnabant simul & procedebant. Iamq; in conspectu Auerſe res gerebatur, cum clamore excitati oppidani, captis repente armis, iubente Ludouico, la-

borantibus suis accurrerunt. Quorum accessu auden-
 tiores factos Braccius ad mœnia profecutus, postquam
 nihil profici posse animaduertit, receptui cecinit, Nea-
 polimq; cepias reduxit. Post hac Braccius à Ioanna cœ-
 pit contendere, vti urbem Capuam quam ei ante ad-
 uentum in stipendi conditionibus pepigerat, traderet.
 Quæ haud satis tutum arbitrat. et tam validū oppidum
 tamq; opportunè situm externi ducis, imperij præsertim
 auidi potestati committi, eius postulata indies disse-
 rebat. Quod cum Braccius animaduerneret, eam rem
 perquam egrè ferens ad Alphonsum detulit. Is verò &
 si Ioannam haud temerè in eam suspicionem incidisse
 iudicabat, veritus si ea res pertinacius negaretur, ne
 Braccium à rebus suis abalienaret: idq; ad fidem suam
 pertinere arbitrat, regina multis verbis persuasit,
 Ioanne Caracciolo clam contra renitēte, vt quod Brac-
 cio promiserat, præstaret. Capua vrbs peruetusta, agri
 fertilitate & situ nulli Campanarum secunda. Hanc
 ab Occidente Vulturius annis altus atque prærapidus
 alluit, duabus egregij operis è saxo quadrato turribus
 ponte iunctus: ab Oriente, quæ scire parte ad Neapolim
 spectat, manu atq; opere munitam. Eò profectus Brac-
 cius absq; controuersia eam in ditionem præter arcem
 accepit. Caterum arcium præfecti (nam duæ sunt, vna
 contra urbem, altera ad exitum pontis sita) tradere
 arces renuebant, nisi pecunia quæ ijs pro custodia debe-
 batur, sibi primùm numeraretur. Iniectaq; est ob eam
 causam nonnullis suspicio, eam arcium præsectorum
 tergiversationem à Ioanne Caracciolo ortam esse, indi-
 gnate, vt dixi, eam urbem Braccio tradi. Qua de re cum
 certamen & altercatio orta esset, ijs persoluta Alphōsi
 opera

opera quam postulabant pecunia, cum praesidio arcibus cessere. Ea aetate nihil ferè memorabile gestum est. Namque omne id tempus excursionibus, aut leuibus praelijs, aut comportandis in hyemem necessarijs consumptum est. Exacto verò autumno, quamuis media hyemis instaret, quod animi tempus quieti militum dari solet, cum accepisset Alphonsus Acerras propter propinquitatem (neq; enim plus octo millia passuum ab Neapoli abest) ingentis rem momenti ad propulsandum bellum vexandosq; hostes esse, eò exercitum ducere instituit. Praeparatis itaque omnibus oppugnationi necessarijs, contractisq; vndique copijs Acerras profectus est, binisq; castris positis, urbem obsedit. Acerrani quanquam subito atque improuiso eius aduentu perculsi, clausis portis illico in muris apparuerunt, stationibusq; idoneis quibusque locis dispositis, propugnaculisq; interiectis, subeuntes hostes, & scalas muro adiuuere conantes fortiter summouebant. Quod cum Alphonsus animaduerneret, tormenta & machinas adiuuere iussit, magnosq; militum labore urbem circumuallare aggressus est: factosq; vallo duplicem fossam obduxit, uti is omnis auxilij spes adimeretur, crebris inter utranque fossam turribus excitatis. Ceterum oppugnationis omnis frustra erat, oppidanis fortiter contra tendentibus. Tandem tormentis muri parte quassata, agrè resistebant: cui tamen malo sic occurrebant, ut quantum interdiu procciderat, tantumdem munimenti ex materia noctu sufficerent. Hos autem labores eò constantius ferebant, quod auersa oppido propinqui, sese à Ludouico deserere non posse confidebant. Qui eorum discrimine cognito, ne oppidum ad bellum gerendum tam opportunum amit-

teret, ijs auxilium ferre statuit. Quibus cum iam non aliter quam vi & armis subueniri pateretur oppidi circumuallatio, Sfortia imperat, uti cum omni exercitu (nisi quantum Aversa presidio sat esset) eò per noctem profisciscatur. Isq; confestim ad milites profectus, disimulato itinere, ne quid hostes sentirent, corpora curari, & aliquantum quieti dari iubet, ne quid in his morae sit, ubi facto opus fuerit: consiliumq; cum paucis primorum ordinum communicat. Paratis itaque omnibus, tertia noctis vigilia Acerras versus composito agmine, quasi hostis in conspectu esset iter facit, & atria milia passuum ab oppido constitit. Quod postquam Alphonsus ex speculatoribus cognouit, confestim Ioannem Vintimiliū virum fortem atque impigrum cum parte peditatus & equitatus ad pontem, quem Casula vocant, ei obuiam mittit, qui illum transiū Clauij fluminis prohibeat. Isq; celeriter profectus reperit duas iam hostium acies cum parte peditatus occupato ponte flumen transiisse. Missisq; qui id Alphonso renunciarent, lacessere hostes coepit, ut si quā possit vel eos qui transferat trans flumen repelleret, vel trahere conantes arceret. Quibus Alphonsus renunciatis peditatū que egregium nauibus vexerat, statim ad eum summittit, hisq; aliquot equitū turmas addidit: haecque omnem manum Nicolao Picinino iam tum in militari claro, qui in magnum postea & singulari copiarum ducem euasit, attribuit: ipse interim op custodiri, & ne quid omnino detrimenti ab oppido accipi posset, obseruari praecipit. Omnibus pro tempore prouisis, relicto in castris Braccio cū parte copiarum ipse cum ad portem contēderet, suasisit Braccius, uti

potius in castris aduersus oppidanos maneret, se ad pontem ire sineret. Quod consiliū cum omnibus probaretur, dimisso Braccio ipse in castris perstitit. Iamq³ interuētū Picinini perculsi hostes, pōte deserto, terga dare cōperāt, cū interim Braccius superuenit, simulareq³ fugam suos praecepit ut hostes cis flumen illiciat. At Sfortia ut primū vidit temerē hostes cedere, insidias veritus, ab ijs persequendis suos continuit, ac fortissimo quoque in postremo agmine collocato, Auerfam iter rapit. Quod cū Braccius animaduerneret, & ipse insidiarum metu, emittere noluit qui persequerentur abeuntes. Et iam mille passus citatim Sfortia contenderat, cū Ioannes Vintimilius cum valida equitum manu pontem transgressus cum insequi capit: nouissimēq³ affecutus, agmen moratus est. Quo viso Sfortia suos, ut quoad tutō possent & dimicarent, & progredierentur, exhortatus: nunc agendo, nūc imperium hostium sustinendo, cū aliquantum processisset. Ioannes receptui cecinit, ac citra pōtem suos reduxit. Dum hac ad pontem gerebantur, Xantus Acerrani praesidij praefectus rei bene gerendae oportunitatem sibi datam arbitrat^{us}, cū subito eruptione facta, in opera impetum secisset, haud magno negotio intra manus ab Alphonso repulsus est. Atque ita res utrobique feliciter gesta, Acerrani Sfortiae fuga comperta, etsi rebus suis disfidere cōperant, nihil tamen animos remiserunt. Quā murus disiectus erat, materiam atque aggerem continue sufficiebāt. Caterū obsidio ad extremum & cōfessus & obsidentibus pariter grauis erat, Italico praesertim militi, qui hac nostra tempestate sub tecto hibernare consueuerat: nec solum propter hyemis acer-

bitatem, sed quòd tùm Clanij fluminis vicinitate, tì
 naturali situ circumiecta regio plurimùm aquosa.
 Quòd cùm Alphonsus intelligeret, ne ibi diutius te-
 pus tereretur, oppidum vndiq³ summa vi nouis ope-
 bus adiectis oppugnare instituit. Dum hac parant.
 Martinus potifex maximus Cardinales duos legat
 alterum ad Alphonsum, alterum ad Ludouicum mi-
 tit: quorum aduentu instituta oppugnatio dilata-
 ac de concordia inter Alphonsum & Ludouicum
 eos agi cœptum. Cumq³ oppidum ob eam rem co-
 deretur negligentius, Ludouicus se nactum oppor-
 nitatem arbitratus, qua Acerranis opem ferret:
 intermissa custodia erant, plerosq³ in oppidum ci-
 dimisit. Quò factò, euenit vt Acerranis iam nihil
 plus oppugnationem metuentibus, Ludouicus (q³
 legati decreuerant) oppidum in eorum potestatem
 dere abnuerit. Qua de re permotus Alphonsus, op-
 totis viribus oppugnare, vti iam cōstituerat, decre-
 nec legatus dissuadebat rei nouitate animaduersa
 que enim Ludouico fas esse ducebat, interim dur-
 compositione per legatos agebatur, in obsessam vr-
 presertim intermissa oppugnatione, militem trās-
 tere. Et quanquam multis à praelio abstinendum v-
 batur, quòd cum autea oppugnatio difficilis foret,
 auxiliij accessione haud dubiè difficiliorem futurā
 stimabant: fortunam tamen experiri constituit.
 se non impune elusum Acerrani scirēt. Accedebat
 ratio, quòd obsidionem, qua iam propè ad extre-
 permagno militum labore perducta erat, in aëst.
 extrahi nolebat: ne aut plus negocij postea hab-
 aut si re infecta discederet, ea expeditio frustr-
 sus

suscepta videretur, quod existimationis suæ plurimum referre censebat. Itaque paratis omnibus, oppidum vndique oppugnari præniq³ summa vi cœptum. Quod cum oppidani animaduernerent, ad oppidi tutelam haud segniter cōcurrunt, ingentesq³ lapides atq³ omnifariam tela è muro in subeuntes iaciebāt. Præcipua tamen ijs propugnationis cura circa muri ruinas erat: quod ab ea parte oppidum facilius superari posse videbatur. Quod Xantus cum futurum prouidisset, oppidani per stationes dispositis ad eius loci defensionem fortissimum quemq³ militem collocauerat. Alphonsus sic exercitū diuiserat: Equitatus & sagittariorū magnā partem muri ruinis opposuit, ijsq³ Bernardum Centiliam præstātem virum præfecit. Guilhelmo Moncata, pars oppidi quæ ad meridiem spectat, cum parte copiarum oppugnanda est data. Equites desilire equis iussi, partim ad Bernardum partim ad Guilhelmum accessere: reliqui cum Braccio in equis constiterūt, ut quocunque opus esset, sine mora aduolarent. Cetera pedestres copia ubi expedire visum est, per varia ante oppidum loca distributa, uti vno tempore signo dato oppidani vnde quaque premerentur. Fortè ea nocte qua antecesserat, ingens imber campos inundaauerat, solumq³ suapte natura aquosum adeò labefecerat, ut nec milites, nec equus vestigio posset insistere: quæ res magno incōmodo oppugnantibus cecidit. Xantus in medio pugne ardore per oppidum discurrens cum oppidanorum manu & laborantes adiuuabat, & segnius pugnantes accendebat. Maiora tamē vi ea pars oppugnabatur, quæ muro nudata erat. Sed tanta erat eorum virtus, quibus ea tuenda obrigerat, ut nulla vi munimenta su-

perari possent. Multi in fossam ruentes grauiters sauciati pedem referre coacti sunt: nec vllum frustra telum in tantam multitudinem ab oppidanis conijci poterat. Dum acriter pugnatur, Guilielmus Moncata fossa ac vallo transmissus ad munimenta auidius progressus, lapidibus penè est obrutus: cum armorum grauitas & soli lapsus vestigium non recipientis regrediendi facultatem adimeret. Blasius quoque Passaniti comes graui vulnere accepto cum pralio excessisset, paulo post mortem obiit. Cuius viri decessu Alphonsus grauiters commotus cum maiori conatu oppidum ira percitus debellaret, ne in oppidanos plus aquo sauiret, legatus orare eum vehementius coepit, atq; vt pralio finem imponeret, suorumq; labori ac periculo parceret: non dubitare se inquiens simul atque responsio à pontifice allata esset, quam expectabat, quin Acerrani cum bona Ludouici venia pontificis imperata facerent. Quod si fortasse abnuerent, nullam se pro ijs veniam amplius petiturum. his verbis demollitus Alphonsus vt erat natura mitis, etsi rem eò deductam videbat, vt oppidani diutius eius vim ferre non possent, receptui cani iussit, plerisq; oppidanorum vulneratis. De Alphonsi quoque exercitu plures sauciati, nonnulli etiam interfecti: in quibus Franciscus Panormitanus strenuus eques, qui fortiter pugnans cecidit. Post hanc pugnam complurculi dies absque certamine exacti, id modo obseruatum, ne quid subsidij aut annonae ab hostibus clam deferri in oppidum posset, donec à pontifice nuncius cum literis redijt: Quibus allatis quod id pontifici placebat, Ludouicus ex oppido praesidium sine certamine euocauit, atque in legati potestatem tradi iussit. Quo recepto,

Alphonsus

Alphonſus Braccio cum copijs in hyberna Capuam dimiſſo, Neapolim redijt. Haud multò poſt Tartalia, cuius fides Sfortia ſuſpecta erat (quòd ab Alphonſo equos quosdam dono acceperat, & à Braccio diligi videbatur) permittente pontifice, vt quidam auctores ſunt, à Sfortia comprehenſus eſt, ac ſecuri percuſſus. Interim cum de componenda regum controuerſia ageretur, inducia facta: quare legatis pontificis iuſſa permiſſa. Ludouicus è Caſtromaris, cuius arcem adhuc tenebat, atque ex Auerſa præſidijs deductis, ea oppida in legatorum manu depoſuit. Sfortia quoque & ſuorum ſaluti conſultum, uſq; etiam Braccij opera in Ioanna atque Alphonſi gratiam, Beneuentum quod tenebat, accepta fide ſe recepit. Ea tempeſtate Aquila ciuitas in Marſis opulenta ac bellicofa quæ ad Ludouicum defeſerat, Ioanna adhuc imperio rebellis erat. Quæ cum ſibi ex fœdere depoſceret, Braccium Ioanna ſimul atq; Alphonſus (neque enim quicquam amplius à Ludouico metuebant) vt ad eam capiendam proficiſceretur, permiſere. Qui cum copijs proſectus plerisque circa oppidis caſtellisq; partim vi, partim volūtate receptis, com meatibusq; intercluſis, caſtris propius admotis urbem ipſam arctiſſimè obſedit. Et iam nihil propè hoſtile in omni regno videbatur, præter quàm Matheloni: id caſtellum haud procul ab Acerris ſitum ab Otino Caraccialo tenebatur. Erant in eo pedites trecenti, qui nihil Campanis quietum aut pacatum relinquebant: ipſe quidem Otinus Ioanna inſenſus vel ob eam maximè cauſam ferebatur, quòd illa Ioannem Caracciolum ſibi honore & dignitate pratuliſſet. Erat is quidem magna prudentia atque elato animo: magnas etiam opes

habebat. Quapropter multos & duces & populos auctoritate sua ad Ludouicum traxerat. Itaque cum Alphōsus animaduerneret Campanum agrum ab ea parte infestari, uti eos à maleficio atque excursionē detereret, quicumque ex ijs capiebantur in naues longas in remigum supplementum dari imperauit. Quo cognito, Otinus captiuos omnes qui in eius potestatem veniebant, exactis manibus, ac naso mutilato, dextroq; oculo eruto dimittebat. Atque ut contingebat efferatum ac nefarium bellum vtrunque geri, ita in hoc rerum statu pestilentia urbem Neapolim grauitē vexante, Ioanna atque Alphonsus, qui vrbi praessent cum praesidio relictis, sese Castrum maris receperunt. Erat autem omnis ea regio, quantum à Castrumaris ad summum Mineruae promontorium pertinet, Ludouico amica: necdum enim ad Ioannae imperium fidemq; redierat, quamuis è regno Ludouicus abcessisset. Proin ne quid inde incommodi rursum aliquādo suboriri posset, statuit Alphonsus in ea loca cum classe proficisci, id tempus maximē idoneum existimans ijs populis expugnandis, quo omnis auxilij spes ijs sublata videbatur. Ludouico enim submoto, non habebant qui eos militum aut commeatu iuuarent. Itaque accersita classe cum parte peditatus primū obsidere Vicū cepit: id enim oppidum Castrumaris proximum est: eoq; haud magno labore est potitus. Quo recepto, & praesidio firmato, ad Surrentum castra mouit: quod oppidum non plus quinque millibus passuum à Vico abest, ceterū situ atque opere multo munitius: idq; machinis & tormentis adhibitis circuncedit. Interea Massai, quorum oppidum Surrento propinquū est, veriti ne ad se post-

duceret.

duceretur exercitus, legatis missis deditionē fecerunt.
 Quibus rebus cognitis Amalphitani, quæ est altera
 pars eiusdem promontori, absque certamine & ipsi in
 deditionem venerunt. Ad quindecim millia passuum
 id promontorium in mare protenditur: ab Oriente quæ
 est Amalphis, & alia quadam oppida, vitis, olea, citri,
 atque omnis generis cultarum arborum & frugum fe-
 rax, fontibus præterea, situ, cæli salubritate, atque a-
 mœnitate, omnis Italia ora primum celeberrimumq.
 Ab altera parte quæ est Surrentum oppidum, vini sua-
 uissimi atque omnis pomorum generis copia: identi-
 dem memorabile Mineruæ promontorium appellatur,
 quod in eo olim templum esset Mineruæ sacrum. Huic
 promontorio opposita est Caprearum insula montana
 plurimum, in cuius penè medio surgit mōs editus, vn-
 dique præruptus & præceps in mare spectans, secessu
 olim Tyberij Caesaris celebris: in quo sitū est oppidum
 eiusdem nominis munitissimum. Quod cum audisset
 Alphonsus situs fiducia ab oppidanis negligentius custo-
 diri, nocte intempesta partem classis eō misit: hiq. na-
 tti locum custodibus vacuum adnotis scalis in murum
 primò pauci euasere, mox, ut tutum ac liberum ascen-
 sum cognouerunt, certatim plures eodem conscende-
 runt, atque oppidum (oppidanis somno sepultis) ingēti
 clamore sublato inuadūt. Quo casu tam subito ac tam
 inopinato consternati oppidani, cum arma capere co-
 narentur, hostium multitudine celeriter oppressi, ar-
 mis positis præsidium admiscere. Simul omnis insula si-
 ne vi repente deditionem fecit. Interea Surrentini,
 quos obsideri diximus, omni spe auxilij destituti, cum
 eorum res indies vehementius coarctaretur, & ad ob-

fidionem famēs accederet, conditionibus quas postulabant impetratis, praesidio intromisso in deditiōem venerunt. Recepto Minerua promontorio, quod adhuc pestilens morbus Neapolim afflictabat, Ioanna atque Alphonsus sese Caietam recipere, Artale Luna, cuius opera forti in oppugnatione Surrentina usus fuerat, cū parte classis eius ore praesidio relicto. Tot fortibus factis, prosperisq; fortuna successibus, Alphonsus ad glorie incrementa natus, omnium regulorum animos in se conuertit. Itaque qui prius Ludouico f.uerant, eius rebus desperatis fortunam sequuti, ad Ioanna atque Alphonsi imperium redierunt. Per eos dies Alphonsus legatos ad pontificem misit, qui ius successionis Ioanna regatu peterent: quo impetrato, celeriter reuersi sunt. Per idem quoque tempus Sfortia ad Alphonsum salutandi gratia Caietam est profectus. Idem fecere reguli qui Ludouicum sequuti fuerant, erroris sui veniam postulantes: ijsq; omnibus venia perbenigne ab Alphonso data, quam Ioanna agre ferente tam facile ijs ignosci. In id enim maxime studebat, vt sibi clementia atque humanitatis famam compararet: idq; ad conciliandos sibi regulorum atque populorum animos vehementer conducere existimabat. Ad hoc vsque tempus Ioanna atque Alphonsus de communis sententia res omnes bellicas atque vrbanas administrare: summusq; inter eos consensus omnium rerum fuit. Caterum communis regnorum pestis atque pernicies, inuidia, eam qua inter eos erat, charitate labefactare paulatim coepit: fideq; mutua sublata, in suspiciones, atque exinde in graues simultates ventum. huiusmodi ferme causis Auersani Acerrani, Surrentini, Amalphites, ceteriq; populi qu

vel v

vel vi, vel voluntate destitutis Ludouici partibus, dedi-
 tionem s'cerant, in Alphonsi verba iurauerāt. Quod
 grauiter ferens atque indignans Ioannes Caracciolus,
 quoniam quantum auctoritatis ad Alphonsum accessse-
 rat, tantum suae auctoritati atque opibus detractum
 existimabat, meditari coepit quonāmodo dignitatem
 suam tueri posset. Erat hic vir ingentis spiritus, nec ei
 consilium in omnia vel pacis vel belli itinera decerat,
 nec ferre aequo animo poterat, quenquam sibi apud Io-
 annam auctoritate & gratia praeferrī. Ipse enim con-
 stis regni regulis non anteire modō dignitate, verum
 etiam imperare consueuerat: eratq; omnibus maximē
 formidolosus. Itaque inter Ioannā & Alphonsum coepit
 suspiciones & inimicitiarum causas ferere. Facile ve-
 rō credidit Ioanna: muliebris nanque sexus, vt natura
 imbecillior ac timidior, ita ad credendum prōnior est.
 Cumq; indies augescerent suspiciones, & vereretur
 Ioanna ne se in Catheloniam missa Alphonsus sibi re-
 gnum eriperet, dissimulata causa ē Caieta Prochyta
 profecta est. quae insula per breuis haud procul Puteolis
 est sita, quasi ibi animi causa mansura. Ibi aliquot dies
 commorata, Puteolos petijt, vt inde Neapolim trañce-
 ret. Quo audito Alphonsus Neapolim reuertī statuit.
 Iam enim pestilentia restincta erat: terrestrique iti-
 nere ire maluit, vt Capuam atque Auersam vrbes in-
 uiseret nōdum à se visas. Cumq; Capuam venisset, quod
 magis omnem Ioannae de se suspicionem ac metum adi-
 meret, ad eam salutandum Puteolos profectus est: ca-
 terum eius profectio eam potius suspicionem auxit.
 Quapropter eo Capuam reuerso, Ioanna mox Neapolim
 pedibus petijt. Eius maxima celeritatis causa fuit, quod

verebatur, si Alphonsus Neapolim praeueniret, ne sit integrum non foret in arcem Capuanam (vti constitutur) se recipere, neue cogeretur in arcem regiam praeter suam voluntatem se conferre. Neapolim ingressum cum secus arcem regiam iter faceret, praefectus arcis currit, illique clauis obtulit: cui illa valetudinem causa, velle se aliquot dies in arce Capuana esse inquit, mox ubi conualuisset, reuersura. Alphonsus tam repentinam eius profectionem admiratus, se praesertim inconsulto, ne quid illa noui machinaretur aduersus se veritus, confestim Neapolim profectus in arce regiam se recepit. Tum dissimulata ad eam diem suspiciones ac simultates paulatim detegit coepit. nonnunquam tamen Alphonsus, vt suspiciones, si posset, leuaret, ad eam visendam ibat. Inter haec Franciscus Darinio, quem Alphonsus Romam miserat, ad eum scribit se comperisse, vitae eius insidias parari, eundem diem neci suae destinatum esse, quo ad Ioannam salutandam proficisceretur. His permotus Alphonsus, ad assariorum conatibus obuiam ire instituit: & quoniam Ioannem Caracciolum eius consilij auctorem fuisse coeperat, sperabatque eo comprehenso, omnia prospicessura, vt primum in regiam accederet, quod Sena die ire consueuerat, distinere hominem constituit, prius dimittere, quam sibi Capuanae arcis potestate cta, Ioanna quae vellet efficeret. Existimauit Ioannes eo viro absente, ac velut pignore fidei retento, quae eorum haud repugnanter facturam, quod in eo scire esse omnem reginae consiliorum summam. Itaque haud multo post in regiam profectum inuit in Senam ire, quasi magnum aliquid de regni statu consultura

neui ipse aut quisquam è suis ex arce egrederetur, obseruari praecepit, ne Ioanna illum detineri scire posset, antequam ipse ad eam peruenisset. His compositis ad Ioannam citatim proficiscitur. Sed nihil horum Ioannam latuit. Quidam enim Braccij notarius ad Alphonsum profectus rem ad eam detalit, simulq³ arcem Capuanam à rege peti, eo animo, quantum coniectura consequi posset, vt eam, arce capta, in custodiam traderet. Hoc nuncio propè exanimata, quid ageret nesciebat, praesertim omnis consilij eius auctore amisso. Neq³ enim dabatur in re tam subita tamq³ insperata ullus consilij locus. Id tamen ijs qui eam circumstabant, in tanta rerum perturbatione, imprimis salutare visum est, portam aduenienti claudere. Protinusq³ omni arce tumultus completa, alij ad alia officia, prout cuique vel ratio vel animus suppetebat, sine ordine, sine imperio discurrebāt. In tanta trepidatione cum Alphonsus medium iam pontem transgressus esset, deiecta repente cataracta exclusus est. Tum qui muros inscenderant, eum superne lapidibus incescere coeperunt. Quod ubi animaduertit, consilia sua prodita suspicatus, peruerso celeriter equo pedem retulit, atque extra teli iactum substitit: parumq³ absuit quin lapidis ictu, qui in tergum equi incidit, occubuerit. Deinde ciuilem motum veritus, praesertim in viarum angustijs, in forum boarium se recepit. Is enim locus visus est maxime idoneus, quod erat late patenti campo, in quo magna vis hominum explicare se posset, ac si vis fieret, manu rem gerere. Erat enim ei adhuc ambiguum, quonam id ciues animo laturi forent. Inter haec Hispani Cathelaniq³ cognito regis sui discrimine correptis armis, eum aduolauere. Consternata tanto malo

ciuitas, Dyrrhachina praesertim factio (nam Andegauenfibus id latum acciderat) nec pro eo, nec aduersus eum arma sumere audebat. Magna pars domi sedentes vrbis casum ingemiscebant, leuatos se externi belli metu in domesticum atque intestinum incidisse. Nec ignorabant id mali ex inuidia atque ex suspitione ortum, quod complures iniuria extarent, quae tam graues inimicitias inter regem & reginam parere debuissent. Plerique tamen officij causa, ne quid plus aequo rex fortasse per iram faceret, eodem inermes conuenere. Hi neque saluti, neque excidio propiorem vnquam ciuitatem vllam fuisse aiebant. Si enim ipse ac Ioanna consentirent, nullam urbem vnquam feliciorum fuisse: sin vero dissentirent, nullam citius perysse: futuram inter ipsos Dyrrhachinos seditionem, reuocaturom Roma Ludouicum aduersarios: simulq³ omnem regnum belli incendio denuo conflagraturum, cum vtriq³ suos exercitus suosq³ duces habituri sint. In his colloquijs reliqua diei parte consumpta, cum nulli apparuissent qui vim facerent, in regiam se recepit. Postridie de reconciliatione per communes amicos agi coeptum. & Alphonsus quidem rem componi cupiebat, quod bello domestico in Hispaniam reuocabatur, vt Henricum fratrem e Ioannis Hispania regis potestate liberaret. Ioanna vero ab ea re prorsus auersa, etsi simulabat placere sibi de concordia agi, continuo ad Sfortiam misit, qui eum in gratiam receptum oraret, vti sibi circumuenta atque oppressa quamprimum opem ferret. Cuius consilio cognito Alphonsus, quicquid militum equitumq³ habebat, extra urbem, quae Sfortia venturus erat exire iubet, ne ex arce Capuana Ioannam educeret, aut in urbem

bem

bem irrumperet, naualibus socijs per varias vrbs sta-
 tiones dispositis. Bernardus Cētilia ijs copijs præfectus.
 Non ignorabat Alphonsus tutius esse consiliū, copias
 in vrbe contineri: sed verebatur, vt Ioannā cum Sfor-
 tia abire pateretur, ne grauius in se bellum concitaret.
 Cognito Sfortia aduentu Bernardus copias in quatuor
 acies diuisit, ijsq; singulis ad eas vias quæ ad vrbe[m] fe-
 runt dispositis, ne libera esset hosti procurratio, trans-
 uersis tignis vallum obiecit. Ipse in primam progressus
 aciem, viam Acerranam, qua Sfortiam aduentare ac-
 ceperat, tenuit. Qui dimicandi audior appropinquante
 Sfortia priusquam sibi satis spectata hostium vires es-
 sent, audacter congressus, cum impetum ferre non pos-
 set, ad secundam aciem se recepit. Hic paulū retar-
 dato hostili impetu, prælium redintegrare cœptum.
 Quod cum Sfortia animaduerteteret, ipse cum paucis in
 propinquos hortos clam digressus, perfracto qui via im-
 minebat muro, subito hostibus à tergo improuisus ap-
 paruit. Illi verò perterriti, cum & à fronte, & à tergo
 premerentur, telisq; præterea & tormentis ex arce
 Capuana peterentur, sese in fugam coniecerunt. Ea re
 cōspecta, tertia acies & ipsa mox terga dedit: quos ho-
 stes persecuti, prope omnes ceperūt. Quarta item acies
 vt suos prosligatos sensit, saui fuga consuluit: horum
 alij Capuam, alij in regiam arce[m] citatis equis sese re-
 ceperunt. In eo prælio prope omnis nobilitas capta est;
 quæ Alphonsi officij causa sequuta fuerat, atq; omne
 insuper militum robur. Sfortia deinde victoriam se-
 cutus, eodem impetu Capuanam arce[m], ac protinus
 vrbe[m] ingressus, Hispanos, Siculosq; omnes expulit,
 eorum hospitij direptis. Post hac de expellēdo Alphonsi

cum Ioanna consilio habito, eaque primùm parte praesidia firmata, qua regiam arcem vrbi iungebat, ad Auerſam obſidendam copias ducit (ex hoſte amicus & dux factus) ibiq; caſtra ponit. At Alphoſus clade ſuorum cognita, cum neque pecuniam haberet vnde novos exercitus compararet, neque claſſem paratam qua acceptam iniuriam vlciferetur, praesertim inimica ciuitate, angſt animo coepit. Spes reliqua erat in ea claſſe poſita, quam Barcinone ad Corſam expeditionem comparari ſciebat, & iam inſtructa eſſe exiſtimabat. Munienda arci intentus ad frumenta conuehenda, pecuniamq; conquirendam, in Siciliam mittit: ſimul qui claſſi occurrant, ſi ea ſortè in curſu eſſet, iubeantq; conſeſtim Neapolim petere, & quinā rerum ſuarum ſtatus ſit edoceant. Oppidani veriti, ſi qua claſſis adueneret, ne per arcem in ſe immitti hoſtes poſſent, quae arci oppoſita erant loca muro obducto firmauere: arcis ipſius oppugnationem haudquaquam tentare auſi, quòd ea res propter naturalem ſitum ac munimenta adiecta, non vnius diei, ſed longi temporis obſidio videbatur. Leuia tamen praelia nonnunquam ex occaſione conſerebantur. Cum hic eſſet rerū ſtatus, claſſis è Barcinone quintodecimo die hac clade accepta proſecta eſt: triremes decem & oneraria ſex fuere. Eius praefectus erat Ioannes Cardona, vir fortis atque impiger, qui audita modò apud Caietam rerum nouitate, & his quae regi ceciderant, ſolutis continuo è portu nauibus in altum euectus eſt. Primò quidem oneraria (erat enim ventus vehemens) inter Capreas Aenariamq; conſpecta Baias petierunt, vt quinam eſſet rerum ſtatus diligentius explorarent: deinde triremes ſequuta,

Quibus

Quibus cognitis, repente Neapolim petijt: expositisq;
 sub arcem naualibus socijs regis iussu castra posuit. Eius
 aduentus vt aduersarijs tristis, ita Alphonsò perquam
 letus fuit. Itaque acceptam iniuriam vlcisci posse con-
 fessus, castra confestim muniri, ne quis in ea hostium e-
 quitatu impetus fieri posset, iussit. Locus est pro arce re-
 gia quem Corizias vocant, latè patenti campo: & ob
 id equis maximè opportunus: hùc Neapolitani ad pri-
 mum classis despectum, dispositis per mœnia armatis,
 occupauere: quòd eum equitatu tenere posse existina-
 bant, castrisq; obequitantes hostem laceffebant. Non
 audebant primò regij extra munimenta prodire, vt-
 pote maritimis rebus assueti, atq; equestrium pralio-
 rum rudes: sed tantùm sagittis ac lapidibus subeuntes
 arcebant. Pauci tamen, quibus audacia maior erat,
 munimentis paulùm egressi congregi cœperunt: qui
 cùm equitatus impetum non sustinerent, sæpiusq; in
 castra repellerentur, Ioannes Casus, qui inter primos
 ordinem ducebat, ingenti audacia, Quid est, inquit,
 commilitones quòd ita patiamur nostros ab hostibus
 pelli? An verò vsque aded animus viresq; nostræ, tam
 breui tempore consenuerunt, vt tam paucorum equi-
 tum incursum ferre nequeamus? Si nemo est, qui se-
 quatur, vel solus in hostes ibo, neq; patiar, quod in me
 fuerit, hoc dedecus nomini gentiq; nostra impingi. Hac
 ubi dicta, cōfestim è castris, exilit, seq; hostibus obijcit.
 Hunc primò pauci, mox plures sequuti, non solum ho-
 stes summonerunt: verùm etiam toto campo precipites
 in urbem compulerunt. Post hac dolijs plerisq; lapide
 repletis, hisq; pro muro obiectis, aduersus equorum
 incursum per vitem, qua domus cuiusdam parieti ab

exteriori parte adiuncta erat, quasi per scalas in
 ros ascensum, portaq₃ (quam Petruciam appellā
 iectis propagnatoribus, quos timor inuaserat, ol
 sam suorum fugam eodem impetu capta conti
 excisa trabe, patefacta est. Tum certatim e cast
 eandem portam concursum. Quæ cum præter spe
 pente contigissent, Alphonsus naualium sociorum
 tem, classem inscendere, præscctumq₃ a mari v
 adoriri imperat. Isq₃ cum classe celeriter profectu
 dum enim vrbs a mari mœnibus cincta erat) & i
 ciuium pars clamore excitato, ad portam Petru
 contederat: paucis frustra renitibus facile in te
 descendit, hostesq₃ inde propulit. Petrus quoque
 frater ab alia parte urbem aggredi iussus, uti a d
 sis partibus vno tempore laceßiti oppidani fa
 cprimeretur, Diui Nicolai templum aduersus a
 situm, & item turrin qua moli imminebat, ad
 scalis occupauit, ingressusq₃ urbem, pauorem ac i
 dationem perculsis auxit. Ita quantum vrbs pa
 arce regia ad Petri martyris templum, vna prop
 cursione captū est. Adhuc proximis tectis iniectus
 reliqua deinceps ædificia ex templo corripuit, long
 efusus magnam vrbs partem vento adiuuante h
 Tum tota simul vrbe trepidari concursariq₃ cæp
 nocturno tumultu terrori in augente. Et alius qu
 alio, ut quisque periculo proximus erat, aut cla
 excitabatur, occurrebat. Omnia passim fugien
 puerorum, aut scœninarum fletibus personabant.
 lum tamē suppressit impetum Francisci Mormin
 teruentus, qui cum aliquantulo equitatu inui
 regios repulit. Quod cum Petrus regis frater anni

uerteret, repressa suorum fuga, pugna redintegrauit, paruoq³ certamine hostes in fugam vertit. Quibus ad cliuiū vsq³ pulsīs, reliqua pars noctis quieti data. Fuit autem huius procellae tanta ac tam repentina vis, ut ei resistere Ioanna nulla vi aut consilio potuerit. Prius enim irruptionem in urbem hostes fecere quam Sfortia, quae confestim appulsa classe accersuerat, ex Aversa veniendi spacium habuerit. Neque enim tam subito obsidionem deferere & copias adducere potuerat. Illa tamen ad eum continuo nuncios dimittebat, & ut ad ferendam opem capta vrbi, sibiq³ propè iam obsessae cōtēderet, flagitabat. His nuncijs permotus Sfortia, omīssa obsidione Neapolin profectus est. Primaq³ luce urbem ingressus, ad Diuae Clara templum citato equo aduolat: iam enim praelium, quod interuentu noctis sublatum fuerat, renouari coeperat: eiusq³ aduentu primò hostilis impetus paulum retardatus est. Cæterum equorum vsus vel nullus vel exiguus erat. Regij enim continēter perfoſsis intrinsecus domibus facile equites lapidibus & omni telorum genere è tectis summoue- bant, interiectisq³ trabibus vias præcluserant. Quod cum Sfortia animaduerneret, confestim equites desili- re equis iubet, pedibusq³ rem gerere. Nitebatur eques claustra perfringere. Cæterum vrgente post munimen- ta multitudine, omnes conatus frustra erant. Pugnaba- tur eodem tempore diuersis vrbis partibus: & iā quic- quid à porta ad cliuium pertinet, in Alphonsi potesta- te redactum erat. Itaque Sfortia cum nihil se proficere pugnado animaduerneret, timeretq³ ne quo ciuili mo- tu a tergo exorto, reditu intercluderetur, quod pauci admodum ciues eum sequuti fuerāt, paucis in pugna-

zium speciem relictis, ne discessus similis fuga videretur ad cogendam reliquam suorum manum prosequi simulavit. Regressusq; ad Capuanam arcem loannibus suis diffidentem, atque e periculo ut eriperetur tantem, Pomilianum vicum primò, deinde Nolam duxit. Sfortia digresso, equites quos reliquerat partim cedere coeperunt. Quibus pulsus, reliqua pars vix prater arcem Capuanam (nemine iam resistente) modo excursione capta & direpta est. Optimates quos incendium non peruenerat, consternati in te diffugerant: ibiq; abditi communem calamitatem plorantes, vltimum patriae casum expectabant. Ceterum Alphonsus, etsi iustam suam iram existimabat, tamen antiquae urbis casum miseratus, incendijs parauit: vltioni satis datum arbitratus, ut aduersarij sentirent sibi cum rege non ignauo rem esse. Deinde ne Sfortia pro arbitrio euadendi in urbem potestas esset, arce Capuanam obsideri atque oppugnari praecepit. Huic arci praerat Xantus, de quo supra in Acerre obsidione mentionem feci. Sed hunc multa incommoda circumstabant, materiae inopia, qua turre s murosq; contabuleret: arci propinque domus, in quibus dispositi sagittarq; propugnatores in muro consistere non sinebantur frumenti inopia, quod tanto praesidio vix paucis diebus suffecturum videbatur. Nanque repentinus & improvisus casus, nec munimenta vlla, nec rem frumentariam prouideri permiserat: itaque agrè resistebat oppugnantibus. Cognito eius discrimine Sfortia paucis post diebus ex Nola regressus, ad mille passus ab urbe castra posuit, ut si qua posset, commeatus in arcem importaret. Ceterum paucitati suorum diffusus, quòd muni-

munimenta arci obiecta erant, auxiliij modò spem dabat. Cum hic esset rerum status, quidam ad Sfortiam in castra venit, spemque Aversa recipienda praeiuit. Itaque properè castris Aversam profectus, arcem à Iacobo Pertusio eius praefecto per proditionem recepit: quod consilium ciuitas sequi mox coacta est. neq³ enim aliud facere licebat. Haud enim cum equitatū Alphonsus habebat, qui Sfortiano equitatui opponi posset. Eius urbis amissio permagno incommodo Alphonsi rebus accessit, ob propinquū maximè aduersariorum receptum. Sfortia vrbe atq³ praesidio arce firmatis, ipsoq³ successu acrior factus, cum Neapolim reuertisset, in eodem, quo prius confederat, loco, castra posuit: ubi cum cerneret se frustra tempus terere, irritò incepto Aversam rediit. Quod postquam Xantus animaduertit, & iam non comineatus modò, sed etiam tela deesse coepissent, sciretq³ Alphonsum decreuisse totis viribus arcē oppugnare, ac desperaret (propterea quòd ea minus firma esset) posse resistere, suam & sociorum salutem pactus, deditioem fecit. Ioanna interea Aversam concesserat, simul quòd spem obseis daret: simul quòd vrbs nouandis Neapoli rebus propter propinquitatem opportunior videbatur. Multa illam simul angebant, amissam urbem, ac patria casum reputantem: sed in priuis Ioannis Caraccioli desiderium, cuius consilio atq³ opera forti & fideli in rebus summis, minimisq³ utebatur. Itaque de captiuorum cōmutatione agere statuit, in eas se calamitates prolapsam existimans, quòd ex viro caruisset. Nec renuit permutationem Alphonsus, receptisq³ sine precio Bernardo Centilia, ac Raimundo Pirilione, qui pro vno Ioanne offerebantur, ca-

terisq; captiuis, qui in Sfortie manu erant, paruo pretio redemptis, Ioannem dimisit. Post hæc Michael Coxa Ioanni Caracciolo inimicus ad Alphonsum venit, eiq; Aenaria occupanda spem attulit. Aenaria insula (quam Isclam vocant) duodeuiginti passuum m.ilibus à Neapoli abest, à continenti non plus quatuor: opulentior quam pro paruitate. In eius penè medio se attollit mons, mira altitudinis, qui olim (vt ferunt) ad Aetna similitudinem, terrificos in cælum ignes per noctem euomere solebat: reliqua pars plurimum plana est incolas habet piscatoria, ac maritima arti assuetos. Contra hanc insulam ad teli iactum mōs est mille ferme passus in altitudinem eminens, ac tantundem circuitu ambiens, paruo ponte insula coniunctus ille quidem, præruptus & confragosus, atque vno tantum, & eo qui dem peragusto atque arduo calle peruius. In eius fastigio situm est oppidum totam montis planitiem occupans. Ad radices situs est viculus, vnde per obliqua & anfractus oppidū aditur. In eo spacio tres turres interiectæ aditum claudunt: domus oppido pro mœnibus sunt. Oppidani in duas factiones & ipsi diuisi erant: quarum altera Coxia, altera Manocia appellabatur. Coxia factionis princeps erat Michael is, quem modo nominavi: isq; multum apud Aenarienses poterat, non modo propter clientelas, verum etiam propter Prochyta, quam tenebat, vicinitatem. Hic regem docuit id oppidum subito atque improuiso aduentu opprimi posse, quod oppidani naturali situ freti, circa oppidi custodiam negligentiores essent. pontem eum quo iunctum est insula oppidum, noctu clam occupari facile esse: quo occupato ac rescisso, omni auxilij spe, quam in insula accolis

accolis haberent, sublata, mari circumsessos, aut ferro, aut fame superari posse. Alphonfus homine collaudato, eiusq; opera imperius postulata, ea qua sequuta est nocte cum triremibus misit qui pontem occuparent: simul qui quanta foret maris altitudo ad imā rupis explorarent, vt sciret an onerarie naues saluis carinis eoque subire rupem possent, vt nauales socij ac milites in ipsam non incommode exponeretur: q; intempesta nocte (vt iussi fuerant) prefecti, non sentientibus oppidanis, portē subito occupauere. Alij explorato summo ad regem quamprimum reuersi, pōtem occupatum atque intercisum, & cum onerarijs ad rupem satis tuto accedi posse renunciarunt. His rebus cognitis & ipse paucis conscys ad insulam profectus est, vt eadem qua acceperat oculis spectaret. Inde q; celeriter reuersus omnibus ad oppugnationem oppidi comparatis, insulam repetit, onerarijs quibus opera bellica vehebantur subsequi iussis. Oppidani vt pontem occupatum classemq; adesse conspexerunt, aliquandiū attonitis similes constitere: receptis deinde animis, idoneis quibusq; locis armatos, ac tormēta per oppidum disponere. Profectus nauius Alphonfus, priusquam pugna signum proponeret, per pracones pronunciari iussit, se oppidanis potestatem facere mittēdi ad se quos vellent e suis, si fortē res sine vi ac certamine componi posset. Itaque oppidani duos accepta fide ad illum miserunt, ijsq; in mandatis dedere, vt tantummodo regem accederent: audita ad se referrent. Hos ad se profectos pluribus verbis ad deditionem hortatur, ac docet non ita ijs situ confidendum esse, vt vim eius quam benignitatem experiri malle debeant. Satis ijs exempli esse debere de-

pulsum modo Neapoli Sfortiam, & ipsam Neapolim vi captam, quae tanta ciuitas, si suis viribus obistere non potuit, quae tandem spe freti Aenarienses resistere se posse confidit? Non esse sibi cum regina bellum, quam pro matre haberet & coleret, sed cum ijs qui inuidia stimulo malati aduersus se reginam concitauerint: nec descituros eos à regina, si secum consenserint, sed ab ijs qui priuati commodi & ambitionis causa eam à se abalienauerint, nihil se eorum viribus detracturum: tantum petere ut positis armis suum praesidium in oppidum ac arcem reciperent. Ab hoc sermone legati in oppidum regressi, cum nihil responderent, atque haec ad suos perlaturos dicerent, senatu coacto, quae ab Alphonso acceptant retulere. Quae cum Christophorus Manocius audisset, aduersa factioni suae homines secedere, & eos qui suaderent pro hostibus habere atque interficere iubet. Quo terrore adacta Coxia factio, cum aduersari non auderet, & ipsi ad oppidi tutelam omissa pacis mentione coierunt. Alphonsus, cum nemo responderet, & per clamores dissonos rem aduersae parti non placere coniectaret, frequentioresque ad defensionem oppidanos conuenisse animaduertens, experiri vim statuit. Itaque extemplo Ioannem Cardonam ad Mariæ adem, quae est regione oppidi sita erat, cum nauium & copiarum ducibus conuenire iubet, una cum ijs de ratione oppugnationis consilium capturus: nam ceteri insula accola ut pontem intercisum cognouere, haud cunctanter deditionem fecerant. Omnibus (vti imperatum erat) eo profectis, oppidanorum primo pertinaciam detestatus, praelium sic instituit. Nauim vnā ceterarum maximam, ad eam quae orientem spectat, quatuor

quatuor reliquas ad eam rupis partem qua in meridiem, ire praecepit. Rostratas duas maiores cum totidem minoribus ad suburbium, quod ostendi, ad imam rupem situm, oppugnandum. His ita constitutis & comprobatis, ad ea paranda qua reliqua erant, continuo discessum. Interea oppidani ea loca, qua minus difficulter subiri ab hostibus posse videbantur, munierunt foeminis atque ijs qui imbecillioris aetatis erant, procul à relij tumultu in arcem missi: ad suburbium quoque, turresq; interiectas, qui tuerentur missi: reliquū diei ac noctis tempus quieti datum. Vbi altera dies illuxit, propositum pugna signum, ad quod tantus hominum clamor in caelum sublatu est, quantum vix oppidanorum aures ferre potuerunt. Tum naues ad destinata loca remulco agi coepta, primaq; omnium Generij nauis ad praestitutum locum puppim appulit, pontemq; in rupē exposuit. Cumq; intueretur Alphōsus Campirotundi nauem, quod ad septentrionem mare aestuosum erat, non posse pontem in rupem sistere, tres expeditos iuuenes ad se vocat, atque ijs mandat, vt in rupē transgressi funem, quo pons alligatus erat, ad virgulta quadam procul visa deligarent. Quo facto duo ex ijs, quibus audacia maior erat, per abrupta atque auia querere aditum ad oppidum coepere: multi nanque anfractus erant, quibus furtim ad fastigium niti posse videbantur. Ii postquam paulum processere, in rupem adeo rectam, atque arduam inciderunt, vt agrè tentabundi, manibusq; murices, & virgulta circa rupem extantia amplexi, ad cacumen euaserint. Fortè tum euenerat, vt è duobus custodibus, quibus ea pars custodienda contigerat (nam quod locus ipse munitissimus

erat, idcirco minus suspectus ab hoste habebatur) alter ad eum locum perrexisset, ubi Christophorus Manocius laborans pugnabat. Hoc igitur vno intercepto, & caso, locum clani oppidanis capiunt, tacitiq; subsistunt, donec alij quidam eorum audaciam imitati, eodem conscenderunt. Interea nauales socij strenuo saltu in rupem exilientes, obiectis clipeis contra lapidum ictus ad oppidum scandere contendebant. Caterum ea vis hominum fuit simul à nauibus exire certantium, ut Generia, ac Cesaraugustana nauium præ nimio pondere effractis pontibus complures in mare prolapsi interierint. Ex quo contigit, reliquos non aliter quam per propinquas naves exilire in rupem posse. Nauis quoque Pisana cum eadem fortuna accidisset, quinque ex ea enecti sunt. At qui in Campirotundi naue erant; & in ceteris quæ ad eandem partem se contulerant in terram egressi, ad oppidum per ardua, & confragosa loca enitebantur. At oppidanos natura loci adiuuabat, quod rupes adeo procliuës erant, ut non emissa modo tormenta, sed etiam saxa pondere suo prolapsa grauissimè in hostes incideret: itaque multos audacius subeuntes vulnerabant. Quod cum Alphonsus intueretur, ut eos inde auerteret, ad suburbium oppido subiectum contendit. Oppugnabatur oppidum summa vi à mari, nec minus ab insula omni tormentorum genere adhibito. Oppidani ut videre suburbia ab hostibus peti, ad eam partem tuendam haud segnitè ierant. Quo viso Alphonsus confestim scapham ingressus, propius accessit, quò suos ad pugnandum alacriores redderet, ad animandos in prælijs milites regis conspectum multum valere nō nescius. Inter hæc simul
qui

qui oppidum clam introierant, simul qui tecta proximè subibant, contempta hostium paucitate, clamores tollunt. Itaque oppidanis ancipiti casu consternatis, cum stationes deseruissent, regia quæ pro muro erat, primò capta: deinde per oppidum discursum. Cum autem Alphonsus suburbia petens in scapham descendisset, præ multitudine conscendentium conuersa in latus scapha, ipse in mare armatus excidit: adissetq; in tanto tumultu vita periculum, nisi quidam nandi periti eum obluentem fluctibus cōfestim excepissent. Vicum deinde defensoribus vacuum nactus, nullo repugnante cepit. Et iam regij casus fama, quæ semper in peius efferrī solet, plerosq; iam oppidum ingressos ad curam salutis illius reuocauerat. Quem postquam incolumen subeuntem oppidum videre, cōfestim reuersi, oppidanos, arma ponere coactos, diripuerunt. Per hunc modum intra horam fermè quintam, ex quo pugnari captum fuerat, debellatum est oppidum. Restabat arx, in quam multi se oppidanorum salutis causa receperant, munitior quàm quæ vno impetu capi posse videretur. Stationibusq; ita circa eam dispositis, ne qua inde eruptio fieret, reliqua diei ac noctis pars quieti data. In eo pralio multi vtrinq; desiderari sunt: plures etiam vulneribus affecti. Postridie Alphonsus cū clementia sua in victos vti statuisset, captiuos omnes liberari, usq; domos restitui iussit. Quare cognita, qui in arcem confugerant, salutem pacti deditiōem fecerunt. Recepta arce, eaq; præsidio firmata, Neapolim rediit, ex tam muniti naturali situ oppidi expugnatione ingens nomen, & gloriam adipsius.

BARTHOLOMAEI
FACII RERVM SVO TEM-
PORE GESTARVM
LIBER III.



AM hyems instabat, cū littera ad Alphonsum delata sunt, quibus in Hispaniam accersebatur. Nanque inter Ioannem Hispania regē, ac fratres eius oborta contentio, ac discordia, eoque creuerat, ut a prosecutione absistere nullo modo posset. Inimicitiarū causa fuerat, quod Ioannes Henricum Alphonsi fratrem, cui Gallecia principatus obtigerat, in custodia tenebat, propterea quod Catharinam sororem sese inuito uxorem ceperat. quā cū existimaret non passurum fratrem, ut illi nupta esset, cui maxime cupiebat, magnis itineribus in Aragoniam clam fratre contēderat. Itaque cōstituit Barcinonem quamprimum traicere, usq; conuocatis quorum consilio utebatur, prosecutionis suae necessitatem pluribus verbis exposuit. Posthac ad res ordinandas conuersus, Petrum fratrem summā rerum praefecit, multis summa nobilitate & consilio viris, quorum consilio in rebus administrandis vteretur, ei adhibitis. Et ut non minus armis, quā cōsilia partum regnum firmaret, non exiguum peditum atque equitum numerum ei attribuit: neue duces deessent, per quos res bellica, si opus foret, gererentur, Iacobum Caudolam, ac Bernardinum Cardam homines rei militaris peritissimos, mercede conductos (hi ad mille equites ducebant) apud eum reliquit, ciues ut in fide & offici

officio permanerent, fratriq; obtemperarent, exhortatus. Imprimis verò palam professus est non esse sibi in animo reginam regno spoliare, sed tantum efficere atque eniti, ne per inuidiam atque per odium eorum, qui apud illam gratia atque opibus pollerent, ex eo regno pelleretur: quod à se fugato regina hoste pacatum esset, quodq; sibi post reginæ mortem successionis iure deberetur: tantumq; abesse ut eam vellet regno exuere, ut nihil æquè optaret, quam ut positis certaminibus atque inimicitijs, cum illa in gratiam rediret: simul spe celeris reditus facta, omnibusq; diligenter prouisis Caietam traiecit, eiq; Antonium Lunam cuius presidio præficit, confirmatisq; ciuium animis, cum duodeuiginti rostratis, ac onerarijs duodecim in altum euehitur. Vix dum è Caieta cōspectu classis abcefferat, cū subito exortus Africus naues dispersit: ipse cum paucis rostratis summo remigum labore ac nixu, retrò ad Caieta portū delatus est. Caterarum aliæ Pōtiam, aliæ propinquas insulas tenuerunt. Post sedatam tempestatem solutis nauibus Pontiam, quò reliquam classẽ cursum tenuisse suspicabatur, petūt: ibi totam nacl̃us classẽ (nulla enim nauis perierat) onerarias, quæ triremium cursum sequi non poterant, ad Stæchades insulas conuenire iubet. Namq; statuerat ex itinere Massiliam oppugnare, quod Ludouicum, qui adhuc Romæ erat, cum Ioanna amicitiam renouare, nouaq; belli consilia agitare acceperat. Itaq; Ioanni Cardona onerariarum præfecto imperat, uti ad Stæchades insulas cum nauibus proficiscatur, ibi se eum cū rostratis præstolaturum monet, si eò prior aduenerit: si inde discesserit non expectatis onerarijs, sese tamen literas

arundini illigatas in demonstrata quadam insula
 re relicturum, quibus quid à se agi vellet scire p
 sin vero ipse prior venti beneficio praeueniret cum
 rarijs, uti eum ibidem anchoris iactis expectaret.
 pronunciaret velle se Massiliam oppugnare, ne qu
 eius consilio Massilienses praesentirent. Ipse altui
 tens cum triremibus ad easdem insulas contendit
 & iam ad Planasiam insulam peruenerat, cum ite
 oborta mari tempestas classem disiecit, onerarijsq
 tum tenentibus rosata in Nicca portum delata.
 Prosperam deinde ventum nactus, ad destinatas i
 las cursum contendit. bi cum onerarias eodem con
 rire iussas non reperisset; suspicatus eas vento ia
 tas Barcinorem petisse; ne Massilia oppugnationi
 differret, institutum cursum persequi decreuit: a
 tisq; ad se triremium ductoribus, quod ad eam d
 occuluerat, consilium eis aperuit, hortatus uti pra
 tibus animis rem susciperent, quae ingentem is glo
 pradamq; allatura esset: nec vererentur, quod on
 ria abessent: facile enim Massilienses inopinato suo
 uentu opprimi posse: at certe quando res ex senten
 tia non succederet, absque detrimento discedi posse. C
 Etis operam strenue pollicentibus, postridie idoneam
 nauigandam tempestatem nactus, sub quartam
 Etis vigiliam ad paruam admodum insulam, qu
 conspectu Massiliae est sita, classem appulit, ibiq; a
 de tota oppugnanda urbis ratione coepit. Difficilem
 ciebat oppugnationem: loci situs non natura mod
 etiam opere permuniti. Nanque Massilia à tribus
 me partibus mari alluitur: pars reliqua altis mœn
 circumdata est: quae pars Austro exposita est, hanc
 pes in

pes ingens inexpugnabilem facit. Sinus introrsus recedit, qui portum efficit per angustis faucibus. Duo excelsa templa cum præaltis hinc atque hinc turribus portum claudunt : inter quæ Syrtis quadam posita, eat faucium angustias coarctat, ad cuius extremum sita est Pharus manu facta : quæ cum altera parte, quæ altius est mare ferrea cathena iungebatur. Hac loci natura freti Massilienses conspecta classe, de cuius aduentu per quosdam Nicaenses cognouerant, regios conatus contemnere videbantur, & ob eam rem nulla eis circumiectis agris auxilia accersierat. Sed multis sæpe urbibus negligentia exitio fuit. Sæpe contemptus hostis ingentem calamitatem attulit. Erat forte in ipsius portus faucibus nauis quadam oneraria : hanc visa regia classe, confestim mali fastigium ad turrim quamproxime appulsam nauta religarunt, quam regij aggressi cum triremibus quatuor, cum inde vi diuellere nequirent, Alphonsus turrim ipsam à terra oppugnare primum constituit. Huic verò turri, ut ostendi, cathena iuncta erat. itaque triremium quatuor cohortes confestim in terram desilire precipit, ac turrim oppugnare. Nec multo post ipse cum paucis eodem profectus est. Dura erat eius turris oppugnatio, ijs qui in præsidio erant creberrimè grandinis modo lapides, atque omne telorum genus iniicientibus. Quod ubi Alphonsus animaduertit, exterioris circuli porta illico faces iniici imperat. Miraculum rei adiungunt, subito coorto imbris flammam restinctam. Cumq; iterum iniectus ignis portam denuo corripuisset, rursus imbris casu incendium obrutum. Quæ res cum esset à plerisque in religionem versa, & ob id abstinendum ab oppu-

gnatione censerent, iussit Alphonsus ut tertio igni conijcerent, non passurum se ulterius conijci affirmasse tertio ab imbri defenderetur. Itaque cum tertio fa-
inietta essent, confestim nullo iam obstante imbri, flamma vis portam hausit. Quo casu qui in turri erant cuncti territi, regi polliciti sunt se nullam inde vim facturo si ab ipsius turris oppugnatione absisteret, ac si accideret ut vrbe potiretur, sese in eius potestate fore. Quibus auditis Alphonsus ne ibi diutius tempus teneret, satis sibi esse arbitratus, modo eos non haberet aduersos, ita se omisurum oppugnationem respondit, si propugnacula turris deijcerent. quod cum illi haud cunctanter fecissent, ad triremem regressus, Ioannem Coruerium cum triremi recta adsecandam cathenam cum dolabrīs anteire imperat. Itaque celeriter profectus cathenam ex mari in lembos tectos extractā cadere aggreditur. Tum ex altera turri atque ex vrbe tormenta ac saxa in triremen coniecta. Lembi etiam plerique hostiles aduersus regiones tela iacentes cathena sectionem impedire conabantur. Caterum triremes reliqua turrim, quoad tuto poterant, subeuntes propugnatores sagittis incessabant, nec in muro apparere patiebantur. Inter hac naualis quidam socius, Alphonso detulit, esse lembum quendam intra portum incustoditum, qui facile capi possit, caterum remis inermen, quo comprehenso atque armato, terror iniici oppidanis possit. Quod ubi accepit, eum confestim arripit, remosque inferri, atque armatis hominibus compleri imperauit. Id cum strenue fecissent, duos oppidanorum lembos in se concite venientes inuadunt, capiuntque, & ad quadraginta lectos viros in ijs imponunt, quibus cum portum obeuntes nauiculam

nticulam quandam adorti comprehenderunt: quæ ca-
 pta, & armata, reliquas omnes oncrarias, quæ in por-
 tu erant cepere. Hic tantus rerum successus Alphonso
 spem attulit, quando ipsa cathena ferro secari non pos-
 set, urbem ab ea parte cum nauibus captis, capi posse.
 Ingens verò certamen ad cathenam erat, contendeti-
 bus summa vi hostibus, ne claustra perrumperentur.
 Quatandem rescissa, consultatum (nam iam primæ
 noctis vigilia erat) vtrum recta in portum vno agmi-
 ne irrumperent, urbemque oppugnarent, an oppugna-
 tionem in posterum diem differrent. Suadebat Ioan-
 nes Cardona vt in posterum diem certamen extrabe-
 rent, nec per noctem in vrbe maximæ parti ignota,
 prælia cōsererent, rem magni discriminis esse affirmās,
 noctu cum oppidanis pugnare, quorum tela certiora
 futura essent præseferentibus regijs per urbem faces,
 quæ quidem sequentes præderent. Contra Corterius ne
 respirare territos sinerent, dum nox terrorem augetet,
 satius fuisse dictitans portus claustra non abruptis,
 quam ijs abruptis prælium differre. Futurum facile
 oppidanis, auxilijs extrinsecus accersitis, eos postridie
 ingressu vrbis prohibere. Cuius consilio approbato Al-
 phonsus confestim triremes in portum magno impetu
 inuehi præcipit, atque in molem pontes exponi. Ipse in-
 ter primos processit, contemptis ijs qui de turri pugna-
 bant. In hoc ingressu graue saxum tormento aneo ab
 oppidanis excussum (mirabile dictu) cum supra eius
 triremen deferretur, nauali cuidam socio vmbonem
 modò, qui ab eius balneo pendeat, toto corpore intacto
 atque illaeso, diffractum abstulit. Et iam oppidani con-
 globati in molem concurrerant, ac ne descensio in ter-

ram fieret, contendebant. Eratq; difficilior ho-
 pellere propter loci angustias, quod multi simu-
 gnare non poterant. Quod cum Alphonsus animaa-
 teret, rostratas quatuor eam partem circuire is-
 expositisq; in terram militibus desuper cum clan-
 se ostendere, ut metu iniecto hostes inde auerteret. Q-
 cum illi strenue effecissent, tantus oppidanorum pa-
 trepidatio cepit, ratis urbem captam esse, ut dese-
 statione in fugam se coniecerint. Quibus terga dan-
 bus, regij è navibus certatim desilientes eos insequi-
 que agere tota urbe coeperunt. Et, quoniam multi
 tectis pugnabant, proximis domibus ignis iniectus e-
 Qui paulatim vento adiutus, cum mox eum vicu con-
 prehendisset (nanque omnia propè adificia extrinse-
 cus contabulata erant) mutato vento in aliam urbis
 gionem deferri coepit, totamq; hausit. Posthac non sin-
 omnium admiratione, cum ventus in contrariam pa-
 rem reflare coepisset, totam regionem oppositam absum-
 psit: atque ita variante vento, nulla penè oppidi pars al-
 ignis violentia integra supersuit. Fugabantur interea
 tota urbe oppidani, diripiebanturq; domus, ad quas
 incendium non peruenierat, multiq; eorum in vijs fu-
 gientes cadebant. Fæminarum puerorumq; complo-
 ratus per urbem fugitantium atque ad portas discur-
 rentium regionum aures complebant. Itaque oppida-
 ni, desperata salute, exportatis quæ pro tempore potue-
 runt, urbe protinus excessere. Tum regij in omnes vr-
 bis partes excursionem facta eam continuo in Alphonsi
 potestatem rede gere. Urbe capta, Alphonsus matrona-
 lis decoris haudquaquam oblitus, earum fæminarum,
 quæ in templa confugerant, iniuria parci iussit: easq;
 spectata

spectata integritatis viris, ne à militibus probro afficerentur, seruandas tradidit. Quæ cum ad eum pro conseruata pudicitia magnam auri ac gemmarum vim, quas secum detulerant, misissent, vltra libertatem, & ea omnia sese ijs dare dixit, potestatemq³, fecit vti ad suos mitterent qui eas ex vrbe deducerent: ijs vt res omnes, quas ab incendio conseruauerant, exportarēt, permisit. Postridie fortè duo nauales socij vestem, qua diui Ludouici corpus induebatur: & calicem, quo is in sacris vti solebat, quod corpus pridie magna cura in ipso praelij ardore conquistum, non inuenerāt, ex præda ad naues deportabant. Quibus rebus à Massiliensi quodam cognitis, illico Alphonsus eos ad se perducere iussit. Et primò quidem corpus à se inuentum non negarunt: ceterum dum naues repeterent, vt socios atque adiutores vocarent, quod ipsi tantum onus ferre non possent, loculum interea vbi corpus recòditum inerat, igni haustum. Quibus cum creditū esset, dimissi sunt. Alphonsus tamen nequaquam animò conquieuerat, eius inueniendi percupidus: putabat enim, id quod euenerat, corpus ipsum metu occultatum, ne ab inuentoribus aurum loculo circumpositum reddi oporteret. Itaque cum audisset, gubernatorē triremis quæ illi vehebantur, vnā cum ijs affuisse, hominem ad se confestim accersi imperat, & quidnam de ipso corpore factum sit percontatur: qui cum pertinacius affirmaret crematum esse, suspensa ad malum triremis antenna, terrore mortis iniecto, veritatem expressit, atque vbi nā corpus celassent cōfiteri cōegit. Quod vbi agnouit, euestigio eò profectus, corpus ipsum cum summa veneratione in rostratam, qua ipse vehebatur, depor-

tari curauit. Hūc verò casum Maſſilienſis ſenior i
 rebat (rem dictu miram) quendam ſpectata ſancti
 ſis virum, iam ab inde annis quinquaginta, eo ten
 re Maſſilienſibus euenturum pradixiſſe. Eius diei
 diem tertium omnibus urbem deſerendam cenſe
 bus: quòd copia propter bellum Hiſpanum iam deſi
 tum animo, imminuenda non eſſent, urbis autem ſ
 fidio multo milite opus erat, nauē ingreſſus, urbem
 ſidio vacuam reliquit. Ea clade Maſſilienſium in C
 liam perlata octingenti ferme è Burgundia equite
 Alphoſum proficiſcebantur, ſtipendia ſub eo (nam
 id tempus Ioannes eorum princeps Britannia adi
 ctus, cum Gallia rege bellū gerebat) ſacturi. Cateri
 quas dixi, cauſa, ac belli inſuper Hiſpani moles
 quid amplius in his locis moraretur, cogeant, qua
 oprem in Hiſpaniam, vti conſtituerat, ire perre
 Necdum multum nauigando proceſſerat, cum ſub
 exortus in aduerſum ventus adeò mare commouit,
 diſpulis nauibus vel precioſarum rerum iacturam
 ri oportuerit. Hæ tamen poſt longam iactationem P
 moſam nulla ompino amiſſa, delata ſunt. Inde pau
 moratus dies dum iactatus reſiceret, tranquillo vel
 Barcinonem traiecit. Lætus iſs, ac maxime iucun
 eius aduentus, vt diu deſiderati regis, vt glorioſi vic
 ris fuit. Iam enim ad eos, atque adeo in omnem Hiſp
 niam tot rerum ab eo proſperè ſimul & magnificè
 ſtarum fama peruagata fuerat, quibus Catheloniu
 atque omne Hiſpanum nomen non mediocriter ill
 ſtratum eſſe animaduertebant. Itaque quàmmaxi
 honore potuerunt eius aduentum celebrauere: nu
 re prætermiſſa, quā ad id munus pertinere exiſtim
 rei

vent. Nec minus cetera Cathelonia, atque Aragonia ciuitates, ac reguli eius salutandi & congratulandi gratia Barcinonem profecti, inter se de officio certabant. Fuit autem hic annus ab aduētu eius in Italiam tertius. Interea Ioanna ob Alphonſi diſceſſum occaſionem, vt ſibi videbatur, naſta, qua amiſſam vrbe Neapolim reciperet (magnum enim militum numerum ab Alphonſo tranſuectum in Hiſpaniam ſciebat) de reuocando Ludouico, quem antè pro hoſte habitum regni finibus expulerat, conſilium cepit. Cumq; ſciret Martinum pōtificem maximum illi amicum eſſe, nulliusq; opera facilius reconciliari poſſe, legatos ad eum miſit, qui ea de re agerent. Nec fuit pontifici difficilis ea reconciliatio, Ludouico eam rem vltro, & maxime expetente. Renouata igitur amicitia ac ſœdere, Ludouicus ex hoſte hoſpes repente factus, Auerſam ad Ioānam profectus eſt. Ea coniūctio maxima voluptati fuit Andegauenſi ſactioni, qua prius Ludouico expulſo, omni prorſus ſpe ſibi exuta videbatur recuperanda in perpetuum dignitatis. Itaque clām inter ſe occulta conſilia agere, atque illius rebus, quoad tutò poſſent, fauere cœperunt. Multiq; etiam ad eum ſeſe Auerſam contulerunt, operam, ſtudiumq; omne pollicentes. Cū autem Ioanna, & Ludouicus ſeſe Neapolim, ceterumq; regnum, priuatis viribus recuperare poſſe diffiderent, externa auxilia poſcenda cenſuerunt: ea maxime qua mari pollerēt. Ea tempeſtate Philippus Maria mediolanenſium princeps, cuius opes omni Italia formidoliſa erant, vrbein Genuam propter ciuium diſidia tenebat, eratq; ingens eius auctoritas, terra quidem propter equeſtres copias, quibus abundabat, mari verò

propter Genuenses, quorum in rebus maritimis magis opes erant. Huius itaque amicitiam imprimis sibiendam duxere. Nam cum sibi classe imprimis opus se animaduernerent, eam non aliunde commocquam è Genua se consequi posse intelligebant, primum cum scirent Genuenses ad veterem amicitiam utrumque pronos esse. Quod consilium cum pontifex comprobaret, legati ad Philippum, ac deinde ad Genuenses missi, quique suadendo perfecere uti bello adiuventur. Alphonsus per id temporis Genuensibus inusatus erat, propter Corsicam à se bello petitam. Itaque cilius in ea re Philippo obsequuti onerariarum ducum, ac triremium quinque & viginti classem effecerunt. Huic classi Philippus Guidonem Forellum, vni è copiarum ducibus præesse voluit, patientibus eque animo Genuensibus alienigenam hominem adsum fœderis formulam classi præfectum dari, quod pecunia in classis stipendium Philippus adiuerat. In classem præter nauales socios, lectissimum peditatu equitesque complures misit, qui, ubi quid terra gereretur, hostium impetum sustinerent. Ad decem milium hominum qui pugnare possent, in ea classe fuisse accipimus. Dum ea paratur, Ioanna ac Ludovicus de recipienda primùm Caieta agere cœperunt, cuius rei facilitatem classis beneficio sibi oblata videbant. Erat enī ea vrbs & ad classis receptum portu tutissimo peropportunā, & propter vicinitatē ad bellum Neapoli, atque adeo vniuerso agro Campano inferendū maximè idonea (neque enim abest à Neapoli, plus sexaginta milibus passuum) egitque Ioanna cum Christophoro, ac Ferruccio è Caietana stirpe regulis, quibus in ea vrbe m

que clientela erant propter oppida, qua tenebant Caieta circumiecta, ut in aduentum classis Caietanorum animos eorum, quibus amicis utebantur prepararent. Postquam verò Petrus regius frater certior factus est Genuenses pro Ioanna & Ludouico Philippi iussu classem moliri, coacto in urbem frumēto, omnibusq; ad obsistendum necessarijs attentiore cura preparatis, ad Braccium misit, qui rogaret, si Alphonsi statum saluum esse cuperet, uti Neapolim quamprimum cum exercitu contenderet. Braccius per id tempus adhuc urbem Aquilam obsidebat, statueratq; non prius ab obsidione discedere, quam eam cepisset, quod intelligebat (vrbe illa ditionis sua facta) postea in manueius fore, cui vellet Neapolitanum regnum tradere, regesq; qui de regni possessione certabant, amicitia eius magno empturos esse: quapropter irrita ad eum legatio fuit. Aduersus quem aliquanto post, ita postulante pontifice ac belli socijs, cum Sfortia à regina cum exercitu mitteretur, in transitu Aterni fluminis (quem nunc Piscariam ab oppido vicino vocant) dum periclitanti armigero opem ferre conatur, vorticibus rapidis, cum equo in profundum absorptus, nusquam postea apparuit. Nec multò post Iacobus Caudola, ac Franciscus ipsius Sfortie filius, adolescens iam tum magna expectationis, cum copijs eodem missi: cum per montana supra Aquilam venissent, ipsum Braccium per contemptum hostiū patientem omnes prius copias in planum descendere, quam pugnam inciperet, acie vicerunt, eo caso, totoq; exercitu propè capto. Inter hæc Genuensium classis parata atq; instructa è Genua soluit: eaq; cum ad Caieta conspectum peruenisset, ijs, qui Alphonsi partibus fa-

uebant, magno terrori fuit: nec ob id, quod urbis
 nimento diffiderent, sed quod magnam civium pa-
 Ioanna ac Ludouico affectam, rerumq; nouanda
 cupidam intelligebant: quorū conatus pertimesce-
 Et quanquam eorum consilium Antonio Luna præ-
 urbis non obscurum erat, tamen dissimulante id
 bat: nec punire fontes, nec expellere vrbe ausus,
 verebatur, simul ac questionem de suspectis habere
 pisset, ne illorum vim sustinere posset. Appulsa ig-
 sub vrbem classe, expositisq; in terram naualibus
 militibusq;, Guido classis præfectus, vti mōitus fuit
 terra mariq; Caietanos circumsedit: multiq; ad ea
 Ioanna equites cum Christophoro Caietano in ca-
 accessere. Antonius, quoad potuerat, vrbem munie
 dispositis per muros vigilibus, & ne quid noui adu-
 partis homines moliri possent, observabat. quorū
 lus primo classis aduentu seducem ad arma capie
 profiteri ausus est. li triduo post ceptam obsidionem
 cum non auderent vim facere presidij metu, terrori
 injiciunt: docent tam grauem obsidionem frustra ti-
 rari: nam neque ab Alphōso Hispano bello occupato,
 que à Petro eius fratre, cui nulla sit classis, subsidiū
 lum expectari posse. Stultum autem videri, vbi au-
 lium desperes, quod tueri nequeas, id tamen pertina-
 ter ob cupiditatem velle defendere. Mare à classe cl-
 sum, terram ab exercitu teneri, nec iam vllam obse-
 effugium patēre. vrbem præterea non vsque adeo m-
 nitam esse, vt tanta classis, tantiq; exercitus simul le-
 na, ac Ludouici vim sustinere possit: quapropter sue,
 presidij, ciuitatisq; saluti consulendum, antequā ho-
 muros quaterere inciperet. His perterrefactus Antoni-

qu

quod in ijs, qui amici Alphonso erant, parum opis in-
 tuebatur, cedendum necessitati ratus, consilium salu-
 bre magis, quam honestum arripit, pactusq³ suam, &
 presidij salutem, Neapolim ad Petrum abiit: quo di-
 gresso, haud mora Caietani deditioem fecere. Vrbe
 Caieta presidio firmata, Guido tranquillum nactus
 mare Neapolim petijt, extraq³ teli iactum anchoras
 in portu iecit. Quod postquam Petrus animaduertit,
 stationibus per muros tormentisq³ dispositis, omnib³-
 que cum cura effectis, quae ad muniendam tuendamq³
 urbem pertinebant, ne quid eum falleret, circumspecie-
 bat. Postridie haud procul a templo Maria Carmeli-
 tana Guido copijs in terram expositis castra ponit. Le-
 uia de hinc praelia inuicem committi coepta. Dum au-
 tem Petri equitatus in Auersanum excursionē facit,
 Remundus Anechinus, qui sub Iacobo Caudola milita-
 bat, capitur, atque ad Ludouicum perducitur. Quem
 cum sciret Iacobo imprimis charum esse, peridoneus ei
 est visus, per quem cum Iacobo de recipienda vrbe Nea-
 poli ageret. Itaque hominem seorsum placide affatus,
 quid ad Iacobum perferri velit edocet, speq³, & promif-
 sis ingētib³ oneratum à se dimittit. Ille confestim ad
 Iacobum reuersus, remotis arbitris, ei Ludouici man-
 data aperit. Quae vbi audiuit, renunciari iussit sese in
 id quod peteret paratum esse. & qui id exequi posset,
 meditaturum: in hoc cōsiliū aliquot dies consumpti.
 Neq³ enim absque magno discrimine, & astu tanta res
 agi posse videbatur. Erant enim apud Petrum & aliq³
 quidam praestātes copiarum duces prater Cathelanos,
 & Hispanos, vt ab eo cautiſsimē agi oporteret. Cate-
 rum cluſis praesentia eius animum ad rem perficien-

dam confirmabat. Tum magnam ciuitatis partes Ioannam inclinare animaduertebat. Hec quaque ab eo occultissime agebantur, tamen Petrum non labant: sed veritus hominis potentiam dissimulauit existimabat. Erant enim in Iacobi manu portarum ues, ut periculum esset, si qua vis aduersus eum paratur, ne vno momento propter auxilij propinquitatem cuncta euerteret. Molliendum igitur potius, & vinclum omni officio eius animum (si forte à proposito uocari posset) quam irritandum, & quod sine suspitionis significatione fieri posset nequid noceret, praecandum. Itaque nec urbis custodiam omittebat, nec omnino vno tempore copias in hostem educi sinebat. Sed perquam Iacobus consilia sua palam facta cognouit, mirandum ratus: priusquam ei vis afferretur, Ludouicum monet, ut Guidonem postero die in armis paratum iubeat, simul quidnam constituerit edocet. Postquam hostes instructa acie ad urbem succedunt, veluti mori oppugnaturi. Quod cum Iacobus animaduertere obuiam cum equitatu, & magna peditatus parte pentem prodit. Ceterum paulo post primum congressu quasi eorum vim sustinere non posset, ex composito cessit: hostesque fugientem consequuti, una cum eo urbem inuecti sunt. Hinc tumultus & trepidatio repente tam urbem peruasit. Hispani, Cathelanique cognito loco, ut quisque potuit, in tanto, ac tam inopinato casu alij arcem regiam, alij alio effusa fuga sese receperunt. Quae cum Petrus animaduertere cedendum fortuito arbitratus, & ipse in arcem concessit: Hispanorum & Siculorum domus direpta, & siqui comprehensi sunt, pro captiuis habiti: totaque urbe cum ingenti clamore

ma

more discursum est, nec quicquam præter arces superfuit, quod non vna modo excursione captum fuerit. Qui arcem Capuanam tenebant, paulo post salutem pacti, deditiōem fecerunt. obsidebatur arx regia. ad hæc res frumentaria deesse cœperat. Magnus enim hominum numerus in ipso tumultu captæ urbis in eam confluxerat. Sed eam inopiam vnius navis interuentus subleuauit: quæ violentiore vento de industria expectato, pleno velo ad arcem delata, frumentum, quo erat onusta, inuitis hostibus exposuit. Alphonsus per id tempus in habendis delectibus, contrahendisq; copijs occupatus erat. Cui postquam renunciatum est amissa Neapoli, arcem obsideri, dignitatis suæ esse statuit, fratrem quamprimum obsidione liberare. Itaque Artale Lanam cum parte classis qua Barcinonem vectus fuerat, Neapolim confestim proficisci iubet: & quæ frater imperaret efficere. Isq; secunda tempestate vsus, paucis diebus Neapolim profectus est. Frumento in arcem illato (iam enim Genuensium classis abierat) & arcem famis periculo, & Petrum obsidione liberauit. Ad eius classis conspectum, Neapolitani confestim armatis mœnia compleuere stationibus opportunis quibusq; locis dispositis. At Petrus cum se ciuitatem ea classe recipere posse diffideret, omni turba inutili inde sublata, classē conscendit, ac Siciliam repetijt. Inter hæc Alphonsus cum copijs Ioānis Hispani regis fines ingressus, ei intentabat magis, quàm inferebat bellum, quo finitimis populis terrore iniecto Henricum fratrē dimitteret. Ioannes quoque frater Nauarra rex, qui antè Henrico nō nihil aduersus fuerat, ab Alphōso persuasus, mutato repente consilio suadere Ioanni cœpit.

uti fratrem abire pateretur : seq³ non passurum, ni
 faceret, fratrem diutius distineri. Itaque Ioannes
 eas parauerat copias, quibus Alphonsus obfistere se
 se consideret, tamen omnis belli consilijs, dimittere
 ricum statuit : quo dimisso, pax facta est : moxq³
 phonsus reductis copijs, in Aragonia fines redijt. E
 hac in Hispania aguntur, Thomas Fregosus, princi
 tu Genuæ expulsus ad Petrum mittit, qui auxilium
 eo postulet aduersus Philippi vim ac dominatum : q
 que doceat quos populos in Italia amicos, quas clien
 las in vrbe Genua, atque in reliquis Genuensium
 pidis habeat : nec dubitare se si ab eo classe adiuua
 tur, fore, ut eiecto Philippi praesidio vrbe potiatur :
 bere illum meminisse accepta à Philippo grauissi
 iniuria : à quo & ipse ex vrbe Neapoli expulsus fuen
 & Alphonsus fratri omnis propè spes adipiscendi re
 adempta. Non placuit Petro (& si ira, atque indig
 tio animum eius ad vlciscendam iniuriam stimu
 bant) quicquam super ea re decernere, antequam
 phonsi voluntatem cognosceret. Itaque continuo
 eum misit, qui eius animum sciscitaretur. Quo a
 profecto, Alphonsus animo reputans nullā feruē ali
 gentem sibi Neapolitanis in rebus aduersari posse
 facile fore, ut Thoma Genua principatum obtineret
 ipse cum classe proficiscens, reginam, quae promiser
 praestare compelleret : placere sibi auxiliū Thomae
 rirenunciari iussit. Cuius voluntate cognita, Pet
 sumpto comiteatu, ceterisq³ necessarijs in classem i
 positis, ad portum Pisanum cursum dirigit. Ibi Bapt.
 & Abramus Thoma fratres cum duabus Florenti
 rum rostratis eius aduentum opperiebantur. Cam.

classe quatuor & viginti naues longa erant, Baptista & Abramo ducibus in Ligusticum sinum profectus, oppida mari vicina circumire, terroremq; ingentem aduersarijs inferre cœpit: & modò Clauarum, modò Genua portum, modò Sauonam petens, omnia infesta faciebat: nec nisi insigni magnitudine naues commectus importare in oppida patiebatur. Si quando in hominum Fregosa factionis naues incidebat, has absque detrimento atque inuiolatas dimittebat, aduersariorum verò capiebat. Quod cùm inimici animaduertenterent, quæ potuerunt, ex amicorum delectibus presidia in oppida suspecta, aut minus tuta confestim miserunt. Inter hæc in spem Baptista Sigestri potiundi adductus (quod oppidum à Genua triginta millibus distat) Petro persuadet, uti cum classe eò se cõferat: multos amicos sibi in eo oppido esse, qui ingressum pollicerentur: horumq; principes esse Laurentium, Fedricum, & filios, suæ factionis homines; quo oppido capto, reliquos illius oræ populos aut voluntate, aut metu deditiōnem facturos. Hæc cùm dixisset, Petro consiliū approbante, Sigestrū profecti sunt. Situs oppidi huiusmodi erat. Locus est accliuus leniter sese à littore in mōtem attolens, insula propè modò undique mari circūdatæ: vna tamen littoris pars continentem attingit, non latior fermè passibus centum: vtrinque stationem habet lembis ac triremibus tutam, ipsa mōtis natura maris impetum coërcente. Sed non vtraq; statio eadem tempestate tuta est: nanque ciente procellas Noto, eam partem quæ Aphrico exposita est naues petunt. Rursus flante Aphrico, ad eam partem quæ ad Notum vergit, mutata statione se recipiunt: ipsorumq; ventorum im-

petus magnam in vtrunq³ litus arenarum mole-
 hunt. Qua de re etsi tellus ipsa fossione facilis est
 oppidum in insulam redigere difficillimum fore
 adeo penè nulla vt arte effici rationèue posset.
 hanc peninsulam, in qua oppidum situm est, vici
 nullis mœnibus circumseptus, aduersa factioni-
 minibus frequentior: nanque in oppido Fregosa-
 plus poterat. Laurentius cum suis perpetuò intet-
 bat, vt cum primum classis accessisset, Baptiste o-
 traderet. itaque ad primum eius aduentum pul-
 uerfa factione, Baptistam intromisit. Quo casu, q-
 traria factionis erant, conterriti, in montes pe-
 quos, mox Centuriam (incole ita appellant) ami-
 quentem, qui mons inter Sigestrum & Clauarum
 sese fugientes receperunt. Ea re à Genuensibus P-
 po nunciata, Nicolaum Guerrerium cum multo pe-
 tu, equitatu pauciore (quòd in montanis locis pea-
 vsus maior erat) confestim eò proficisci iussit. 2
 millia hominum ij fuere. Ad hæc Genuenses oner-
 quatuor ingentes, quæ mari oppidum vexarent, i-
 re. Nicolaus primo Compianum cum exercitu p-
 ctus, quod oppidum in Apennino est situm, in agr-
 nunensis confinio, priusquam vltius progredere-
 eius regionis peritos aliquot consuluit quâ nam-
 transeundus Apenninus esset. Duo enim erant itin-
 per quæ Sigestrû aditus patebat, denis fermè pass-
 millibus inter se distantia: vtrunque porro diffici-
 periculosum, vnum per vallem, quam Sturla voc-
 alterum haud procul à Varisio oppido. Caterum i-
 motius ac multò minus tutum videbatur: propt-
 quòd in ijs locis Abramus magnam agrèstium ma-
 ex an

ex amicis comparatam habebat. Nanque Ioannem Ludouicum, ac maiorem Eliscorum partem, summa nobilitatis viros, quorum dominatu ea loca tenebantur, amicos atque adiutores habebat. Itaque Nicolaus astutendum ratus, callidum pro tempore consilium capit. Ligures cōplures expeditos, quibus ea regio nota erat, confestim deligit: hosq₃ ante lucē postridie Varisii iter ingredi precipit: longoq₃ agmine, plerisq₃ militaribus signis interiectis, quod maioris multitudinis speciem atque opinionem hostibus praberent, incedere. Qui ut erumpente luce in collibus apparuere, confestim ij qui montem, quem Sanctam vocant, insederant, uti erat constitutum, fumo significare cœperunt. Qua re Abramo nunciata, extemplo cum ea manu, quam coegerat montem petijt, hostesq₃ citato agmine persequitur. Idē Vallis Sturlæ incolæ depulsum a se periculum opinati fecere: desertisq₃ collibus, quos insederant, Varisium versus contenderunt. Ea re cognita Nicolaus premissis levis armatura hominibus, cum agrestibus plerisq₃, qui colles ab hoste desertos occuparent, ipse cum reliquo exercitu per vallē Sturlæ iter facit: vicisq₃ passim direptis atq₃ incensis, colles per quos eundum erat, gradatim occupat, ne hostes à tergo vrgerē possent. At ea manus, quam per Varisii iter missam demonstrauimus, ut vidit Varisio motos hostes sese citatim insequi, effuso cursu per montes ferri cœpit: instantibus iam à tergo hostibus sese plerique è subiecta rupe deiecerunt. Interea nunciatum est Abramo hostes Sturlæ Vallem ingressos eam latè populari, atque vastare. Et primò quidē fumus prospectus ardentium tēctorum, mox foeminarum, & puerorum clamor opem poscentium au-

ditus maiorem suorum partem ad sua defendend
uocauit. Ipse quoque Abramus intellecto hostium
cum ijs omnibus qui secum erant, cumque equi
quem à Florentinis acceperat, eodem cucurrit: hos
iam longe progressos insequutus, vt vidit se assequi
posse, recta Sigestrum petit, ac Nicolao, nullo iam
stente, per Lauania amnis vallem, diuersa via Clau
profecto: ibi donec delectus imperati à Genuen
conuenirent, consistere iussus est. Interim Baptista
Abramus ante Sigestrum oppidum castra in litore
suerunt, fossamq; & vallum ad vtrunque litus (na
tergo oppidum castra in litore muniebat) à fronte
dixerunt. Petrus cum classe ad litus stabat, alteru
castrorum latus tuebatur. Postquam Nicolaus per
nauib; ac delectibus se satis firmum atque instru
videt, Sigestrum petere instituit. Abest autem Sige
à Clauaro non plus quinque millibus passuum, co
rùm iter plurimum confragosum, & princeps. In me
fermè Centuria mons est, quem paulo antè monstra
mus, ab aduersarijs magno presidio communitus. Su
Sigestrum collis est, qui Saltus ab incolis dicitur: e
breuis ad oppidum descensus est. Hunc cum sciret Ni
laus per speculatores ab hostibus in seffum, magnam
pularium, atque agrestrium manum per superio
montes circummisit: qui deiectis inde hostilus cōtin
collem occuparent. Quod postquam Baptista an
uertit, confestim summissa peditatus parte, qui coll
tueretur, ipse reliquas copias in aciem producit. Pet
quoque sub eundem collem quam proximè potest cl
sem admouet. Nicolaus composito agmine iter fac
bat, cum interea, qui circummissi ab eo fuerant, è
peric

periore parte magno impetu in hostes inuecti sunt. Quod postquam conspiciatus est, peditatum confestim summisit, qui hostes lacefferent. Ita supernè simul & à fronte impugnabantur. Non tamen vsque adco animos remiserunt, vt collem subito deseruerint: sed cominus pilis, & gladijs rem gerentes fortiter aliquandiu restiterunt: multaq; vulnera & intulerunt simul, & acceperunt. E classe multi eorum manubalistis, ac tormentis seriebantur. In viarum angustijs par vtrique virtus erat: sed cum fortius premeret qui de superiore locopugnabant, cedere coacti: sensim deserto colle sese ad equites in planitiem receperunt. Occupato saltu Nicolaus celeriter in subiectos campos descendit: nanque ante oppidum duum millium, aut eo amplius planities patebat, traductoq; omni exercitu, eoq; saltu, & circumiectis collibus insecus, ac presidio firmatis, haud procul ab hostium castris castra posuit. Baptista, quod equitatu inferior erat, in castra copias reduxit, praeliaq; inuicem quotidie conferebantur, non tamen, vt in vniuersi certaminis fortunam deueniretur. Nicolaus equitatu praualebat, sed classe ab latere circumfusa multi suorum tum militum, tum equorum manubalistis icti cadebant. At naues tres Genua profectæ tormentis, & omni telorum genere castra infesta faciebant. In hoc rerum statu Nicolao nunciatum est, Ioannem Ludouicum, de quo paulo antè mentionem feci, cum magna popularium manu è Varisio per Sturiam Vallem in auxilium Baptiste proficisci: breuiq; supra caput ipsius affuturum, deiectisq; qui colles tenebant, valis fauces occupaturum. Quapropter veritus ne reditus intercluderetur, ipse confestim cum parte equitatus

disimulata fuga, ad eum saltum progressus: quasi
 tuos hostes transitu prohibiturus, reliquas cepia
 posito agmine se sequi iussit. Caterum qui in c
 manserant, ut se desertos à duce conspexerunt, tu
 tuosius, ac sine ordine abeuntium vestigia sequuti
 postremosq; adorti in fugam coniecerunt. Horum
 ga conspecta, qui antecesserant, & ipsi desertis
 bus, fugere effusius coeperunt: nec ullius vi aut im
 retineri poterant. Fugientibus per Saltum (is ve
 mons, quem supra memoravi) classis, quae ad ra
 suberat, terrorem augebat. Latera enim nuda m
 balistis praeberes multa inde vulnera accipieban
 tria millia mercenariorum militum capta, reliqu
 se effuso cursu Clauarum, unde venerant, receper
 ſq; nauibus inuecti quod terra tuto reuerti in G
 cisalpinam non poterant, Genuam traiecerunt. Sei
 dum hanc pugnam Petrus, ac Baptista Rapallum o
 dum profecti, expositis in terram naualibus socijs
 cum Abramo primo impetu oppidum cepere: ma
 enim pars oppidanorum Fregosis fauebat. Ingressi de
 vallem ad cuius exitum oppidum situm est, insectari
 stes coeperunt, qui gregatim in colles conuenerant.
 autem per id temporis Antonius Fliscus Fregosis in
 cus: is igitur contracta popularium, & clientum
 parua manu, praeter delectos Genua ad se missos, i
 vallē descendit, hostesq; adeptus ad naues repulit.
 hac Petrus cum classe Ligusticum sinum circumire
 sus cepit: multaq; detrimenta ijs praesertim qui ad
 se factionis erant, inferebat: nec frumentum, aut a
 comeatum genus importari patiebatur: sed hac
 la minus graui ciuitati erant, quam reliquae pro
 cia:q

cia: quoniā onerarijs quæ magnitudine excellēbāt, rostrate navigationem inhibere non poterant. At cetera verò oppida terrestri itinere è Gallia cisalpina, interdū mari maioribus nauibus deferebantur, sed sumptu maximo. Ex quo nauigatio, ac mercatura apud eos, qui maritimam oram incolebant, omnis conquieuerat: quotidieq; ad senatum Genuensem, & ad eos quos Philippus reipub. præfecerat, graues querelas deferebant: atque vt eorum calamitatibus consulcretur, precabantur. Quibus rebus cognitis Philippus, veritus ne Alphonſi bellū Genuæ rebus discrimen ob Fregosam factionem afferret, si classis eius in Ligustico sinu diuturniorem moram faceret, de pace cum Alphonſo agendum censuit. Missis igitur ad eum in Hispaniam legatis, Bonifacium Corsicæ caput, quod pax aliter impetrari non poterat, ei se traditurum inſcijs Genuensibus pactus. Cum exolucere promissum non posset, Genuensi Senatu renitente, Veneris portum, atque Illicem, duo in portu Lunæ castella naturali situ munitissima, Bonifacij loco, ei tradidit: atque ita pax conuenit, sed uſque iſtum. Digrediens è Ligustico sinu cū classe Petrus ad Cercinam Aphrorum insulam profectus, expositis in terram naualibus socijs, primo impetu eam cepit ac diripuit: incolisq; omnibus vtriusque sexus, præter eos qui in syluis delituerunt, in seruitem adductis, in Siciliam redijt: eo videlicet cōsilio vt Neapolitani regni oras vexaret, atq; hostes à nauigatione arceret. Dum hac geruntur, Ioannes atque Henricus Alphonſi fratres, qui post factam, quam dixi, pacem in pristinum statum apud Ioanuem Hispania regem restituti, cuncta rurſus administrare, atq; agere cœperant, Aluarū

Lunam, de cuius consilio Ioannes omnia gesserat
 nec inter illum & Alphonsum discordia viguit,
 illos potentia equare atque eorum auctoritatem
 uare nitebatur, e medio excedere, & in oppida
 bire coegerunt. Erat hic nobili quidem loco natu-
 rerum propter scientiam rei militaris opinionem
 mum apud regem dignitatis gradum adeptus, o-
 seu belli, seu pacis munera per se geri volebat. Eo i-
 a rege distracto, & a regni negocijs in ocium con-
 Ioannes atque Henricus, ut dixi, cuncta agebant.
 rerum commune regnorum malum inuidia rursus
 fidem, quae inter eos ac Ioannem regem renouata
 e media sustulit. Quidam enim e regni primoribus
 bus fratrum potentia inuisa erat varijs suspicio-
 iniectis, denique inter illos ac regem dissensionem
 rerunt: atque ut eorum opes euerterent, Ioanni pa-
 sere, uti Aluarum, qui iam tum alterum annum
 bat, & a spe recuperandae dignitatis pristinae longè
 rat, ad capefcendas rursus secum regni curas reuoca-
 Qui incunctanter profectus, ut vidit se pristina a-
 rritatem adeptum, Ioannis, & Henrici statum de-
 liri, ac labefactare coepit: breuig, fautorum ope, a
 opera effecit, ut utroque a regni curis amoto, de si-
 nius consilio, ac voluntate (ut consueuerat) cuncta
 gereret. ea vero res maxime Alphonsum mouit.
 igitur post factam pacem ferme quarto, tantam i-
 riam minime ferendam diutius existimans, cum i-
 ligeret non posse fratres, nisi Aluari potentia immu-
 ta, amissam dignitatem recuperare, ad Ioannem
 hit, velle se aliquot dies regni curis vacuos una cu-
 agere. Simul ad mille equites, lectissimam iuuetutem
 quos

quorum plerog³, è nobilitate Hispania ad se studio partium traxerat, confestim conuocat, sub specie ludorum equestrium, quos agere instituisset, cum ad eum peruenisset, multa arma ijs certaminibus apta parari iubet. Eius profectio Aluaro in primis suspecta fuit, ne suo detrimento instituta esset. Quapropter minimè cessandum ratus ad artes se conuertit, quando aperte vi vti non poterat. Adducto igitur in suspicionem Alphonso, quasi vellet Ioanni regnū adimere, coactis raptim quas potuit regis iussu copijs, Alphonso iam regni Hispani fines ingresso cum rege obuiam processit. Quod vbi Alphonsus agnouit, delectu raptim habito, quando consilium non succedebat, vi agendum aperte ratus, tria milia peditum equitatu addidit: progressusq³, ad Aegyptam oppidum, plano ac patenti loco castra posuit. Ea re cognita Ioannes cum Aluaro citato agmine iter facientes in colle edito, vnde Alphonsi castra conspici poterant, confedit. In hac castrorum propinquitate quotidie magis ac magis irritabatur vtriusque partis animi: paruaq³, praelia inuicem committebantur, ijsq³ Alphonsus, quod equitatu plus poterat, superior euadebat. Caterum alijs super alios indies aduentantibus, postquā Aluaro visum est Ioannē satis instructum ad certamen esse, fortunam praelij experiri, quod ad eam diem recusauerat, statuit. Et iam vterque exercitus conflicturus erat: cum Maria Alphonsi vxor, eademq³, Ioannis soror interuenit, seq³ viro, & fratri mediam obiecit: precibusq³, simul, & lacrymis impia, atque nefaria arma è manibus vtrique eripuit. Deinde vnā cum pontificis maximi legato, ob eam causam in Hispaniā profecto, effecit, vti Alphonsus factis inducijs, retrò in re-

gnum concederet: cæterum hæc inducia non belli
 sed parui temporis quies fuere: nanque Aluarus
 nem quotidie stimulare in Alphonsi odium non de
 bat. Itaque regem rursus impulit, vt contractis in
 tibus copijs bellum renouaret. Quod postquam al
 phonsum perlatum est, confestim ex delectibus a
 millia peditum coëgit: oppidaq; hostili regno opp
 que haud satis tuta videbantur, solo equari, inco
 cum bonis in tutiora loca transmigrare, pabula
 terea & stramieta, ne hostibus vsui essent, igne coi
 pi iussit. Paratis deinde, contractisq; omnibus cop
 regni fines processit. Ioannes equitum millibus cin
 triginta, peditum quadraginta, Aragoniam ingre
 inter Sertinum, & Fericiam oppida castra posuit.
 Fericiamq; primùm oppugnare aggressus est. op
 prasidio miserat Alphonsus complures viros forte
 strenuos Italico bello expertos: qui non tantum de
 ro pugnare, sed etiam extra, oppidi munimenta pre
 re, & aperto Marte manus cum hoste conferere a
 bant. Triduo id oppidum totis viribus à Ioanne ne
 quam oppugnatum est: pari animo audaciaq; res
 runt qui Sertinum tuebantur. Alphonsus, vt Ioan
 ex Aragonia abstraheret, proxima regni eius vasti
 quod vbi Ioannes agrouit decimo postquam ven
 die, irrita incepto, in regnum se recepit. Cuius di
 comperto Alphonsus quinque peditum, tribus equi
 millibus ex omni numero delectis Deciam oppidu
 tit: atque illud, & Boroniam ac septem præterea
 da, Aragonia finitima, intra paucos dies expugn
 isq; prasidio valido firmatis, quod per anni temp
 geri non poterat, in Aragoniam in hyberna copia

duxit. Incunte Vere, ne hostis posset pro arbitrio regni sui fines penetrare, omnem undique aditum firmis praesidijs sepsit: constitutisq; domi rebus: Tarraconem profectus est: copijs eodem conuenire iussis. Nam, quod ea vrbs situ permunita, atque opulenta erat, & in confinio hostium posita, is locus omnium commodissimus ei est visus, quod potissimum copiae contraherentur. Ea re Ioanni renunciata non minori & ipse cura omneis in fines suos aditus praclusit, copiasq; quas potuit, conuocauit, concitatis in mutuam perniciem vtriusq; regis animis: nanque ita natura comparatum est, vt si qua inter necessarios ira intercidat, acerbiora inde odia, grauioresq; inimicitiae exoriantur. Verum priusquam iustae conuenirent acies, multa excursionses, ac populationes vltro citroq; factae, ac pleraq; oppida hinc inde debellata. Inter haec Petrus Alphonsi frater, qui iam cum classe in Catheloniam redierat, Alborcherium, quod oppidum est in confinio Lusitaniae situm, cum magna popularium manu profectus est, vt ab ea quoque parte Ioannis regnum vexaret: erat ei summa amicitia, vetusq; hospitium cum Alicantara Magistro: ita enim appellatur eius religionis princeps: nanque Ferdinandus rex sapientissimus filiorum adolescentiam ei viro propter grauitatem & integritatem vitae regendam dederat: ijq; ab eo liberaliter instituti fuerant. Quae necessitudine confisus Petrus, cum ad oppidum quod ab ipso Alicantara magistro tenebatur, profectus esset, vt inde auxilia ad bellum accerferet, fratris filius à Ioanne Hispaniae rege magnis pollicitationibus persuasus, adempta patruo oppidi possessione, Petrum in Ioannis potestatem tradidit. Quem Henricus frater

cum aliter liberare non posset, nisi eo oppido Ioan-
dito fraterna pietate victus, oppidum haud cunct
tradidit. Isq; dimissus ad Henricum venit: atque
ambo cum nihil aliud tutum in ea prouincia ad
Ioannis opes amplius haberet, ad Lusitania regem
soror nupta erat, sese receperunt, belloq; inde ren-
to, Ioannis regnum multis cladibus affecerunt. Alp-
sius copijs omnibus coactis, regni hostilia interior-
gressus, longe lateq; terrorem incussit. Ioannes qu-
identidem excursiones multas in Aragoniam
Nusquam tamen collatis signis dimicatum: praeli-
fortuna varia fuit, magisq; tempus procurstation-
atque populationibus tritum, quam ut vno praelio
lum finiretur: sed trabendo bellum exasperatis
tandem in conspectu castra posuerunt, vniuersi ce-
minis fortunam subituri. Cum hic esset rerum st-
nonnulli ex regni optimatibus (quibus regum dij-
dia molesta erat) antequam praelio decernerent, r-
adeunt: quantaq; hominum cades, quanta regni vtr-
que calamitas consequutura esset, si omnibus copijs
certarent, quamq; praeterea flagitiosum ad faman-
ta necessitudine deuinctos reges inter se gladios se-
gere, docent. Isq; & huiusmodi verbis vtrūque re-
perpulere, ut omnia pugna per legatos & commi-
amicos de pace ageretur. Itaque inducijs in quinqu-
nium factis, delecti arbitri qui cognita rerum con-
uersa pacis conditiones dicereut, quod penitus on-
discordia causa tolleretur. Isq; constitutis, non praeli-
modo, quod haud dubie cruentissimum futurum vi-
batur, sed etiam tam atrox, tamq; inipium bellum
blatum est.

BARTHOLOMAEI

FACII RERVM SVO TEM-

PORE GESTARVM

LIBER IIII.



INITO bello in Hispania, Alphonsus
 ut aliquid insigne pro Christiana reli-
 gione ederet, aduersus Afros bellum ge-
 rere instituit. Itaque Barcinonem pro-
 fectus, sex & viginti triremium classem comparauit,
 huiusq; onerarias nouem adiecit, quae commeatus & bel-
 lica opera ueherent: omnibusq; diligenter prouisis, Ca-
 ralim insignem in Sardinia Hispanorum coloniam, ut
 inde sumpto commeatu Africam peteret, primum pro-
 fectus est. Ceterum cum iam inde discessurus esset, bi-
 remis quadam e Sicilia celerrime ad eum nunciatum
 venit, Trupiam Brutiorum oppidum, quod in Hispaniam
 proficiscens valido praesidio firmatam reliquerat, ad
 Ludouicum defecisse, arcemq; in periculo esse, nisi ei
 confestim auxilium feratur: quod Ioannes Rota arcis
 praefectus deditionem pepigerit, nisi intra dies viginti
 ei subsidium mitteretur, ob eamq; rem maturandum
 esse, ne sero, ac nequicquam postea opem ferret. Qui ubi
 hac accepit, nihil ad nauigandi celeritatem sibi reli-
 quum fecit. Neque enim ignorabat quantum detri-
 menti rebus suis afferret eius oppidi amissio, quod & ad
 classis receptum in summa portuum paucitate, & ad
 vexandam Brutiorum suorum hostium oram percom-
 mode situm videbatur. Alluitur enim magna ex parte
 mari, estq; non tantum situ, sed etiam opere permani-

tum. Et iam ad Carbonariam Sardinia promontorium secundo vento vectus peruenerat, cum subito atque turbulenta vis tempestatis coorta, e classe in portu reiecta, duodecim dierum cursum morata est. Quae quidem res impedimento fuit, quo minus Trupiana a in tempore subueniri potuerit. Postquam ventus desipacato mari classem rursus soluit, atque inde in Siliam traiecit: ac vix duabus horis in Panormi portu commoratus: tamen ut sciret an adhuc Trupiana a suo praesidio teneretur, in Brutios celeriter contendit: ea vero venti vis fuit, ut ante horam vigesimam octauam in Trupia conspectum accesserit. Caterum idem ventus qui venientibus prosper fuerat, descensionem terram facere volentibus aduersus fuit: adeo enim littus undas concitauerat, ut triremes pontes exponere nullo modo possent: quod quidem ipsa venti natura efficit: qui quemadmodum primo ingressu maria placat, ita ad exitum perturbat ac ciet. Isque foris dies erat quo arcis praefectus deditionem pactus fuerat, nisi auxilium accepisset. Quae de re Alphonsus etsi sciebat sibi cum Ludouico dimicandum esse, propterea quae arx ducentos ferme passus a mari distabat, nec ad ea nisi per medios hostes strictis gladijs euadi poterat, omnino obsessis opem ferre statuerat. Caterum dum ad terram fertur, praefectus arcis siue obsidum metu, nauis filios fidei pignus Ludouico dederat, siue quod putasse perfidia nota inuri posse, nisi arcem ad praestitam diem dederet, siue desperarit nauales socios propter maris tempestatem in terram exponi posse, educto inde praesidio, arcem Ludouico dedit, eam sibi continuo dedi visa classe deposcenti. Namque is pertinac

ter instabat, ut eam in potestatem suam redigeret, priusquam classis propius accederet. Qua re cognita Alphonsus superuacuum dimicationem ratus, in Siciliam, unde venerat, ut propositam, & iam ceptam expeditionem exequeretur, rediit. Fuit autem hic annus ab ortu Christi vigesimus sextus, & quadringentesimus. supra millesimum: oneraria quatuordecim, biremesq³, & speculatoria ad septuaginta classi adiecta, machinarum omnis generis & comineatuum vis magna comparata: peditum atque equitum non paruum numerus. Atque hac intra quinquaginta dies (tantus omnium ardor, & studium erat petende Africa) effecta. interea reguli, & copiarum duces (quemadmodum ijs mandatum fuerat) cum imperatis militibus, & comineatibus ad diem conuenere. Quibus profectis Alphonsus ad insulam Gerbim (quam veteres Lothofagitem appellabant) cursum dirigi imperat, superos precatus, uti ea expeditio sibi, suisq³ bene ac feliciter verteret. Abest autem Gerbis a continenti circiter quatuor millia passuum, insula cultoribus frequens. Qua ad occidentem vergit, sinuata propius continenti iungitur, nec plus fere mille passus ab ea distat: pos lapide structus insulam continenti iungit. Hic erat ante omnia occupandus, ac rescindendus aduersus Barbarorum incursum: quo Gerbini auxilij spe sublata facilius ad deditionem cogeretur. Alphonsus itaque cum nauigans appropinquaret insulae, onerarias primo ad eum portum, supra quem turris est sita, quam a nominis conditore Valgarneria appellant, petere iubet: quod propter Syrtes propius pontem accedere non poterant. Deinde rostratis biferiam diuisis, equam partem Guteria attribuit: cumq³

statuisset à duabus partibus pontem occupare, petijt ab eo Guterias, vti se ab occidente pontem adire sineret, arbitratus ab ea parte sese ad pontem ante venire, & præoccupare posse. Cuius postulatio, quorsum tenderet, etsi non fallebat Alphonsum, tamen id ei facile concessit. Erat autem Guterias rei maritimæ scientissimus. Itaque Alphonsus ab oriente, Guterias ab occidente pontem petunt: sed dum proficiscitur, vadorum haud satis gnarus, multis flexibus ac reflexibus tardius iter facit. Alphonsus prior in pontis conspectum venit. Nonnulla etiam nauium, quæ Guteriam sequebantur, vadis implicita cursum demorata sunt. Ceterum cum Alphonsus propius ad pontem ferretur, triremes quaedam ex ijs, quæ eum sequebantur, præeundi cupiditate cum citariùs agerentur, in vadis hasere. Quod vbi conspiciatus est, illico agmen antegressus omnes ex ordine sequi se iubet, neue in vada ignota, & ipse incideret, speculatoriam præmittit, quæ fundum exploret, ac sic tuto ad pontem successit. Iecerant autem barbari vtrinque iuxta pontem magnam lapidum vim eius classis suspicionem, ne quæ naues pontem subire possent, atque in eum armatos exponere: hos igitur lapides primùm exhauriendos curauit, dato quibusdam negotio, qui in mare subito sese coniecerunt. At Gerbini, qui ad primùm classis conspectum ad arma conclamantes magnam iam hominum vim coegerant, vt viderunt acervos lapidum detrahi, classemq; ponti puppes appellere conari, ad prohibendos descensione nostros cucurrere. Inter hæc tres viri fortes contemptis hostibus pontem ingressi, tam diu Barbarorum impetum sustinuerunt, donec purgato fundo regia triremis ad pontem perueniret: Nanque è classe

classe & suorum studijs, clamoribusq³, & manubali-
stis, quas Barbari maximè formidabant, adiuuaban-
tur: sed tanta lapidum congeries erat, vt non omnes
naues ponti puppes admouere possent. Itaque quando
aliter non poterant, per proximas triremes, veluti per
scalas, naualibus socijs expositis cum Barbaris praelium
conferere cœperūt. Qui cū primo impetu fortiter re-
sisterent, mox pluribus in pōtem transgressi, cū vim
ferre non possent, in fugam coniecti, plerisque vulne-
ratis, & caesis, in insulam refugerant. Posthac Alphon-
sus continuò eā parte operibus munita, quā ad insulam
vergebat, ne quā eruptio à terra fieri posset, pontem à
tergo recidit. Interea Guterias ingenti labore è vadis
elapsus, cū pontem versus ferretur, & illum armatis
plenum prospiceret, dubitare cœpit ea ne hostium co-
pie, an regis essent. Caterū propiùs accedens, vt si-
gnā regia cognouit, arbitratus (id quod erat) pontem
à rege occupatum esse, celeriter inuectus, & ipse ab al-
tera parte nauales socios in pontem exposuit. Nocte,
quæ insequuta est, Afrī qui parati in armis erant (nam
ob clāsis huius metum Bopherius Africa rex multa ho-
minum millia cōegerat, atque in diuersis locis dispo-
suerat, ignarus quemnam potissimū locum Alphon-
sus cum classe petiturus esset) in conspectum insule fre-
quentes cōuenere. Bopherius verò vt cognouit per ignes
in diuersis promontorijs excitatos, Alphonsi ad ipsam
insulam aduentum, ad duo millia equitū auxilio cō-
festim misit. Qui vt ponte occupato iter ad insulam
interruptum vidēre, haud procul inde constiterunt: ac
statim nuncius cum literis à Bopherio ad Alphonsum
venit, camelo, quem à velocitate Dromaden vocant,

inuectus: in quibus literis scriptum erat, se mox cum cō-
 pīs affore, pugnandiq; potestatem facturum: regē cum
 rege certare magis decere, longeq; laudabilius esse,
 quā cum vnius parua insula cultoribus: neque enim
 ex Gerbinis denictis tantum illum gloria adepturum,
 quantum si regem pralio vicerit. Erat is quidem & a-
 nimi magnitudine, & prudentia singulari: atque ob
 id à Barbaris vehementer colebatur. Alphonsus etsi ob
 terrorē Gerbinis iniectum, insulam à se capi posse con-
 fidebat, nec ignorabat quorsum à Bopherio scripta li-
 tere tenderent: tamen ne detrectasse certamen videre-
 tur, abstinere insula oppugnatione ac praestolari eius
 aduentum decreuit: renunciariq; iussit oblatam sese
 cōditionem lato animo accipere: veniret modò quam-
 primum, nec rem indies traheret. Paucis post diebus
 Bopherius cum ingenti peditum, atque equitum nu-
 mero affuit, castrisq; in conspectu hostium positus, ipse
 cum robore, ac flore totius exercitus in ponte confedit,
 ac pro munimento quā hostiū castra vergebant, gran-
 des palmarum truncos hostium telis ac tormentis op-
 posuit: quorum tanta durities erat, vt etiam tormen-
 tis resisterent. Is dies in muniēdis vtrinq; castris con-
 sumptus: nanque pralium in sequentem diem ex com-
 posito dilatum fuerat, edixeratq; Alphonsus, ne quā
 ante eam diem munimenta transfiret, aut manū cu-
 hosse confereret, quique aliter fecisset: ei capitale
 fore. Idq; negotij dederat Ioanni Vintimillio, atque e-
 mino Corella, quos munimentis, quā Bopherij cast
 proxima erant, praefecerat. Biremes, ac lembos sag-
 tarys instructos partim à pontis dextra, partim à
 sinistra postero die mittere statuerat: qui vtrinq; ho-
 laceffere

laccesserent, quique vno, atque eodem tempore inter-
ram egredere ntur, & dum ipse à fronte vrgeret, à ter-
go hostes aggredere ntur, interiectis raptim munimen-
tis è terra, quæ ex dolijs parauerat, ne qui in alterius
quæ trans pontem erant castris regi suo opitulari pos-
sent. Qui ordo si seruatus esset, haud dubie Bopherius
cum ijs omnibus qui vnà cum eo in ponte cor sederant,
eodie capi potuissent. Caterum paucorum quorūdam
temeritas pugnam, quæ in posterum diē extracta fue-
rat, eo die representari compulit. Nanque ij à Barba-
ris quibusdam munimento proximis ad singulare cer-
tamen prouocati, neglecto imperio, atque edicto regio,
per asserem interiectum transmisere: qui mox cum
prouocantibus congressi, cum eos pellerent, Barbaro-
rum plures in sese cōuerterunt. Tum qui è nostris pro-
piores erant, munimenta transgressi ad opem ijs feren-
dam confestim iēre. Quod ubi Alphonso nūciatum est,
indignatus confestim misit, qui & ceteros transitu in-
hiberent, praliumq; committi non sinerent, ac trans-
gressos reuocarent. Caterum vtrinque iam vsque aded
incensi ad pugnam erant, vt nec transgressi reuocari,
nec qui in castris erant vllius imperio retineri possent.
Quod cum Alphonsus animaduocaret, fortuna euen-
tum experiri statuit: castrorum vtrorumq; munimen-
ta quantum modo pontis patebat interruptio dista-
bant: exercitus extra teli iactum subsistebant: atque
ad extrema munimentorum lignæ turres, ac propu-
gnacula excitata erant. Ab insula quoque prospectum
nequid inde detrimenti in ipso pugna ardore capere-
tur. Ingentibus deinde animis vtrinq; cōcursum: nan-
que & ipse Bopherius lectissimam suorum manum, to

tumq³ exercitus robur in pontem, vt dixi, traduxerat. Sed is tumultus magis quàm iustum præliū erat: nam neque acies instrui, neq³ copia distribui, nec quicquam ex disciplina & more militari seruari potuit: atrox vero, quoniam in angusto res gerebatur, certamen erat: stetitq³ aliquandiu vtraque immota acies. Sed minus sua damna sentiebat Pœnus, quod multitudine abundabat, quæ continue à castris in pontem procurrebat. Quod vbi Alphonsus animaduertit, lembos quosdam, vt instituerat, circa pontem dimisit: ipse inter primos progressus tantam alacritatem suis iniecit, vt tum primum prælium inijsse viderentur, tum hostes loco moti ad regis tabernaculum paulum substiterunt. Nanque reges suos Barbari pro dijs habere, colereq³ consueverunt: hic fortissimus quisquis eorum, dum acrius pro regis salute decertat, interficitur: denique verecundiam metu vincente, in fugam versi, toto ponte cesserunt, ipse quoque Bopherius desperatis rebus equo repente ab equite, qui circumstabat oblato, in altera castra se recepit. In eo prælio Barbarorum multi vulnerati, complures etiam cæsi, in quæis regis cognatus: signa sex regia, ac tormenta ænea duodeuiginti capta. De Alphonsi quoque exercitu nonnulli quoque viri fortes desiderati sunt: in quibus Ioannes Heredia honesto loco natus, qui pugna initio rescissi pontis interuallum strenuo saltu transgressus, cum fortiter pugnaret, lancea iugulum traiectus è prælio semianimis excessit. Ea victoria, etsi grata Alphonso fuit, tamen hoc minus iucunda extitit, quod ante constitutum pugnae tempus dimicatum fuerat. Cupiebat enim collatis signis iusto prælio cū rege dimicare. Idq³ sibi maiori existimationi, &

ni, & gloria ducebat fore, si ex proposito congressus ipse rex regem fudisset. Post hac qua breuem esse traiectionem in insulam dixi, Ioannem Calatageronem (id ei cognomen fuit) cum biremi mittit qui Barbaros equites, qui per vada cognita in insulam euadebant, cum se astus in mare refudisset, transitu arceret. Nanque ea loci natura erat, ut nec pedibus, nec equo insula adiri ex continenti posset, cum se ex alto astus inuexisset: quod sexta quaque hora (quemadmodum in oceano) contingit: neque nauibus tuta statio erat, quod rursus decedente astu naues in vadis destituebantur, periculumq; à terra incurrebant. Sed Ioannes mox vel prædandi cupiditate, vel commorandi radio demandatam sibi à rege stationem deseruit. Eius discessione barbaro nuntiata, hoste, quæ sequuta est, complures equites in insulam transmisit. Quo cognito Alphonsus, etsi omnem prope spem expugnandæ insulæ abiecerat, hæud tamen inchoatam obsidionem deseruit. Quinetiam cum omni exercitu, nisi quantum castrorum præsidio sat erat, in insulam transgressus est: ibiq; castris positus incolas in maximum metum ac discrimen adduxit. Cumq; populationibus & incēdis vastare insulam statuisset, interea pacis metio à Bopherio orta est, eaq; Punica fraude tractata factisq; aliquot dierum inducijs copiae in portum reductæ sunt. Redimere se velle grandi pecunia pacem simulabat, ne insulam vastaret: sed dum in conditionibus dandis, & accipiendis tempus feritur, commeatu classi decesse cepit: quod tempus de industria Bopherius expectabat, ut inopia commeatuum compulsus rex abscederet. Pluresq; etiam in insulam ab eo interrim furtim transmissi, ut iam oppugnatio omnis va-

na atque irrita videretur. Quibus necessitatibus adductus Alphonsus soluta inde classe in Siciliam rediit: paucosq; dies Messana commoratus, agitare animo cepit, quonam modo Neapolitanum regnum, quod amiserat, recuperare posset. Itaque Aenariam insulam, quae adhuc eius praesidio tenebatur, adire primum statuit, uti regina erga se animum exploraret. Profectusq; agere de reconciliatone, & pace cum illa per internuncios cepit. & Ioanna quidem simulabat sese pacem eius non aspernari. Caterum uti eius rei exitus docuit, ab ea re longè auersa mens erat. Iam enim multorum persuasionibus ad Ludouicum inclinauerat. In his agendis, quod reliquum aetatis fuit, nequicquam consumptum: pace tamen nomine magis, quam re facta in Siciliam rediit, eo animo, atque consilio, ut inde in Hispaniam remigraret, satis ducens tempori cedere, dum emolli-retur regina durities, si forte emolliri posset, aut si consilium immutaret, quod varia, & mobilia sunt mulierum ingenia, quam concertando illius in se animum odio exasperare. Iamq; ob eam rem naues aliquot, & milites missos fecerat: quae in Hispaniam abierat. Com-
 meatu igitur in classem inposito instante iam hyeme Drepanum petit, inde ut primum per maris tranquillitatem posset, classem soluturus. Cum autem omnia ad cursum parata essent, nec aliud restaret negotij, quam anchoras moliri (res dictu mira ac penè incredibilis accidit) tres circiter menses tota classis in anchoris stetit, ventum modò secundum frustra expectans, ut fato quodam datum esse videretur, non esse fas ex Italia discedere, cui regnum Neapolitanum destinatum esset. Inter haec Ludouicus eius amulus apud Co-
 sentiam

sentiam Brutiorum oppidum febris correptus mortem obiit: quo audito Alphonsus rursus in spem poriondæ regni Neapolitani, quam quidem illo viuo posuisse videbatur, venire corpit: obseruabatq; si qui motus in eo regno illius morte consequeretur. Nec multo post nuntiatum est ei, Ioannam quoque defunctam esse. Quare cognita quam ex Ludouici morte spem conceperat, vehementer confirmauit. Caterum hæc tã magna erant, ut vix nuncijs fides haberetur. Quis enim crederet tot adipiscendi regni oportunitates sibi tam breui spacio contigisse? Excesserat primum è medio Ioannes Caracciolus inimicorum conspiratione noctu fædè interemptus: cuius & magna opes erant, & acerbissima in Alphonsum odia. Excesserat è vita Ludouicus maximam iam apud populos ac regni principes auctoritatē adeptus: quo viuo regni possessio sibi prorsus desperanda erat. Demum Ioanna decesserat, quæ vna eius votis obstare poterat. Hæc omnia reputanti sibi, longè profectò maiora videbantur, quam ut ijs fides haberetur. Apparebat enim à superis datum esse, ut omnibus, qui obistere poterant è medio sublati, ipse vnus absq; controuersia Neapolitano regno potiretur. Itaque confestim Caraffellum Caraffam, cuius opera fideli ac forti multos iam annos vsus fuerat, ad Raimundum Builum, cui Neapolitana arcis, & Italicarum rerum curam mandauerat, misit, qui quorsum inclinarent ciuium ac regulorum animi, quantum tutò posset, scrutaretur, quemq; potissimum suspicerent, cuiq; regnum destinarent. Ipse interea tantis oportunitatibus adiutus de repetendo regno meditabatur. Re igitur ad consilium delata, fuere qui censeret intermissis rebus Ita-

licis, sibi in Hispaniam, ut constituerat, abeundum esse: quod ei pecunia ad bellum gerendum deesset, reparandas vires, instaurandam validiorem classem. Inter ea sciri posse in quemnam regem Neapolitanorum ac regulorum studia conuersa essent: quod prius sciri necesse esset, quam eo arma rursus conferretur. Ad hac Petro fratri fortissimo viro classis & copiarum partem relinquendam esse, qua in oram Neapolitanam vectus aduersus eos qui imperium detractarent, bellum gereret. In quam sententiam liberius pro ingenio, petita à rege venia, cum Guterias loquutus esset, dixissetq; sese tanquam hominem haud sobrium loquutum, subridens respondit Alphonsus, Tu certe tanquam homo super cenam loquutus es. At ego idcirco, ne hominis temulenti sententiam sequutus videar, statui non discedere. Dimisso consilio quò magis magisque rerum statum, & temporum animo voluebat, hoc magis in proposito permanebat, omniaq; quae ad eam rem pertinerent, attentiori cura cogitabat. Inter hac ex Carassello, quæ auarissime expectabat, ad se reuerso de Neapolitanorum voluntate atque animo quantum ille sciscitando consequi potuerat, cognouit. Quem in secretius colloquiū adductum cum percontatus esset quidnam de ea expeditione sentiret, videri sibi, inquit, eam arripiendam esse fortunam, quae sese ultro offerret: nunquam postea maiorem illi opportunitatem adipiscendi regni, quod tantis laboribus & periculis quaesisset, fortunam allaturam. Cuius verbis haud mediocriter confirmatus (nonnullos enim regulos ad se inclinare acceperat) cum e Catina Messanam traiecisset, conciliare sibi primum regulorum animos instituit, & imprimis Ioannis Antonij

tonij Vrsini Tarentini principis ; qui vt magnitudine ditionis, ita dignitate & auctoritate inter regni optimates erexerat. Hic verò, cum olim eius fides apud Ioannam suspecta fieri cœpisset ob inimicitias quas cū Ioanne Caracciolo exercebat, à Ludouico cum exercitu fines eius ingressò, cui Iacobus Caudola praeerat, propè omni agro atque imperio exutus fuerat: septem modò oppida tutatus, situ atque opere munitiora, cæteris aut vi aut metu ad deditionem compulsis. Hunc itaque Alphonsus sibi primò conciliandum, & ad sua recuperanda enixè adiuuandum existimauit. Sperabat enim si beneficio suo, quæ amiserat, recepisset, non illum modò, sed & alios nonnullos regulos, qui illum aut propinquitatē aut beneuolentiā contingebant, auctoritate illius & gratia in se regem absque controuersia consensuros esse. Accedebat summa commoditas propter breuem traiectionem transportandarū in Neapolitanum regnum copiarum atque belli ab ea parte gerendi. Contracta igitur cum eo amicitia, Ioannem Vintimillium acrem & impigrum virum cum mille equitibus ad eum misit: ac paulò post Minicucium Aquilanum cum pari equitum numero, quorum operaforti quæ amiserat oppida breui recepit. Ludouico, & Ioanna mortuis, ingens rerum perturbatio in Neapolitano regno consequuta est. Res enim arbitrio multitudinis magis, quàm optimatum consilio gerebatur. Siquidem nullo conuentu principum acto, Renatum Ludouici fratrem è Gallia quamprimum accersendum in regnum decreuere. Interim verò qui summa rerum praessent, Otinum Caracciolū, Georgium Alamannum, & Balthasarem Rattam (id ei cogno-

men erat) Andegauensis factionis principes delegerunt: octingentisq, equitibus e Neapolitana iuuentute conscriptis Iacobum Caudolam Tarentino principi maxime infestum, pecunia e regina loculis deprompta, cum duobus millibus equitum mercede conduxere, atque ad Renatum legatos miserunt, qui illum ad regnum capeffendum accerferent. In hoc rerum statu dum expectat A'phonsus, quorsum primi motus euaderent, Ioannes Antonius Martianus Sueffanorum dux, Franciscus Aquinianus, Christophorus Caietanus, ac Rogerius frater is, qui Neapolitanam rem administrabant, infensi ad eum respicere coeperunt. Atque ut eum facilius ad bellum traherent, cum scirent Capuam urbem, quae ab aduersarijs tenebatur, ingentis ad victoriam momenti esse: spe is oblata illam per proditionem occupari posse, omnes in id vnum curas, & cogitationes intendere. Praerat arci intra urbem sita (nam duae sunt) Ioannes Caramanicus Ioanni Antonio, quod is ditioni suae subiectus erat, amicus, ac fidus, & ob eam causam is suspectus, per quos Neapolitana resp. gerebatur. Huic magnis premijs per internuncium Ioannes Antonius suadere clam coepit, uti sibi arcem traderet: cui ille velle se quidem annuit: caterum eam rem frustrarentari, nisi turres ad pontem sitae (quae altera arx) vno atque eodem tempore occuparentur: quod ciuitate inimica, cui prasidio quadringenti equites missi foret, nullus is pateret aditus, qui arci subsidio venturi essent: tentaturum itaque se propediem, si forte quidam e prasidio, quo amico utebatur, proposito premio adduci posset, uti turres ipsas traderet. cuius rei efficiunda nonnullam spem haberet: significaturum vero quid agi posse

posse confideret: postquam illius voluntatem cognouisset. Nec dicto fides absuit: confestim enim cum amico agere, multa & magna pollicendo per hominem fidum de eare cœpit: nec difficulter persuasit. petentiq; aliquot ad se viros strenuos per noctem ab exteriori parte mitti, quos in turrim per funem admitteret, quos sibi fideiores putabat, delegit: seq; qua hora commodum foret, cornu significaturum monuit. Postridie cum sibi alterius turrium custodia proxima nocte euenisset, patranda rei tempus arbitratus, cornu datum signum: tum qui parati erant strenui viri taciti turrim subeuntes per demissum ab eo fane conscendere, atque adniti cœperunt. Sed tam difficilis erat ascensus præsertim armato militi in tanta muri altitudine, ut vix tres ex omnibus in turris fastigium euaserint. Hos in secretiorem partem abductos confestim occuluit, & quoniam propter sociorum paucitatem rem exequi aperte non audebat, ad dolos se conuertit. Primumq; socios singulos, quasi aliquid operis facturos ad se vocat, comprehensosq; & loqui veritos, adiuuantibus ijs, quos intro miserat, seorsum disponit. Deniq; iisdem artibus & ipso præfecto arcis intercepto Ioanni Caramanico per cornu, vti conuenerat, signum dedit. Ille ut intellexit arcem in amici potestate esse, lætus postridie mane Citatinum (id ei nomen erat) præsidij vrbanî præfectû arte capere instituit: cum quadringētis enim equitibus, præter urbanas copias, ijs dimicandum erat qui arcis auxilium laturi forent. Adiunxitq; fortuna eius consilium. Fortè enim per eos dies Citatinus duos Campanos ciues è primoribus ciuitatis verbis altercando ad rixam progressos ipsarum turrium præfecto in custo-

diam tradiderat. Mittit igitur ad eum præfecti nomine, qui ei significet velle ciues illos, qui in custodia tenebantur, positis inimicitijs in gratiã reuerti: & ob eam rem petere, ne ad se venire in arcem grauaretur: hoc nuncio accepto, Citatinus nihil insidiarum aut fraudis veritus, confestim ad turres profectus est. Mox verò ut primum portam introijt, exclusis comitibus, comprehensus, ac protinus in carcerem coniectus est. Tum pauor, & trepidatio ingēs urbem peruasit: celeriterq; equites duce suo orbatī armis captis per urbem discurrere cœperunt. Postquam verò Caramanicus Citatinū interceptum comperit, haud amplius differendum ratus, cornu signum dat, quod cum Ioanne Antonio Martiano constituerat. Is verò haud procul cum magna popularium manu paratus signum expectabat. Itaq; repente profectus, & per patefactam turrium portam ingressus, ponte transiisso urbem inuasit. Tum equites cognito dolo perterriti, & consilij inopes per ciuiū domos diffugere cœperunt. Mox verò ut cognitum est Caramanicum ad Ioannem Antonium defecisse, eiq; arcem deditam, qui aduersæ factionis erant, domos quisq; suas trepidi petierūt. Atque ita sine suorum cuiuspiam cade Capua in Ioannis Antonij potestatem redacta est. Post hac expulso aduersariorū equitatu, Ioannes Antonius ac socij accersendum confestim Alphonsum censuerunt. Neq; enim tātum belli onus suis duntaxat viribus sustinere se posse confidebant: præsertim cum aduersarijs magna copie essent, hæq; aliena copia sustentarentur, quos non dubitabant ad urbem obsidendam quamprimum accessuros. Ad hæc ciuitatis partem sibi inimicam esse non ignorabant. Itaque Renaldum

dum Aquinatum Messanam ad Alphonsum quamprimum mittunt, qui moneat vti ad paratam sibi fortunam & exoptati regni possessionem aduolet: Capuam opulentam urbem (permagnum haud dubie momentum ad totum regnum vendicandum) in sua manu esse. Multum verò periculi moram importare, quod aduersarij coactis copijs ad vrbis obsidionem breui profecturos non ambigerent: cuius rei iam apparatus fieri sentirent: quorum auctoritas nō eos modo ciues qui sibi aduersi essent, verum etiam eos quibus amicis vterentur, trahere ad se posset. Letissimus hic nuncius Alphonso fuit: eoq; perbenigne accepto ac dimisso, in vna celeritate spem omnem victoria positam arbitratus, quō aduentus sui famam praueniret, cum septem modo triremibus, quas paratas instructasq; habebat, ē Messanae portu vela facit, Petro fratre in Sicilia relicto, qui quae bello gerendo opus forent curaret, annonamq; & commeatus summitteret. Quōq; suus aduentus occultior foret: vt Neapolitani metu posito segnius Capuam obsidere aggredierentur, procul a regni ora ad Pontiam insulam altum petens contendit. Atque inde extēplo Carassellum Capuam mittit, qui Ioannem Antonium, ac socios de suo aduentu certiores faceret: nunciaretq; videri sibi hoc regnum initio eum montem occupandum esse, in quo sita Caieta est, antequam hostes suum aduentum cognoscerent: quo capto vel voluntate, vel metu Caietam in suam potestatem venturam breui speraret. Quae quā commodē sita esset ad bellum Neapoli inferendum, nemini obscurum esse: duo oppida firma, & peropportuna, alterū terra, alterum mari habiturū se, si vrbe illa potiretur. Cuius

potiunda spes ei non abesset, si dum montis ipsius custodia negligretur, illi à terra, ipse à mari improuiso noctu aggrediretur: hoc sibi suscepti belli nimirum caput videri, & in eo rerum summam verti. Inter hac aduersarij Capua defectione vehementer attoniti, quas ad eius vrbs obsidionem copias mitterent summo studio parabant: atque in agris delectus habebant. Caraffellus non sine discrimine per iter haud pacatum Capuam profectus, Ioanni Antonio ac socijs eius mandata exposuit: & in primis de occupando Caieta monte pluribus verbis disseruit. Ad quem reguli, magna se sollicitudine subito regis aduentu leuatos esse: sibiq; eam rem summa latitia, ac voluptati fuisse. Copias vero à se sine ingenti periculo è Capua educi non posse, quod aduersa factionis ciues, qui metu in officio continerentur, sese digressus metu soluti noui aliquid struere in se possent. Quae ciuitas si quo sinistro fato sibi è manu elaberetur, summam inde rerum coëptarum desperationem haud dubie consequuturam. Prestare igitur sibi videri de Capua conseruanda, quam de Caieta colle capiendo cogitare: quod Capua conseruata, regni reliquum facile superari possit, propter annonae & pabuli copiam: illa autem amissa, nullam ferme spem reliquam fore. Multa contra à Caraffello dicta, cur satius duceret regis sententiam sequi. Sed cum illi in sententia permanerent, ne Alphonsum adire grauarentur petijt, de ea re, & de tota belli ratione vnà cum eo cōsiliū capturi. Quod cum illi se facturos reciperent, constituta die, & loco, ad quem venturi essent, ad Alphonsum celeriter reuersus quid egerit, refert. Quibus auditis, comprobato eius consilio eundem rursus cum trireni Sinuessam

missam, quò reguli postridie conuenturi erant mittis, qui illos suum aduentum prastolari Sinuessæ iuberet: sese eò ire decreuisse, quo sit maris tolerantior, quoq; propior sit: sese proxima nocte Aenariam insulam adiuturum. Cogitauit sanè (id quod euenit) regulorum animos nulla re magis, quam humanitate, & facilitate sibi conciliari posse. Profectus igitur Caraffellus postridie manè vti conuenerat, regulos Sinuessæ reperit, præter Franciscum Aquinianum, quem mole corporis grauem vrbs Capuæ custodia reliquerant: ipsq; Alphonsus eò venturum nunciauit: ne à Capua longius eis abeundam esset, neue mare pertimescerent. Ea regis humanitas audita in eius desiderium accensos regulos multo etiam vehementius inflāmauit. Tertia fere noctis vigilia Alphonsus per summum silentium Aenaria soluens, prima luce Sinuessæ adfuit, regulos quàm humanissimè excepit: paucisq; verbis inter se habitis ad prandium inuitatos in triremem perduxit. Post epulas de re communi consultari cœptum. Ostenderant primum reguli quos principes auctoritate sua in belli societatem traxissent, se tamen aduersus hostes haud satis firmos esse, quòd illi & copijs, & pecunia in belli sumptum, & re frumentaria superiores essent. Accersendum sibi videri Ioannem Antonium Vrsinum cum copijs, cuius opibus adiuti sperarent bellum à se tantisper, dum maiores copias pararet, sustineri posse: copias autem quas haberent sine summo periculo à se diuidi nō posse. nec Caieta magis quàm Capuæ à se rationem habendam esse. Quorum sententia collaudata, missurum se ad Ioannem Antonium quamprimum inquit, qui hortaretur vt cum exercitū celeriter in Campa-

niam proficisceretur, vel si venire ipse grauairetur, Ioan-
 nethi Vintimillium, & Minucium cum copijs mit-
 teret: sperare se, atque cōfidere pro eius viri erga se be-
 neuolentia nullam intercessuram voluntati suae mo-
 ram. Interea omnes se vires suas terra mariq; contrā-
 cturum, quibus susceptum bellum tueri se posse non dis-
 fideret. Hac oratione confirmati reguli, quod sibi regis
 fidem vehementius ad se tuendos obstringeret, in ipsius
 Alphonsi verba iurauere. Cum autem cogitaret Alphon-
 sus, quēnam ē suis ad Ioannē Antonium mitteret, nec
 temere idoneus quisquam occurreret, quoniam pcri-
 culosum per hostes iter erat: & res praestantem, ac gra-
 uem virum postulare videbatur. Carassellum operam
 suam impigre profitentem misit: quid ve ad eum per-
 ferri vellet, edocuit. Post hac eo Aenariam repetente,
 reguli Capuam reuersi sunt toto iam animo in bellum
 prōni, intentiq;. Carassellus simul & exploratis itine-
 ribus & mutato habitu ad Ioannem Antonium perue-
 nit, facileq; ei persuasit, uti cum omnibus copijs Capuā
 proficisceretur. Duobus millibus equitum, ac prope pa-
 ri numero peditum coactis, sese ipse cum Carassello iti-
 neri recepte commisit. Profectusq; per Caudinam val-
 lem, in quam olim Romanos consules sub iugum mis-
 sos à Samnitibus legimus, cum accepisset Relingerium
 Caudolam ad eas fauces occupandas, per quas tran-
 seundum erat, accessisse, ipse per agrum Ceritanum (sic
 enim appellant) iter in Campanum flexit: & ad Lu-
 natam Vulturno anne traiecto inter Cales, & oppi-
 dum Francolissium, quae loca ab hostibus tenebantur,
 castris positus consedit. Relictis, qui exercitui praecessent,
 ad Alphonsum Caietā se contulit: constitutisq; inter
 se, quae

se, quæ ad bellum gerendum pertinere videbatur, Capuam profectus est. Interea enim eius copia, quas ad Cales relictas dixi, Capuam se receperat: quod & oppida illa egregie munita erant, & commeatus non facite à Capua per hostilem agrum in castra ferebantur, cuiusq; amnem Vulturum castra posuerant, eo consilio, ut hostes transitu fluminis, & populationibus arceret. Aduersarij cognito prius regis aduentu, & Ioannis Antonij ad se profectione, minime cessandum rati, Relingertum Caudolam, Antoniũ eius fratrem, Micheletum Cotiniolam ac Ricium, nonnullosq; alios copiarum duces (hi ad tria millia equitum ducebant) mercede conduxerunt: hisq; ex Neapolitana iuuentute haud contemnendam manum cum multo peditum numero adiecere: atque ad Vicum, quem Maria Maioris vocant, castra haud procul à Capua posuerunt. Inter vtraque castra vix duo millia passuum intererant: leuiusq; quotidie pralia ex opportunitate committebantur. In hoc rerum statu nũciatum est Relingertio (nam is summa rerum præerat) Antonium Pontadereum, quem aduersarij mercede conduxerant, cum equitibus trecentis aduentare. Itaque quò tutius proficisceretur, ad quingentos equites repertos ei presidio confestim misit: quos ubi Ioannes Antonius amnem transisse, ac populari agros accepit, Minicutium Aquilanium illic eis obuiam iussit contendere. Isq; hostes nactus leui certamine magnam eorum partem cepit, reliquis fuga per agros dissipatis. At Relingertius ut per exploratores agnouit Minicutium abesse à castris, cum magna equitatus hostium parte opportunitatem sibi datam existimans qua hostium castra expugnaret, conuocatis re-

pentè copiarum ducibus, deq³ suo consilio certioribus
 factis, confestim aciem instruit, atque aduersus ho-
 stium castra contendit. Quare speculatores quamprimum
 cognita, Ioannes Antonius, simulato metu, quo
 hostes audacius contempta paucitate castra subirent,
 partem copiarum intra urbem instruxit, reliquis an-
 te castra dispositis: nec alius atque opinatus est rei exi-
 tus fuit. Nam cum hostes castra metu deserta rati ea
 alacriter inuasissent, atq³ oppugnare paucis obfisten-
 tibus cœpissent, patefacta confestim vrlis porta, qua
 ad castra vergebat, atque equitatu reliquo peditatūq³
 immisso, perturbati illico pedem referre cœperūt. Mox
 verò vt paulum sese collegere, haud segniter resisterūt.
 Pugnatum est diu atque acriter ancipiti cūetu. Ad po-
 stremum cum vim diutius ferre non possent (iam enim
 Minicius redierat) sese in fugam coniecerunt: nec
 prius finem fugiendi fecerunt, quam in castra peruene-
 runt. Secundum hanc pugnam Relingerius Vulturum
 copias traducere instituit, ratus ab ea parte maiora
 Campanis detrimenta inferri posse, & Andegauensis
 factionis ciues facilius noui aliquid in vrbe molituros,
 sed pōte opus erat propter fluminis altitudinem ac ra-
 piditatem, quo traduceretur exercitus. Itaque pontē
 ad Vulturum facere statuit, cuius efficiendi magna
 commoditas offerebatur. Turris erat trās Vulturum
 sita ad sex ferme millia passuum infra urbem Capuam
 quam vallo ac fossa munitam, praesidio insuper firma-
 uerat: praeterea & materia copia suppetebat. Is locus ei
 maxime idoneus est visus, in quo potem efficeret. Itaq³
 accersitis fabris, & magna praeterea agrestium manu,
 eo copias ducit: castrisq³ positis, pontem inchoauit,
 eiusq³

eiusq; extrema, ne, postquam copia flumen traducta forent, ponte ab hostibus rescisso, reditu intercluderetur, castello firmavit. Quod postquam Ioannes Antinius accepit, confestim cum exercitu ad ipsam turrin profectus est, eo consilio ut vel opus disturbaret, vel si id non posset, hostem transitu prohiberet: castraq; haud procul a turri in conspectu hostium metatus est. sed quod minus opus inceptum perficeretur, efficere non potuit. Tentatum si quo modo etiam igni corrumpi posset, nauiculis tectis secundo amne aduersus pontem demissis. Ceterum hostes grauium saxorum deiectu, longurysq; in summa aqua expositis, atque ad rignos quibus pons sustentabatur, deligatis, eorum conatus omnes vincebant. multuq; periculo ea res fuit, nauiculis modo in hanc, modo in illam ripam, quo impetus fluminis propellebat, raptis. Turris quoque non semel modo, dum pons efficiebatur, frustra oppugnata. Nanque e castris nauiculis ac lintribus inuecti hostes in eam commode transibant. Ponte perfecto Relingerius copias Vulturum traducere conabatur. Quod cum Ioannes Antonius animaduerteteret, exercitu ex improbo in aciem educto, ad turrin, quoad tuto potuit, successit, hostiq; euadendi facultatem substulit. Neque enim multi una propter pontis angustias transire poterant: & qui euadebant, hostium oppositu usque erumpendi facultas non erat, equiti maxime. Erant enim castra adeo exiguu interuallo a turri separata, ut propemodum turris vallum contingeret: pediti aliquanto facilius eruptio erat. Itaque cum per singulos dies pedestria praelia conserebantur, multi ex utrisq; castris equites, pugnandi cupidi, omisso equo pedibus rem gerebant: ex quo insignia

b

praelia crebro edi contingebat. Melior tamen hoc vno
 erat Neapolitanorum conditio, quod multos hostium
 sub turrim illectos, ipsi muro tecti impunè vulnera-
 bant. In hoc rerum statum dum hi percurrere, illi re-
 sistere conantur, multi dies consumpti sunt. Dum hæc
 ad Capuam gerebantur, Alphonsus mortem Caieta im-
 minentem, cui maxime animum adiecerat, hoc modo
 cepit. Ea nanque vrbs sibi quoquomodo rerum initio
 tentanda videbatur, in eo scilicet belli cardinem verti
 existimanti. Eius loci natura hæc est: Mons est prope-
 modum excisus, & præruptus undique: tribus enim fe-
 re partibus mari alluitur, reliquam partem, quæ est
 Caietam aditus, mons alter excelsior, ac circumquaq;
 proclivis communit. Hæc quoque pars muro cincta est:
 eam plurimum incolebant agrorum cultores, atque
 infima sortis homines: murus interius ductus hunc mō-
 tem ab vrbe dinidit. In eo turris sita erat, quam Sufi-
 niam appellabant, iuxta diui Iuliani adem. Fortè au-
 tem turris custodia eo tempore, quo Alphonsus eo pro-
 fectus est, quibusdam cōtigerat, qui studio partium illi
 affecti erant. Hi cognito regis aduentu, quem prius Ae-
 nariam venisse acceperant, confestim ad suæ factionis
 homines misere, qui illum adesse cum classe nūncia-
 rent, quiq; eos in armis paratos intra tecta iuberent
 esse: ne ab aduersarijs, si fortè præsentirent regis adaen-
 tum, sua consilia opprimerentur: quosdam etiam suo-
 rum discedere ad eum in classem iussere, qui omnia pa-
 rata esse significaret, monerentq;, vt socios navales in
 terram exponeret, qui ad muros per montem ascende-
 rent. His constitutis, cum ignem in turris fastigio ex-
 citare statuissent, quod signum eis cum Alphonso cōue-
 nerat,

nerat, quod sciret suis ascensum dari, forte Gorax Pisanus homo contrariae factionis eo profectus, ut vigilum stationes circumiret, ad eam turrim accessit & citatisq; custodiis, cum nemo responderet, primum sopitos somno existimavit: post ijs sapinus vocatis, cum nemo nominis daret, responderetq; perplexa, atque incerta, magis habere dolos suspicari cepit. Eumq; iam minacius inclamaret, & pertinaciter eorum nomina requireret, nec ijs possent diutius consilium tegere, Aragoniam clara voce clamitantes eum inde lapidibus submoverunt. Inter haec Alphonsus signum intentius expectabat. Neque enim existimabat milites suos periculo capitis temere committendos esse: neque ijs satis credendum, qui ut ascensum maturaret, hortabantur. Forte autem Gorax in tanto periculo trepidus, cum intra interitorem urbis murum festinaret, in duos e coniuratis incidit: qui ab Alphonso reuertebantur per angustam fontanem loco neglecto, atque abdito; ad turrim, quam dixi, properantes, comprehensosq; illi eo ad Fraciscum Spinulam, & Otolinum Zoppum praesidii duces perducit: simul quae viderit, refert: hq; mox in questionem dati, metu grauioris supplicij rem omnem, uti se habebat, confessi sunt. Tum milites, ac ciues, quibus confidebant, celeriter arma capere iussi: parsq; vigilis in manibus collustrare, pars ad prohibendos ascensu hostes contendere. Ceterum id frustra fuit. Iam enim a coniuratis e turri signo dato, regionum pleriq; in motu fastigium euaserant, exq; turri, ac proximo turri manibus occupatis dilapsi intra exteriorem murum sese cum ijs qui montem incolebant, conglobauerunt. Hostibus itaque paruo certamine intra interiores

urbis circulum repulsis : Alphonsus toto monte potitus est. Cypriani perterriti, quae ad urbis tutelam pertinere videbantur, summo studio & celeritate parare coeperunt : & quos aduersae factionis homines res novas moliri posse suspicabantur, ad triginta comprehensos in custodiam tradidere. erat vero ea urbs praeter naturalem situm praesidio imprimis munita. Nam multo ante Alphonsi aduentum, & Otolinus Zoppus unus e copiarum ducibus Philippi Mediolanensium principis, qui ab illo ad Ioannam : cum adhuc viueret, legatus mittebatur, cum illam mortuam reperisset, rogatus a Caietanensis apud eos manserat : ac paulo post Franciscus Spinula genere, fama, dignitate omnium ciuitatis suae ea tempestate longe princeps ijs auxilia venerat, quem Caietani nominatim subsidij ducem depoposcerant, ad quadringentos sagittarios totidemque pedites, in quibus Placentinum impigrum virum, a Philippo missos, nauibus vexerat. Multoque ante sub regina mortem, quod summa regni perturbatio ob principum discordia futura videbatur, quum Caietani ad eos, qui Neapolitana reipublica praerant legatos misissent, qui sese in eorum fide ac potestate manere velle significaret, praesidiumque postularent, Sorleonem Spinulam virum fortem cum aliquanto peditatu uti ad se mitterent, impetrarunt. quibus auxilijs confisi fortiter Alphonso resistebant. Crebra itaque eruptiones ab ijs fiebant : quotidianaque inter se praelia in ea castrorum propinquitate conferebantur. Caietani praeter veteris urbis circulum nihil tenebant. Ad haec Alphonsus tormentis aeneis mira magnitudinis aduectis, murum, ac recta urbis quatebat : iamque ijs turribus, quae ad castra spectabant, quassatu,

quassatis, oppidanos in summum discrimen adduxerat. Nanque propugnatoribus consistendi tutò in maro potestas non erat: totamq; eam murorum partem defensore nudasset, nisi Genuenses (solers in tuendis viribus hominum genus) summum vi restitissent. Nanque pro muro diruto munimenta agere intrinsecus nocturno sufficiebant: saccosq; lana repletos, prominentibus tignis religatos tormentorum ictibus opponebant: quod idimenti genus multis locis deprehesum erat nullo tormento aut telo perfodi posse. Sed procedente obsidione rei frumentaria penuria omni bello, ac calamitate grauior virgere obsessos coepit: praesertim clauso mari. magnus nanque numerus non virorum tantum, sed etiam faminarum, ac puerorum penè, quicquid frumenti publici, privatiq; è vicinis regionibus conuectum fuerat, atque omne insuper pecus cōsumpserat. Cumq; id malum quotidie magis ingrauesceret, nec vlla reliqua salutis ratio succurreret, Franciscus omnem inutile belloburam, quod in extremis rebus fieri consuevit, ex urbe eiciendam curauit. Miserabilis horum facies erat, macie simul, ac pallore confecti, manus ad cælum suppliciter tendentes, cum flebili voce humi procubuerunt. Quos ubi Alphonsus conspiciatus est, quāuis penè omnes in urbem reijciendos censerent: nec esset nescius facere se contra militarem disciplinam, quod protraheretur obsessis in aliquod tempus fames: magis tamen natura & consuetudinis suae, quam quid hostes de se meriti essent, rationem habere voluit: veniaq; ijs data castra adeundi, & cibo ac potu refectis, abeundi quò vellent, potestatem fecit. Ea verò regis humanitas audita, incredibile est, quā multos tum populos, tum principes

adhuc incertos quid agerent utramque partem sequerentur, sibi conciliauerit. Neque enim prope vlla res est, qua magis mortalium animos capiat, quam eorum, qui calamitate aliqua premuntur malis commoueri. Post aliquot dies arctioribus rebus, Frāciscus omne reliquum frumentum per ciuium domos cum cura conquisitum, atque in panem redactum, quod diutius sustentarentur, parce paulatim per dies singulos viritim diuidebat. Prater ea quicquid saccari (vtar enim verbo nouo & noto) in ea vrbe apud negotiatores atque opifices erat, condiri iussu, & in paruula frustra defectum identidem dispertiebat. Caterum hæc non tam presentis mali finem, quam exigui modo temporis leuamen tum pollicebantur. Denique consumptis penè omnibus humanis alimentis, cum grauior fames vrgeret obsessos cepisset, herbis ac radicibus teneris vrescebatur. Ad hac mala accedebat, quod quæ Genua gereretur pro sua salute elauso mari scire non poterāt, classemque ingentem à Petro regis fratre in Sicilia contractam, mox venturam acceperant. Quibus incommodis oppressi decreuerant Franciscus atque Otolinus omni presidio, ac plerisque ciuibz, non modo Andegauensis, verum etiam Dyrrhachinæ factionis in nauē impositis, ante hostilis classis aduentum urbem deferere. Erat tum forte adhuc Caieta nauis vna Genuensium ingēs, exijs quas Franciscus cum presidio adduxerat, à trirēmum vi ob magnitudinem tuta. Hæc verò, cum iam esset ad cursum parata, forte quoddam ingens saxum è regijs castris tormento aneo excussum summa mali parte praefracta inhabilem ad nauigandum reddidit. Quæ res cōsiliū mutare obsessos compulit. neque enim

ys ma-

His materia copia erat, unde malū reficerent. Postquam autem cognouerunt Petrum cum classe aduentare, nec iam nauim ipsam à se defendi posse, nauisq; ipsius iuentutē vrbis praesidio maxime necessariam, eam aestimata, quum de precio domino cauissent, quam proximè potuerunt, sub murum depressere, eo videlicet consilio, vt regis nauibus subeundi oppidi facultas adimeretur, extractumq; prius malum ad eam partem quam infirmiore existimabant, pro munimento statuerunt. Maximè verò ex eo casu iudicatum est rerum humanarum euentus incertos esse, solereq; plerumque mortales futurarum rerū ignoratione falso letari atque angī. Nanque regij deiecto nauis malo gaudebant, quòd hostibus importandorum commeatuum facultas sublata videbatur: aduersarij verò mutilatam armamentis nauim dolebant, quòd eorum nauigatio impedita esset. ceterum rei exitus vtrosque iudicio deceptos docuit. Nam ni ita cecidisset, nec Caieta digresso inde praesidio Alphonso restitisset, nec post eadem nauis vndis obruta regijs nauibus muros subire conantibus impedimento extitisset, nec porro tanta clades consequuta esset. Tot tantisq; erumnis adacti Caietani à Francisco, atque Otolino summis precibus postularunt, ne se diutius affligi paterentur, ac si tolerabiles modo deductionis conditiones proponerentur, sua saluti consulerent, malle se ferro quam fame interire: nullum se periculum recusasse, quamdiu de subsidio sperauerint, & quoad superfuerit aliquid, vnde vitam producerēt: nunc se omni humana spe, atque ope destitutos, tot mala diutius ferre non posse. Franciscus per id tēporis

egererat: nam dum paulo antè pugnaretur acrius, sagittasemur traiectus fuerat. Itaque oppidani utrūque separatim alloquuti, demum vtriusq³ animum ad misericordiam flexere. Misit igitur Otolinus ad Alphonsum, qui peteret ad se mitti quempiam ex ijs, quibus fidelioribus vteretur, qui cū de deditioe ageret, & nominatim Antonium Panormitam, quem poetam non insuauem Mediolani apud Philippū in magna gratia, & dignitate cognouerat: eumq³ non tantū propter prudentia, sed multo etiam magis propter equitatis opinione, & quod illum ab Alphonso apprimè diligere acceperat. Hic prater eximiam doctrinam excellenti ingenio pradius, & carmine, & soluta oratione, quod est perrarum, prope aequè valuit, in suadendo, aut dissuadendo persacundus habitus: iudicio quoque acerrimus, atque imprimis facetus, iacentem tempestate nostra elegiā excitauit. Eo nuncio accepto, Alphonsum tamen si confidebat oppidanos aut vi aut fame breui ad deditioem cogi posse, tamen ad humanitatem suam pertinere arbitratus quæ illi dicere vellent, non aspernari, Antonium misit. Isq³ in senatum introductus audiente Otolino (nam Franciscus propter vulnus sese domi continebat) hunc in modum, cum illi pauca pradixisissent, disseruit: Videre vos nō dubito Caietani, quoniam vos discriminis fortuna, & pertinacia vestra perduxerit, ab Alphonso terra, mariq³ vos non obsessos modo, verum etiam circuncessos esse nec vllum tam effugio locum patere; esse vobis rem cum rege opulentissimo, & maximo, cui non modo Sicilia, Sardinia, Baleares insula, Hispania, atque Aragonia (regna amplissima) verū etiam magna huius vberissimi regni pars pareat:

e quibus

ē quibus & inmensam pecuniā, & milites in belli vsum necessarios copiare facile possit. Videtis ut urbem premat, & muros armis circumsonet, castra urbi coniuncta sint, vel in ipsa urbe potius. Vnus tantum muri circulus interiectus, & is quidem adeo quassatus, & disiectus, ut ruina magis, quam muri specie prabeat: fame vrgemini omnium malorum maximo & grauissimo. Nā cetera quidē calamitates aliquomodo tolerari possunt: sola fames ad extremū ferri non potest. Satius est vel iniquas quascunq; cōditiones, & leges ab hoste accipere, quam inedia maceratos vitam finire. Auxilia praterea nulla habetis, eaq; desperare omnino iam potestis: cum ad hunc diem nulla venerint. Intelligit Philippus, intelligunt Genuenses Alphonso vires terramariq; maiores esse, quam ut ab obsidione vestra facile depellatur. Cogitate quantas copias terra, quantas mari habeat: quantas praterea parare queat cogitate. Nolite obsecro expectare extremum urbis casum: nolite committere, ut videatis patriam vestram, quae vobis debet esse charissima, ferro excindi, domos cremari, fortunas diripi, vxores, ac liberos (quod omnem exuperat calamitatem) in oculis vestris rapi, & distrahi. Sapienter nimirum quisquis ille est qui ait, aut vince, aut vincenti pare: fortis nāque animi est, si possis, vincere: si verō non possis, patientiori obtemperare, & fortuna tempestatiq; cōcedere. Alterum iam experti estis, videtis enim vos nec vincere, nec libertatem vestram tueri posse. Erit igitur prudentia vestra alterum sequi, patientiori scilicet obsequi, quem profectō, si deditioem feceritis, & clementissimum, & mansuetissimum agnoscetis: alioquin de patria vestra, de fortu-

nis, de coniugibus, de liberis, de parētibus, de libertate, de vita deniq³ vestra (si quicquam mihi creditis) actū existimate. Ad hac Caietani, non ignorare se in quibus difficultatibus versarentur. Sed nec fortasse eas esse quas existimaret: nec verò se prorsus de subsidio spem omnem abiēcisse. Neque enim aut Philippum, aut Genuenses passuros esse vti eorum presidium, vti tot sibi charissimi ciues & milites, vt deniq³ reipub. amici fides in hostium potestatem veniant. Se tamen si dentur sibi triginta dierum induciæ, quibus liceat Philippo, ac Genuēsibus denunciare, qui nam sit suarum rerum status, vt nisi interim auxilium mittatur, cum bona illorum venia possint deditionē facere, post eam diem sese absque controuersia deditionem facturos. Cum hisce postulatis Antonius ad regem reuersus, quid Caietani vellēt, retulit. Qua cum audisset, veritus ne quā interea classis Genua pararetur, quam parari fama erat, inducias nullo pacto concedendas censuit. Itaque confestim renunciare ijs Antonium iussit, aut continuò deditionem facerent, aut se ad extremum certamen compararent. Qua spe destituti Caietani, quum nihil omnino scire possent, quid nam Genua ageretur: iam enim Petrus ē Sicilia cum reliqua classe venerat, & aliæ naues in dies aduentabant, nec famem diutius ferre poterant, rursus per Antonium ab Alphonso petierunt, vt saltem eas sibi inducias daret, quibus Philippum, ac Genuenses, tantum quo statu res eorū essent certiores redderent. Sed quoniam maris tēpestas incerta esset, tridui haud amplius spacium, postquā nuncius Genuam peruenisset, quò Mediolanum proficisci posset: vti Philippo, & Genuēsibus conscijs deditionē se fieret;

fieret, requirebant, quæ ut rex sciret se præstare velle, optimatum liberos obsides polliciti sunt: sed ne id quoque impetratū. quod ne Alphonsus cōcederet, due causæ erant: altera quod intelligebat eos diutius famem tolerare non posse: altera quod interea auxilium ijs ab hostibus mitti poterat. Reuersus itaq; ad eos Antonius, negauit id ab Alphonso impetrari posse, ac nisi ex templo deditio fieret, seram postea pœnitentiam eorum fore: deditiōem verò à se honestè iam fieri posse: quod difficillima quæq; perpeßi, tandiu à suis auxilium nequicquam expectassent: putare se Philippū ac Genuenses grauius laturus si quid in se ipsis crudelius consulerent, quàm si se conseruatis Caietā amitterent, His atque huiusmodi verbis cum Otolinum atque oppidanos ad deditiōem inclinasset, petiit Antonius ut Otolinus ad regem proficisci non grauaretur: sic facilius posse de deditiōis conditionibus, quæ vellent, eo petente transigi. Existimauit enim rem ipsam per mutua colloquia & melius & cōmodius tractari posse, seq; eo onere leuatum iri. Huic postulato ceteris omnibus assentientibus, vnus Pica exurgens negauit æquum esse eum qui Philippi personam gereret, ad Alphonsum proficisci. Quem cum reprehenderent, non illepide inquit Antonius, non esse videlicet considerandum quidnam ille diceret, morbo enim affectum (nam is aliquot dies male se habuerat) in phrenesim incidisse, atque ided delirare. Itaque cognita Senatus voluntate, statuit Otolinus Francisco inconsulto ad Alphonsum se cōferre: acceptaq; in id fide regia, cum Antonio ad regem profectus, longo sermone super deditiōe nequicquam habitū in urbem rediit. Cuius profectiōem cum Franciscus

aggre ferret, maiorem ciuium partem ab eo alienauit. Post hac inter Genuenses & Otolini cohortem exorta dissensio omnem deditiois mentionem sustulit: longè enim amplior apud Caietanos Francisci quàm Otolini auctoritas erat. Quod cùm Alphonsus animaduerteteret, cōstituit obsessos terra mariq; omnibus copijs oppugnare. Iam enim præter rostratas ad sexdecim onerarias cōegerat. Itaq; scalas & coruos, per quos in murum è nauibus euadi posset, cateraq; machinamenta bellica confestim parari iussit, atque expediri. Ad hæc turrim ligneam mobilem, non modicæ altitudinis, quæ muros superaret (machina antiquæ genis) effecit: cuius consiliū cū oppidani sensissent, continuè eam partem, quæ ad mare sita erat, summa ope munierunt, eaq; raptim ac certatim effecere omnia, quibus machinarum violentiam, coruorum maxime, declinari posse existimabant. Postquā paratis omnibus Alphonsus ab omni parte oppidum adoriri instituit, terra ita copias diuisit: ad diui Theodori templum Henricus frater cum parte copiarum, nec procul inde Ioannem alterum fratrem cum lecta manu statuit, ipse aduersus portā Ferream (sic enim appellabant) quæ ad castra ferebat, reliquas copias habuit. Petrum minimum natu fratrem, cuius virtuti cōfidebat, à portu classe oppugnare urbem præcepit, in qua erūt præter onerarias quindecim, triremes decem. Aduersus hosce apparatus Franciscus atque Otolinus tormentis variæ magnitudinis per muros dispositis, alios regijs castris, alios classis opponunt, alios ubi plurimum periculi immineret, iubent occurrere: sceminis, imbellibusq; qui supererant, negotio dato ut pugnantibus lapides & tela ministra-

rens.

rent. Signo pugna proposito, regij pars eminus lapidibus atque omni missilium genere certare, pars mœnia subire, ac scalas admouere contendebant. Simul lingnea turris simul naues remulcò agi cœpte. At oppidani in eos qui propius succedebant, lapidibus atq; omnifariam telis coniectis, muros scalas applicari non sinebant, cubitalibusq; clavis qui crebri in muro ob id facti erant, plerosq; hostium & sagittis ac minoribus tormentis ex occulto vulnerabant: nec vllum frustra telū in tantam multitudinem emittere poterant. Et primò quidem turris contabulata, cùm rotis ad muros ageretur, terrori oppidanis fuit: post vbi propius perducta partim tormentorum ictibus, partim sua mole dissipata est, multiq; in ea pugnantes cecidere: ab ea parte vehementer hostibus animus creuit. A mari quoque atrociter pugnabatur. Nanque naues simul atque ad teli iactum appropinquarunt, tormentis oppidanos lacessere cœperunt: coruisq; ad malos rel'gatis, ingentem ijs terrorem intulere. Stabant intenti oppidani (nanque ea pars fortioribus tuenda data fuerat) cum longurijs & furculis in id factis, in quas si fortè corui incidissent, necessario procumbebant. Inter hæc Alphōsus, quod magis hos à portus defensione auerteret, acrius vrgeri à terra imperat, alios hortando, alios nominatim appellando, premiāq; pollicendo, atque ad portam, quam dixi, Ferream facto impetu succedent, milites in pugnam alacriores reddebat: multoq; acrius pro se quisque vbi curabat, nitebatur. Pudor enim simul atque auaritia, gloriaq; militum animos longè acuebat. pugnantium clamor ad cælum ferebatur, exhortatione, laniis, varioq; affectu permixtus: & quo magis nite-

bantur, quòue propius ad muros succedebant, eò plures aut cadebant, aut sauciebantur. Quod cum auerteret Gartias quidam Medineus signifer regius, vir fortis, & strenuus, signo, quod manu gerebat, in fossam urbis illato, socios ut sequeretur vociferans, cum audius progressus scalas muro admouere contenderet, lethali vulnere accepto vix inde retractus est. In hoc praelij ardore naues ad oppidum succedebant, laxatis funibus coruos dimittere in muros parata. Primaq; omnium ea naus, qua Petrus ferebatur, coruum muro iniicere conata est. Sed cum eius extrema nimio interuallo in murum peruenire non possent, diffractis suo pondere rotarum axibus, coruoq; comminuto, qui supersteterant in mare precipites collapsi sunt: usq; omnes, quod armis grauati erant, cuncti, praeter duos Drepanitanos, qui sub aquis (dictum mirum) diloricatis thoracibus, & reliqua armatura incolumes euaserunt. Eo casu Petrus, & qui in nauibus erant, totam pene victoriae spem deposuere. Ad hac naus altera cum corui exponendi causa propius subiret, crebris tormentorum ictibus repulsa est, nec postea navis vlla iniiciendi corui facultatem habuit. Nanque ob rerum successum crescentibus hostium animis eam partem acerrime tutabantur. Qua ubi Alphonsus agnouit, suorum saluti parcendum arbitratus, receptui cani iussit: quo viso, Petrus extra tormentorum iactus naues reduxit, nec post eam diem vniuersa oppugnatio tentata: sed tantum in obsidione perseveratum. Interea Genua cum esset auditam Caietanum obsessos fame insuper laborare, tres onerarias ingentes, nec dum enim regia classis Caietam conuenerat, armare decreuerunt, usq; fauentibus quibusdam ciuitatis

uitatis optimatibus. Blasius Aferetus praefectus est, maxima nobilitatis, & populi parte ferè nouo hominì eam praefecturam dari, quòd eum honore quasi pollui hominis nouitate existimabāt. Erat is quidem humili genere ortus, caterùm vigilans, callidus, lingua celerì, & expedita, animoq; supra dignitatē, ac praterquam par erat honores publicos affectante. Dum ha naues pararentur, Genuam perlatum est, plures iam naues ab Alphonso coactas Caietam conuenisse: cumq; ob id ampliori classe opus esse cognoscerent, naues vndecim confestim ijs tribus adiecere. Caterùm optimates, qui prius vix tulerāt trium nauium praefecturam ad Blasium deferri, apertè anniti cœperūt, vt eo à praefectura amoto, alter ex clara gente praefectus crearetur. Quod cum Blasius animaduerneret, mox ad artes conuersus, cum Philippo, penes quem summa rerum potestas erat, per amicos, qui apud illum poterant, vt inuitis aduersarijs sibi is honos ratus esset, perfecit. Ea; re impetrata classem maturari, cetera qua vsui essent parari confestim curauit. Dum ea parantur, Geuuenes de suis qui obsidebantur, vehemèter solliciti & anxij, Benedictum Pallauicinum, qui sese Alphonsi amicitiam habere profitebatur, mittere ad Alphonsum statuerunt, antequam aliquid de classis apparatu ad Alphonsum permaneret: ei; in mandatis dedere, vti ad regem se missum simularet, vt cum illo de conditionibus deditiois obsessorum ageret. Caterùm oportunitate colloquendi cum Francisco, atque Otolino data, quanta classis decreta esset doceret: hortareturq; vt eos fortiter labores tolerarent, quorum finis appropinquaret, & qua essent regis opes terra, mariq; ex-

ploraret, cum ijs mandatis Benedictus Genua profectus ad regem accepta fide se contulit, de deditioe agere, vt instituerant, coepit: factaq; potestate oppidum intrandi, vt eadem illa, quæ cum rege egerat, communicaret, quæ Genuæ pro eorum salute pararentur, edocuit: seq; ob id venisse, nequid præter Philippi, & Genuensis nominis dignitatem ipsi desperato subsidio cõsulerent. Cæterum vehementer tacito opus esse, ne rex sese ab eo elusum suspicaretur: quæ quidem res sibi perniciem esset allatura. Eius oratione Francisco, atque Otolino confirmatis ad regem reuersus, non posse obsequios ad deditioem flecti respõdit. Cognitis, quæ voluerat de regis copijs & classe, Genuam rediit. Quibus rebus Philippo nunciatis, qui Genuensem remp. gerebant, classem confestim expediri, frumentumq; obsessis deferendum conuehi iussere. Classe verò ita parata atque instructa, Blasius idoneam ad nauigandum tempestatem nactus, Caietam versus contendit. Quod postquam Alphonsus comperit, ex templo vndique copias accersit: ac fratribus, & cæteris primoribus cõuocatis, Quousque, inquit, tandem viri fortes, Genuensium insolentiam atq; iniurias patiemur? Nullũ bellum suscipimus, quin continuò amicitiam ac fœdus cum hostibus nostris ineant, eosq; classe ac pecunia adiuent: nobis semper aduersi, infestiq; ob inuidiam scilicet & vctus in gentem nostram odium, ferre non possunt, opes nostras mari coalescere. Nam vt omittam quas prioribus Aragoniæ regibus iniurias intulerunt, quotq; modis & quotiens illos bello persecuti sunt, nõne ingenti classe comparata, cui Guido Torellus præfuit, occupatus nobis bello Hispano, præsidium nostrum, cum nihil

ab his

ab his hostile metueremus, ex vrbe Neapoli eiecerunt? Sed hac quanquam grauiasunt, tamen aliquomodo ferri possent, si quem iniurijs modum statuissem. Cæterum genus hominum inquietum in perniciem nostram quotidie magis exardescit. Quid autem iuris in Neapolitanò regno habent; in quo ne vicum quidem; aut exiguum castellum tenent? Cur Caietam, qua nostra est; humani iuris obliti rupto fœdere occupauere? Classem quoq; si dñs placet, effecerunt, qua Caietanos ab obsidione vindicent, eaq; iam instructa in cursu est; quantum accepimus: simulantesq; Caietum dedi vel- le, Benedictum Pallauicinum nos elusum misere. Quis hector & tam indigna ferat? aut quis non maxime commouëatur, & in ultionem concitetur? Nullum est animal tam imbecillum, quod nō conetur illatam vim repellere: nos quibus propulsanda iniuria facultas est; hostes aduersus nos proficiscentes ociosi, ac segnes expectabimus? Nulla gens tam imbellis aut tam igna- ua vñquam fuit; qua vel minima pro parte occupati agri certare non sustinuerit: nos pro tanti ac tam opu- lenti regni possessione, qua spoliare nos student, non de- pugnabimus? Quod autem pars vestrum rudis est res maritima, haud equidem referre multum puto, vir for- tis terrā ne pugnet; an mari. Vtrobique vim eandem animi, atque idem robur fortibus viris esse compertum est. Romanus miles primo bello Punico, nunquam an- tea ingressus mare, non dubitauit cum Pōno in ma- ritimis rebus exercitatisimo classe conflagere, victo- riamq; primo pralio adeptus est. Et nos certe longè am- pliores quam Romani naues habemus, in quibus tan- quam in stabili solo dimicatur. Quod si viri estis, si eam

animi magnitudinem retinetis, quam ego in vobis praeliis expertus sum: haud dubito, quin ultra obuiam hostibus eundem existimetis: nec passuri sitis, ut hunc Caieta portum aspiciant. Onerarijs nauibus pares ijs sumus, triremibus verò etiam superiores, quarum turris supplere naualium sociorum numerum possumus, habemus lectissimam iuuentutem, florem Italiae, ac citerioris Hispaniae, & quod plurimum in praelio valet, armis egregie instructa. At in hostili classe magna pars semiermes, naktarum ministerijs fungentes, eminus pugnando lapidibus, ac manubalistis valent: At si propius congressus manubalistarum vsus adueniat, nostrorum certe impetum non ferent. Quapropter censeo (viri fortes) relicto in castris idoneo praesidio ac conscensis quamprimum nauibus, aduersus capitales hostes contendamus: quos si vicerimus (quod fore speramus, dijs bene iuuantibus) tantum, ac tam difficile bellum vno die haud dubie confecerimus. Eius consiliū cū penè omnes pugnandi cupiditate approbarent, confestim copiarum duces parari cum cohortibus suis iubet, atque in singulas naues diuidi: telaq; & arma in classem imponi, quae temporis breuitas prouideri passa est. Ante omnia verò nequis impetus interim, dum abesset, ab obsessis fieret, valida in castris praesidia reliquit fratribus, qui tum fraterna pietate, tum gloria auaritate ducti eum sequi statuerunt, parte nauium, & copiarum attributa. His constitutis classem conscendit: idem ceteri fecere: inde altum petēs, Te, inquit, Deus, qui cunctis rebus praes, quiq; ius, atq; aequum colis, oro, obtestorq;, ut mihi hostium meorum, qui contra foedus me armis petunt, vltiscentorum, (si iusta postulo) potestatem

testatem facias: atque ut milites hos meos, q̄s deuictis,
 incolumes, pradaq; onustos mecum reducam. Eo die
 nulla conspecta classis: cum postridie apparuisset, ma-
 gno exultantium clamore ad eam cursum dirigi impe-
 rat. ceterum noctis interuentus mox illius conspectum
 abstulit. Tercio vero die cum rursus supra Pōtiam in-
 sulam visa esset, tantus omnibus ardor iniectus est, ut
 nō ad ancipitem pugnam, sed ad certā victoriæ præmi-
 proficisci crederes. O fallaces hominū spes, & incertā
 rerum futurarum iudicia: nam qui sibi victoriā pol-
 licebantur; mox ab illis, quos despexerant, victi sunt.
 Classibus aliquanto propioribus factis misit Alphōsus
 qui specularetur, quoad tuto posset, cum nāui lōga ho-
 stiliū nautiū ordinem, quamūcūq; instructa naualibus
 socijs forent. Proficiscenti lembus quidam occurrit, qui
 à Blasio classis præfecto ad regem mittebatur: qui cum
 procul extra teli iactum significasset, velle se colloqui,
 vexillo in mediani triremen translato, quod fidei pi-
 gnus maritimo bello esse consuevit; accedendi propius
 potestatem fecit. Eo signo prospecto celeri remorū pul-
 su lembus ad triremen venit: in eo vehebatur tubicen
 quidam, qui à Blasio mittebatur, ut regi nunciaret;
 se cum classe à Philippo, & Genuensibus Cætiā mis-
 si ob eam rem modò, ut frumentū obseſis deferret:
 quod si importari pateretur, rediturū se continuo cū
 classe: nec intercessitū, quominus, si vellet, in urbis
 obsidione perstaret. Interrogatus tubicen quid nā no-
 ui apportaret: pacem se, inquit, bellūq; afferre: in
 arbitrio Alphonsi fore, utrum malit deligere. Ceterum
 monere se, atque consulere, ne cum Genuensi classe
 decerent: naues enim illas egregie instructas esse, &

que petere se vti ad regem quamprimum deducatur. Hac vbi dicta, ad Alphonsum perductus, cum eadem nunciasset, res ad consilium delata est. Erant, quibus quietis consilia tutiora, & meliora videbantur. Alij dimicandum censebant: nonnulli etiam per contentum, vt mediam sententiam sequi viderentur, respondendum videri dixerunt, placere Alphonso, frumentum Caietanis tradi. Caterum quo certo scire posset, Blasium haud amplius quippiam moliturum, quod obsidioni incommodaret, se nauium vela interim petere. Cum hoc responso tibicen remissus, & cum eo ab Alphonso nuncius, qui denunciaret, à Genuensibus contra pacis leges fieri. His verbis Genuenses irritari continuo armis decernendum vna voce succlamarunt. Omnibus confestim ad pugnam paratis, Blasius regiam classem peti infestis prorsus imperat. Nunquam sermè aliàs nauali praelio tantis animis concursus est. Quippe aliud quàm vnius certaminis victoriam vtrique respiciebant: Alphonsus vt fufis, ac denictis hostibus Caietq, atque omni regno Neapolitanorum potiretur: Genuenses vt vendicata sibi maris possessione regnum finibus suis propinquum in Alphonsi, & Hispana gentis potestatem venire non sine- rent. Ante pugna initium tres hostiū naues, quò regias fallerent, à reliquo agmine diuise altum petentes speciem fuga praeberè. Id autem eo consilio factum, vt postquā reliquæ naues conflixissent, regias pugna implicatas à tergo circumuenirent. Quas Henricus fugè opinatus, cum insequi properaret, vetuit Alphonsus, fatius esse existimans parte illa virium hostibus detracta, cum tota atq, integra classe reliquas hostium naues

ues adoriri, omnesq, vno loco vires cōtrahere : id quod à rei naualis disciplina non abhorrebat, reliquas hostiles naues à se prius superari posse ratus, quàm tres ille à reliquo agmine longo intervallo distracta opem ferre circumuentis possent. Idq, sibi hoc magis persuadebat fore, quod venti prope vis ceciderat, nec habebant hostes rostratas, e quibus ea naues remulco agi aduersus se possent. Itaque cum tota simul classe in hostes inuectus vnā ex omnibus præfecti nauē petit. Quam simul ac Blasius in se venientem aspexit, flexa in gyrum naue, tanto inipetu puppim eius inuasit, vt disiectis munimentis, magnaq, vi lapidum, ac telorum in creberrima grandinis modum coniecta, propugnatores omnes in nauis tabulata præcipitavit. Forte autem nauis ipsa regia, ante congressum saburra in alteram partem prolapsa, nulla vi, aut arte in tantis angustiis erigi potuerat : cuius rei causa fuerat malo onus adiectum. Namq, præter summi mali propugnaculum, alterum ad mali medium extruxerant. Ex quo conrigit, vt prætoria hostilis, quæ minor erat, illi altitudine exaquaretur, faciliorq, transcensus hostibus in eam foret. Tum protinus reliquæ naues, quæ cuiq, obuia fuit, aggrediuntur : ferrisq, vncis hostilem nauem à se diuelli non sinebant : cogeantq, iunctis inter se prorsus ex propinquo dimicare, nauibusq, peruis factis, veluti in solo pugnaretur : vix vllum telum in mare decidebat. Plerique tamen viri strenui, priusquam naues inter se coirent, in hostilem nauem transilire aggressi, cum armati in mare cecidissent enecti sunt. Altitudinem nauium proæ puppesq, contabulata ac solidis tignis intexta adaugebant : proculq, spectantibus

montium speciem præbebant: Regia nauis etsi primo congressu graue detrimentum acceperat, tamen naualibus focys impigre rem gerentibus fortiter resistebat: donec alia se à latere, alia à prora circumfuderūt. Cæterum eo maxime prælio intellectū, & iudicatum est (quod & sæpe alias) inter naualem & terrestrem militem nauali prælio quid intersit. Genuësis maritimis rebus bellusq; exercitatus, facile omnia nauta ac militis munia obibat. At terrestres Alphonfi copie oneri magis quam adiumento erāt: cū quidē alij nauis afficerentur, alij vestigio vix insisterent, alij alios metu premierent, & insolito pugna genere perturbarent. Ad hæc qui regia nauis malū tuebantur ab ijs, qui prætorie hostilis malo imminebant subacti, in suos desuper tela iacere cogebantur, quorum quo certiores ictus, hoc grauius incidebant: & quanquam vbique acriter pugnabatur, summū tamē in ea certamen erat. ut regiam nauim expugnarent, qua superata confidebant facilem victoriam fore. Maiore itaque vi nixi in perturbatam (amissa mali propugnaculo) nauē, e pro-
ra, atque e media nauis summouere hastes: egregj regij puppem defendebant: Alphonfus & simul dimicabat, & hortabatur suos, seq; vbi plurimum periculi erat, intrepidus offerebat: non tamen eadem prælij fortuna vbique erat. Iam enim ab alia parte due hostium naues capte fuerant: cū interim tres illæ, quas ante pugna initium à cæteris distractas alium petisse dixi, flexo cursu regias adorta renouato prælio ingentem terrorem ac stragem intulere. Et iam regia classi tela deesse cæperant, nec sagittariorum præterea ulla numerus, qui hostium erat. Namq; in Genuensi classe pene omnes manubæ-

manabalistis utebantur, quarum arte & usu ea gens excellit. Ad hac mala accedebat, quod regia naui cum triremibus succurri ab circumfusas hostium naues non licebat: à quibus propter iniectas ferreas manus nulla vi dissolui poterat. Et iam undiq; in eam transgressi hostes regem ad deditionem urgebant. Quod cum pertinaciter obnueret, nunciatum est ei navim, carina fatiscente aqua compleri, eamq; statim pessum ituram, nec amplius vilo humano consilio servari posse. Quibus periculis adactus, Philippo, quanquam absenti, dedere se dixit. Maluit enim Philippo, quam Genuensibus, quos sibi infensos sciebat esse, salutem suam committere. Tarentinus ac Snessanus reguli, qui vna cum rege eadem navi vehebantur, capti. Deditione facta, mox victores conclamant regiam navim cum ipso rege captam: qua protinus vox per omnes naues diffusa, ut hostes hand dubie pro victoribus, regij pro victis haberentur, effecit. In eo tumultu Petrus frater cū duobus modò onerarijs (nam cetera capta fuerant) triremium beneficio, atque interuētū noctis vim hostium effugit. Pugnatum est ab hora serè quarta ad occasum solis continenter, multis vtrinque casis & vulneratis. Quo vno pralio bellum Neapolitanum hand dubie confectum esse videbatur. Nam cū ipso rege duo eius fratres, multi reguli, equestris præterea ordinis quamplurimi capti fuerant. Ad hac naues propè omnes magnitudine insignes, quas ab initio belli coegerat, eodem pralio amissa. Ea verò clades, etsi committendum non fuit, ut in exercitatus maritimis bellis miles cum exercitata dimicaret, fortune tamen plurimum adscribi potest: nam & subeunda necessario dimicatio fuit, alioquin

commeatus Caietani deferebantur, quorum impor-
 tatio haud dubie spem omnem regi auferbat Caieta-
 potiunda, & temporis angustia de focys naualibus cō-
 mode prouideri non permiserat: & viros fortes ac stre-
 nuos, quorum permagnum numerum habebat Alphō-
 sus, & in quibus sibi satis praesidiū cōstitutum putabat,
 vbique bene pugnatueros credibile erat. Sed quis credat
 eam cladem tantum postea felicitatis Alphonso allatu-
 ram fuisse? Angimur miseri mortales, si quid nobis cō-
 tingat aduersi, exitus rerū ignari, quos summus Deus
 sibi vni praeuisos esse voluit, cum omnia quae accidunt,
 in potiore parte accipienda sint. Si quidem ea cla-
 des, qua Alphonsus omni spe potiundi regni sibi orba-
 tus esse videbatur, ad postremum eius victoriae causa
 exiit. Cum Philippo enim, quo hoste voto se sup poti-
 ri posse sperare vix poterat, amicitiam ac foedus con-
 traxit: quo postea fauore & amico vsus, Neapolitanū
 regnum adeptus est. Ea clade subito clam in castra per-
 lata, milites, qui in castris manserant, cōsternati cum
 sarcinis abire properabant, antequam oppidani victo-
 riam sentirent: quos Caietani eruptione facta subito
 adorti, castris captis & direptis, in fugam cōiecerunt:
 magnaq; praeda parta (nanque ibi regia suppellestilis
 & principum bona pars relicta fuerat) multi eorum
 capti sunt, reliqui in proxima quaque loca per devia
 & occultos tramites dilapsis. Hostes deinde cū victrici
 classe Caietam profecti, exposito commeatu, biduo ibi-
 dem substituerunt. Interim Blasius cum accepisset id agi
 a ductoribus nauium; pti se comprehenso, quod omnia
 facturus videbatur quae Philippus imperaret, ac Fran-
 ciscus Spinula (erat enim Genuensium Admiratus, ita
 impera-

imperatorem rerum maritimarum vocat) classis praefecturam arripere, abire inde quamprimum statuit. Hi enim cogitabant, rege Genuam misso, praeter Philippum voluntatem, atque imperium (quando is aduersaretur) Siciliam, & Sardiniam oppugnatum ire. Quoque magis Blasius consilium suum tegeret, se Aenariam insulam oppugnatum ire velle, mox reuersurum simulauit. Ad eam namque insulam Petrus cum classis reliquis se receperat. Velis itaque in altum datis, cum ab Aenaria vix mille passibus abesset, oborta subito mari tempestas classem in diuersa pepulit: ipse ad portum, quem Hercules vocant, nonnulli ad Pontiam insulam, alij aliò, quocunque venti vis impulit, delati sunt. Sedato mari quum omnes incolumes Pontiam conuenissent, Blasius praeter ductorum opinionem, qui Aenariam repeti, deinde Caietam credebant, Genuam cursum dirigere praecepit: prosperumque ventum nacti paucis diebus Veneris portum in Iuguriam, quod oppidum adhuc regis praesidio tenebatur, peruenere. Appropinquantibus oppido lembus quidam citatim obuiam venit: quo quidem à Philippo nuncius inuehebatur. Philippus enim metuens ne Genuenses regem Genuam perducerent, fretique victoria sibi urbis imperium adimerent, hunc cum literis confestim eo miserat: classis quoque aduentum ibidem praestolari iusserat. Is nauim ingressus, remotis arbitris Blasio literas tradidit: eumque monuit, ne regem Genuam perduceret neue illum Genuensium potestati permitteret, sed Sauonam, quam veteres Sabatiam appellabant, deportaret. Missurum Philippum, qui cum ceteris captiuis Mediolanum ad se duceretur. Quo nuncio Blasius confestim collidum pro reposito.

re consilium capit. Nam quò reliquas omnes naves à se dimitteret pradam se partiri velle pronuntiat: atq; ab eam rem omnes nauium vectores postridis manè adesse, pradamq; quam egissent de hostibus, comportare iubet. Proposito edicto nauium duces, ne eorum, quæ adepti fuerant, rationem reddere cogerentur, abeundi consilium capiunt, confestimq; eo relicto vela faciunt. Ipse de industria aliquatulum commoratus sublati anchoris subsequitur, iubetq; gubernatorē nauis cursum ita moderari, ut is, quæ præbant, nauibus ingredien- di Genuæ portum spacium esset, antequam nauis prætoria in conspectum vrbi veniret. Quibus portum ingressus, cum iam ciues nihil tale suspicantes eius ingressum lati expectarent, vniuersa ciuitate tanti regis videndi studio ad portum effusa, transmissa classe omnium expectationem frustratus est: nec vllis Genuensium iussis ab instituto cursu inhiberi potuit, quò minus regem, uti Philippus mandauerat, Saxoniam deportaret. Ioānes verò regis frater alia nauis vectus Genuam perductus est, ibiq; honestè citra libertatem habitus. Alphonsus deinde in arcem perductus, non captiui modo, aut habitu, sed veluti rex peregre proficiscens à Frā- cisco Barbauaria, qui tum prætor Saxoniam pro Philippo obtinebat, susceptus est: nec quicquam de regia pristinaq; dignitatis fastigio ab eo, quo captus est die in ea captiuitate sibi deesse præter libertatem sensit. Si quidē, uti in priore fortuna, & saluabatur, & venerabatur. Paucis post diebus Bernardinus Carda, & alij quidam copiarum duces à Philippo missi eum Mediolanū deduxere: eiq; domus, in qua Philippi cōiunx habitare consueuerat, extra arcem sita, pro diuersorio data est.

data est, ibiq; in omnium rerum copia triduum egit. Hunc deinde Philippus in arcem vocatum, in maxima principum frequentia, & celebritate (perinde ac si hospes, & amicus venisset) eò deduci iussit. Cōcesserat autem Philippus in eam arcis partem, vnde transeuntem regem videns ipse a nullo videri poterat. Non ab re fuerit hoc loco de Philippi natura, ac moribus paucis dicere. Erat imprimis ingenio peracri, ac callido, in largiendo profusus, in parcendo facilis, in colloquio mitis, cultus corporis, & munditiarum omnisq; lenocini negligens, venandi cupidus. Caterum quietis impatiens, ac imperitandi avidus: in pace bellum, in bello pacem querebat: simulandi, ac dissimulandi egregius artifex. In milites, quam in ciues indulgentior: copiarum ductus maxime extollebat. Ad hac siue solitudinis amore, siue periculi metu, se ab omni omnium consuetudine sequestrauerat, præter quam quorundam paucorum, quos ille sibi solitudinis socios delegerat. Legatos ad se missos per suos plurimum audiebat. Quin & Sigismundum Imperatorem Romanum, Mediolanum aliquando profectum, vt inde Romam peteret, videre non sustinuit. Et tamen in tanta solitudine vitam agēs omnem Italiam armis terribat, concutiebatq;, vt non inscite quidam dixerit: Philippus sedendo vincit. Postquam in arcem ventum est, in domum regali cultu exornatam deductus perliberaliter est habitus. Deinde Philippus cum eum vellet inuisere, premisit qui admoneret, ne quod omnino pro iis qua ceciderant, deprecandi gratia verbum faceret: non placere de re tristi sermonē conscribi: velleq; ab eo existimari, se non vt captiuum, sed vt hospitē, atque amicū suā voluntate accessisse.

Atque ubi ad eum profectus est, post mutuos complexus, de re venatoria sermonem inicit: nec quicquam, nisi latum, ac iucundum, in omni colloquio dictum, responsum ué est. Eadem quoque comitate in Henricum fratrem, ac regulos usus est. Post hac digressus venaticas aues, & canes, ceteraq; id genus, quibus regē delectari cognorat, ad eum misit. Ac ne quod omnino captiuitatis vestigium in eo relictum videretur, venandi cum vellet in septis suis sub arcem, in quæ varia ferarum genera incluserat, ei potestas facta, equiq; & comitibus datis, nonnunquam & ipse sese illi comitem venationis exhibebat. Ioannem quoque Nauarra regē, petente Alphonso fratre, è Genua Mediolanum adduci (quanquam Genuensibus id agrè ferentibus) iussit: atque aequè liberaliter habuit. Post de amicitia, deq; fœdere renouando agi cœptum. Philippus enim cognita eius singulari virtute, amicum illum, & socium habere cupiebat. Nec minus Alphonsus ad Philippi amicitiam animo aspirabat: simul ut sese in libertatē vindicaret, & ut eum fautorem Neapolitano bello postea haberet: quem rebus suis plurimum prodesse, atque obesse posse periculo suo cognouerat. Nec multi dies intercessere, quum fœdus hisce legibus sancitum est, ut scilicet Alphonso, fratribus regibusq; & ceteris captiuis, quos Mediolani, quos Genuæ in potestate haberet sine precio dimissus, societas eo iure staret ut Philippus Alphonsum, Alphonsus Philippum pace ac bello adiuuaret, atq; ut amicos eosdem, atque inimicos vterque haberet. Deinde cum cogitaret Alphonsus repetendum regnum esse, priusquam accepta calamitate consterneret populi, quos antè amicos habuerat, ad hostes descenderent:

cerent: Ioannem, atque Henricū fratres, Philippo per-
mittente, ad comparanda noua in bellum auxilia, in
Hispaniam dimisit. Tarentino, ac Sueffano regulis, qui
interim, dum ipse proficisceretur, renouato bello ad-
uersarios latefferent, abire domum iussu. Cumq; ex fœ-
deris formula Genuensium naues à Philippo postula-
ret, quibus in Neapolitanum traſciens, ad recuperan-
dum regnum vteretur, scripsit ad Ludovicum Crocum
Philippus, quem Genua praefecerat, vti naues armari,
atque instrui regis sumptibus quamprimum curaret.
Qui cū senatu conuocato imperatas naues armari
iuberet, reclamatum est ab vniuersis, rem periniquam
postulari, protinusq; legatos ad Philippum misere ora-
tum, ne se cogeret pro inimico classem cōparare, prafer-
tim aduersus eos, quos semper amicos habuissent. Sed
cū Philippus nihilominus in proposito persisteret,
Genuam reuersi senatum docuere classem omnino pa-
rari oportere: ita Philippum iubere. Quo audito clas-
sis extemplo decreta indignatibus omnibus ac permo-
lestē ferentibus: omnia tamen lentē, & cunctanter,
vtpote ab inuitis, administrabantur. Dum ea parātur,
Alphonsus sub Philippi nomine grandem pecunie sum-
mam in stipendium misit. Cumq; optimum factu sta-
tueret, eam se ad Veneris portum praestolari: sic enim
maiores spem regulis eius amicitiam sequutis asserri
posse quando eum propiorem regni finibus factum au-
dirent, approbante eius consilium Philippo, illi haud
repugnanter abeundi potestas facta. Memorabilis pro-
fecto, atq; omnium scriptorum monumentis celebran-
da Philippi liberalitas fuit, & qua omnium regum,
populorum, ac principum, qui vnuquam fuerunt, be-

nignitatem constanti omnium iudicio antecesserit: quibus duos fratres excellentissimos reges terrarum atque eorum Hericum fratrem regio fastigio, ac dignitati proximū: tot pratered principes, tot equestris ordinis viros gratuito dimiserit. Abeunte in Liguriam Alphonso nonnulli clari copiarum duces comites à Philippo adhibiti: à quibus per placetinum, deinde per Parmensem agglum potremulum, quod oppidum in radicibus Apennini situm est, atque inde Spediam, unde mihi origo est, emporium portu ac mercatu nobile, deductas, postriedie cum lembis ad se accersitis Veneris portum mari petijt. At Genuenses ne classem pararent, captiuosque, quos reddi Philippus cogebat, dimitterent, coniuratione facta, interfecto Opicino Alzate, qui Prator urbem Genuam obtinebat, & Ludouico atque Erasmo Triuultio qui ipsi Opicino successurus veniebat, in artem receptis, assertore, ac duce Francisco Spinola Philippi iniurijs lacescito, sese in libertatem vendicarunt, Hispanis omnibus captiuis in custodiam retentis, & ut sese auro redimerent, coactis. Cum Siculis mitius quam cum ceteris actum, qui prope omnes pro amicis habiti propter vetusta hospitia atque commercia, sine precio dimissi sunt.

BARTHO

BARTHOLOMAEI

EACII RERVM SVO TEM-

PORE GESTARVM

LIBER V.



ERV M ordo postulat, ut quae post cladem ab Alphonso mari acceptam in Neapolitano regno gesta sunt, prioribus annecta. Iacobus Caudola, cui summa rei bellica demandata fuerat, dum Caietam versus cum exercitu contenderet, eo consilio uti Alphonsum cum copiis à terra distineret, nec classi hostili obviam ire pateretur: haud procul ab amne Liri certior factus victum navali praelio Alphonsum, castraq; insuper capta & direpta, quanta maxima celeritate potuit captum iter persequutus est. reliquiasq; exercitus fugientes nactus fudit, ac cepit, praeter paucos, quibus equorum pernecitas, aut viariam anfractus saluti fuit. Inde Sueffani principis agrum ingressus, complures vicos & castella una propè excursionē debellavit. Ipsamq; Sueffam totius regionis caput, principis sui captivitate cōsternatam, expugnaturus videbatur, si in obsidione permansisset. Ceterorū spe potiunda Capua in tāta fortuna mutatione obsidionē soluit, causatus se ab Orolino insumēdum Sueffani reguli agro exercitum deducere. Namq; Orolinus tum solus Philippi nomine Caietam tenebat: & Sueffani, atque omnis ea regio, quod ruri essent à Iacobi iniuria, Philippi signa in manibus crexerant. Deditis igitur inde copiis ad obsidionem Capuae profectus, ex amnem Vulturnum ad quingentos passus à Capua

castra posuit, pontemq; in ipso flumine aduersus castra conuectis scaphis compluribus, hunc in modum fabricatus est. Scaphas prorsus in aduersum flumen spectantibus, quae impetum amnis exciperent, quantum ipsius fluminis alueus patebat, modico interuallo disposuit. Has contabulatas, & à lateribus aduersus hostium tela munitas, terra constrauit, ne transeuntibus per tabulata equis, pedum sonitus consternationem incuteret. Ponte perfecto, prasidioq; valido ad eius extrema collocato, Micheletum Cotiniolam, & Antonium Pöradereum, qui se cum eo iunxerant, cū aliquanto Neapolitana nobilitatis equitatu trans pontem non longius à Capua mille passibus castra metari precipit. atque ita binis castris obsidere Capuā cœpit. Quod cū Ioannes Vintimilius praefectus vrbis animaduerneret, prouisis, ut potuit, omnibus, quae ad tuendam urbem, & ad obsidionem tolerandam valere cognosceret, in omnem rei benè gerenda occasionem intentus stabat: praelio abstinendum propter suorum paucitatem existimans; praesertim cū ea pars ciuium, quae regi aduersa erat rerum nouarum cupida, ob acceptam calamitatem videretur. Summa tamen Iacobo tuendi pontis cura erat, uti ijs, qui in alteris castris trans Vulturnum erant, si qua vis premeret, in ea castra transeundi libera facultas foret: simul utrique, cū res posceret, mutuum auxilium ferre possent. Parua tamen interdum certamina succedentibus ad portas & muros hostibus conferebantur. Multum verò ad uuit Alphonsi partes Nicolaus Dattia Campanus, homo impiger, ac manu promptus, magnaq; inter populares suos gratia. In hoc rerum statu Isabella Renati coniūx, hortantibus

tibus his, qui Neapolitanam rempublicam gerebant,
 cum triremibus quatuor Neapolim petitura ex Massi-
 lia soluit. Nang; renatus per id temporis à Ioanne Bur-
 gundia dulce distinebatur. Is enim bello Britannico in
 eo pralio, quo omnis Gallia prope concidit, caprus, in
 ipsius Ioannis potestatem venerat. is enim regis copijs
 praeerat. Cumq; ab eo postea dimitteretur militari mo-
 re, atque instituto fidem dedit, sese ad eum, cum vel-
 let, & quod iuberet reuersurum: quamque is sibi pecu-
 nia summam, redemptionis nomine imponeret, cum
 fide soluturum. Hunc igitur, cum Ioannes sciret Neapo-
 lim proficisci statuisse, inter apparatus rerum, vti Al-
 phonso gratificaretur, quicum sibi amicitia erat id sese
 reuocauit. Qua spe legati destituti, vti Isabella interim
 dum ipse dimitteretur Neapolim peteret, postulauere:
 quam praeter singulare modestiam, prudentia, & gra-
 uitate supra muliebre ingenium praeditam acceperat.
 Cum diobus igitur parulis liberis naues ingreſsa ad vr-
 bem Caietam primum contendit, quam adhuc Oto-
 linus prator obtinebat. Et iam Philippi fides Caieta-
 nis aduersa factionis suspecta esse coeperat. Quapropter
 Isabella hortatu eorum, qui regnum ad Renatum de-
 ferri cupiebant, ipsum cum praesidio patre, sub honoris
 praetextu, quod eius consilio in rebus gerendis vti vellet,
 Neapolim traducere constituit: vrbeq; ipsa nullo praes-
 idio firmata, extemplo Neapolim profecta ingenti la-
 titia ab Andegauensi factione suscepta est. Adhuc Ca-
 pua à Iacobo obsidebatur: nec tam citò finem ea obsi-
 dio habitura videbatur. Itaque cum essent qui existi-
 marent Capanos obsidionem diutius non laturos, aut
 seditionem propter diuersa partium studia facturos, si

ipsa in castra proficisceretur, aut in loca Capuae vicina:
 confestim coactis, quas potuit, ex urbana iuuetute co-
 pīs, Capuam versus profecta, ad sex millia passuum ab
 vrbe constitit. Cuius aduentu cognito, Ioannes Vinti-
 millius alios orando, alios terrendo, alijs prēmia polli-
 cendo omnes illius conatus irritos fecit, totamq; ciui-
 tatem partim voluntate, partim metu in officio conti-
 nuit. Isabella cum prater spem & opinionem eorum,
 qui profectionem eius suaserant, tempus ibi nequicquā
 teri animaduerneret, Neapolim redijt, equitatu, quem
 secum adduxerat, ad Iacobū dimisso. Sed nulla res ob-
 sessos magis fatigabat, quā rei frumentaria inopia,
 qua indicis propter urbanam multitudinem arctior
 fiebat. Erat in Neapolitanorum exercitu, vt supra de-
 monstraui, Antonius Pontadereus copiarū dux, vir &
 consilio, & audacia singulari. Hunc Ioannes Vintimil-
 lius prēmīssis ad eum clam nuncijs, ad transfugium so-
 licitabat: sperās multum hostibus illius discessu detra-
 ctū iri. Qua de causa cum suspectus in castris trās Vul-
 turnū diuerteretur, à Iacobo in citeriora castra accer-
 situs est. Profectus obiectum crimen pertinaciter nega-
 re instituit. Fuerunt, qui suaderent illum comprehen-
 di, atque interfici: nec sinendum vllō modo, irritatum
 hac quaestione hominem in vltiora castra regredi.
 Caterum Iacobus seu veritus ne tumultum in castris
 incitaret, seu Michelettum offenderet, qui illi amicus,
 & socius erat, seu falsum existimarit crimē, ipsum in-
 columen abire passus est. Tentatum etiam à Campanis
 est, si forte sublati in muro (Suessanorum exemplo)
 Philippi signis obsidione leuari possent. caterum id fru-
 stra fuit. Reuersus deinde in castra Antonius quod in-
 choauerat

thoauerat de transfugio, exequi perrexit: aliquanto li-
berius pactus se abiturū cum copys si ei tria millia au-
reorum exhiberentur. Quod sentientes Neapolitani,
qui iisdem castris tenebant, veriti ne eruptione ex op-
pido facta Improvisō caperentur, sese in ceteriora castra
ad Iacobum recedere: & iam res eo perducta erat, pa-
tente Micheletto, cui id persuaderi nō poterat, ut haud
amplius Antonio manus injci, aut furor eius coerceri
posset. Denique & ipse Michelettus re comperta in ci-
teriora castra eo relicto transgressus est. Qua re ani-
maduersi Iacobus, qui intelligebat sese parte illa virum
detracta, ibi tuto consistere non posse, obsidionem sol-
uit: protinusq; partito exercitu Michelettus in Cala-
bros, & Brutios, ipse in Pelignos profecti sunt. Nantq;
eo tempore Soranius, & Lauretanius reguli, qui pro Al-
phonso bellum gerebant, Iacobi oppida vexabant bello:
Edigitur profectus (nanque equitatu plus poterat) hos
non tantum ē finibus suis pepulit, verum etiam in sum-
mum discrimen rerum suarum adduxit. Multis enim
excursionibus in eorum agros factis, magnaq; inde v-
pecoris, atque hominum abducta vniuersam regionem
illam tumultu ac terrore inuoluit. Eadem quoq; Mi-
cheletti expeditio in Brutys fuit. Nam & Cosentinos,
qui a finitimis regulis infestabantur, graui bello libe-
ratis, & regulos illos, tota provincia pacata, in Isabel-
la potestatem redegit. Inter hæc Antonitis Potadereus,
accepta pecunia, vti pepigerat, ē regni finibus discessit.
Hæc vero ad Tarentini, ac Sueffani regulorum reditum
in Neapolitano regno gesta. Quorum aduentu Petrus
regis frater certior factus, Tarentini præsertim (quod
tunc Panormum, vbi Petrus erat, vectus per Messa-

na fretum Apuliam petijt) Alphonsum à Philippo liberatum, quodd ante a multorum ore acceperat, cū quinque nauibus longis in Liguriam eius transportandi causa transire quamprimum statuit: onerariāq; frumento onusta, quod ad Veneris portū deferret, prosperum ventum nactus è Sicilia soluit. Iamq; in Aenariam insulam transmiserat, cū subita venti mutatione intumescens mare sublati in cælum fluctibus onerariam à rostratis dissipulit. Sed ea re maximè patuit, quātum fortuna in rebus humanis possit. Nanque ea tempestas, quam Petrus detestabatur, ei multo magis profuit, quā illa maris tranquillitas prodesse potuisset. Nam si eodem quo vti coeperat vento diutius vsus esset, nec Caieta tunc in eius potestatem venisset, nec tam subito oneraria in Liguriam cum frumento peruenisset. Si quidem & illa vehementiore vento impulsā ante diē tertium ad portum Veneris quō intenderat delata est, frumentumq; quo & praesidium & oppidani maximè indigebāt, tutò exposuit. Et cū ipse in Caieta sinum, qui ei in conspectu erat, procul ab vrbe cū rostratis sese recepisset, nonnulli Caietani inimicorum iniurijs pulsati clam ad eum venire: spemq; fecerunt, Caietam subito eius aduētū per noctem capi posse, quod in ea vrbe multi essent, ad quos sua iniuria pertinerent, quibusq; praesens rerum status inuisus esset. Et quod ab aduersarijs partim praesidio fretis, partim de hoste securis, vrbis mœnia negligentius custodirentur, eque in id operam suā vltro polliciti sunt. Quibus collaudatis, & magnis insuper promissis oneratis, Petrus tantam fortunam minimè negligendam ratus, ac ducibus iisdem vsus, sub noctem inde soluit, ac praire iussu qui rem cum suis ordirentur.

ordirentur, ipse summo silentio molliter subsequutus est: illi statim Caietam profecti, & cum quibusdam suorum tacite colloquuti, uti Petrus reciperetur facile persuaserunt. Occupata igitur repente ea urbis parte, cuius custodia negligebatur, complures nauales socij subito per scalas intromissi sunt: captaq; turris proxima, portaq; patefacta, cetera multitudo vno impetu ingressa est. Quo casu quanquam attoniti aduersarij, arma tamen cepere, totius adhuc rei ignari. Ceterum ubi cognouerunt Petrum cum classe adesse, armis positis cessere. Quod ubi Petrus accepit, premisso ab ijs qui se, urbemq; dederens, ingressus, a praeda & cedibus ciuium abstinere suos iussit: pulsoq; aduersariorum presidio, nouo eam ipse presidio firmavit. Consultare deinde cepit de instituta in Liguriam profectiōe. Varia erant sententia. Alij eundem ei propter pestilentia, qua Caietam vexabat, relicto qui urbi praesset, existimabant. Alij verò cum dicerent non se de salute sua, sed de profectiōe regis & utilitate in praesentiarum consulere, & imprimis Antonius Panormita, aliū quempiam cum nauibus mittendum, sibi verò manendum, aiebant, quod rex non eo, sed nauibus egeret. Periculū enim esse ubi is abscessisset, ne ea urbs propter ciuiū discordiam rursus in Renati potestatem rediret, quam eius praesentia tueretur. Quorum consilio probato, Raimundum Pirilionem cum iisdem rostratis ad Alphonsum misit: isq; secunda tempestate vsus ad Veneris portum quarto postquā soluerat die peruenit. Ibi & onerariam qua frumentum oppidanis aduexerat, & regem Mediolano recens profectum reperit, Caietamq; captam nunciauit. Quo nuncio latus admodum ma-

iore rursus animo in id bellum incubidit. Moxq; Caiet-
 pam petiurus erat, ni more causam Philippus inieci-
 set. Per eos nanque dies Genuenses sese Philippi domi-
 natu, ut dixi, liberauerant: cuius rei causa Philippus
 ad Alphosum misit, qui rogaret uti cum rostratis quas
 haberet Sauphae arci (quam adhuc suo presidio teneri
 acceperat) quamprimum succurreret. Quod cum Al-
 phonsus pro officio facere instituisset, subito in aduer-
 sum coortus ventus tantam vim procella concitauit, ut
 toto triduo e portu exire non potuerit. Interim ea arx
 amissa est. Quod ubi Philippus agnouit, ad Alphonsum
 misit, qui gratias ageret, diceretq; licere sibi, eum vel-
 let, abscedere. Itaque Alphonsus illico ascensis nauibus,
 primo portum Pisani, atque inde Caietam tranquillo
 mari uentus petijt. exceptus est autem eius aduentus
 summa letitia, vniuersa ciuitate gratulabunda illi ob-
 uiam cum coniugibus, & liberis effusa: per paucis die-
 bus quieti datus, de renouando bello meditari intetius
 coepit. Caieta enim praeter eius spem capta illi haud du-
 bie totius regni possessione portendere videbatur. Con-
 tractis itaque, quas potuit, per astatem copiis, Taren-
 tinog; & ceteris partibus suis regulis accersitis, ineunte
 hyeme Capuam est profectus, eo videlicet consilio, ut in-
 de hostes lacefferet. Hoc belli principio rei bene geren-
 da spes illi ingens assulsi: nanque ad eum veniens Ioan-
 nes antonius Tarentinus princeps, Raimundum Nola-
 num regulum ex patruo natum illi conciliauit: quae
 quidem res magna victoriae causa fuit. Absit enim No-
 la à Neapoli non plus duodeuiginti millibus passuum,
 urbs antiqua, & Annibalis cladibus celebris, & ad vo-
 xandos Neapolitanos perquam opportuna. Deinde Na-
 ceriam

ceriam in Lucanis aggressus, eam prater arcem cum aliquot castellis circumiectis cepit. Et quoniam Nucerna arcis expugnatio longis obsidionis videbatur fore, his gestis ad Alphosum abiit: cuius copijs auctus Alphosus, primum Matianisium, quod oppidum ab hostibus tenebatur, exercitum ducit: idq; oppugnare adortus, cum tormenta muris adnouisset, vno modo iactu oppidanos aded conterrui, vt continuo deditionem fecerint. Inde Scaphatum ducit, castellum in agri Campani confinio situm: idq; in insula modum anibit amnis Sarnus, non tam aquarum magnitudine, quam ortu mirabilis: siquidem nullis adauctus aquis ex Apennino iuxta Sarnum oppidum, cui nomen dedit, prope tantus oritur, quantus in mare effluit. Sex millia passuum a fonte prouectus, hanc exiguum insulam, in qua arx sita est, efficit: ipse angustis coercitus ripis vno tantum ponte iungitur: nec plus dena passuum millia decurrit. Ad subito casus, incolae sese in eam arcem recipere assolent. Itaque Alphonsus quo sibi liber pateret in Lucaniam transitus (neque enim vado transiri potest) vt hostes ab ea parte annona, & conimeatur reliquo intercluderet, Lucanosq; & Brutios infestaret, accersitis naualibus socijs eo profiscitur, incolisque in arcem primo impetu compellit. Hi interciso ponte praesidio freti sese primo egregie tuebantur: sed postquam e ponte, atque e ripa infestis se telis peti viderunt, tanta multitudini resistere se posse diffisi, praesertim cum rei frumentaria parua copia illis esset, admissa praesidio deditionem fecerunt. Deinde Castrum Maris infestis signis petit: quod oppidum duodeuiginti millibus passuum ab Neapoli abest: idq; primo certamine, deturbatis muro propu-

gnatoribus, præter arcem cepit. Ea verò arx in colle sita difficilem habebat oppugnationē. Cum ea res obsidionis magis, quam oppugnationis esse videretur, machinas, & tormenta adhibuit; quibus magna muri parte discussa, oppidani, qui in eam confugerant, salutem pacti deditionem fecere. Posthac Alphonsus simul quod res prospere succedebant, simul quod eo tempore aduersarij copia non erant, quæ obsisterent, fortunam sequendam ratus, castra in Nolanum movit: atque inde per Caudinam vallem, factis in aliquot dies cū Marino Bossa, qui eam vallem tenebat, inducjs, ad montem Sarrum, ac Cepalonum, quæ castella in amicitia ejus nuper venerat, profectus est. Causa verò profectio- nis fuit spes illi iniecta, Troianum Ioannis Caraccioli illius filium, qui magnus apud reginam fuerat, cuius in ea regione magnæ opes erant, posse in suam amicitiam suo aduentu illicit: quo sibi conciliato intelligebat sibi tutum postea & expeditum iter in Beneventanū atque inde in Apulum agrum fore. Compluribus igitur diebus in ea re agenda frustra consumptis, relicto ad montem Fusculum Ioanne Antonio Ursino, quod per anni tempus res geri non poterat, & aliquid militum quieti dandum videbatur, eo consilio, ut Capuam repeteret inde movit. Rediens verò in Apennini transitu non parum detrimenti accepit. Bruma tempus erat, cum subito frigoris insueta vis cælum cōplexa est: tum coactis vento nubibus, ingens procella nivis effusa terram altè operuit: tantusq; rigor milites inuasit, ut nec membris vi, nec arma sustinere obtorpente manu possent, atque ut multi ob id in graves morbos inciderint. Augebat frigoris saevitiam ventus nivis immixtus: qui

oculos

petulos atq; ora diuerberans vix sub tentorijs militem
 consistere patiebatur. Hanc aeris immanitate vetera-
 norum nemo Alphonso fortius tulit. Quippe ita ab ado-
 leſcentia per crebras venationes, & assiduos labores
 abduxerat, ut nec frigus nec calorem pertimesceret.
 Mitigato caelo, niuib; Africo solutis, per Caudinam
 pallem, qua venerat, composito agmine iter faciens,
 Areolam, quod castellū in ipsa valle situm à Marino
 Bossa tenebatur primo impetu arce expugnata, debel-
 lauit. Nec multo post Ioannes in Apuliam in hyberna
 rediit. Inter hac Isabella cum Alphonsi opes indies cre-
 scere animaduerteteret, cumq; e regni finibus viribus
 suis arceri posse desperaret, ad Eugenium quartum, qui
 tum erat pontifex maximus, legatos opem postulatam
 misit. Cuius laboribus permotus Ioannem Vilelscum
 Patriarcham Aquilegiensem, cuius libido, & auari-
 tia, atque effrenata crudelitas humanum modum ex-
 coſſerat, cum tribus millibus equitum, ac pari peditū
 numero que sequuta est estate, ad eā misit. Isq; in Cam-
 paniam profectus primo impetu aliquot castella vi ce-
 pit. Cumq; Capuam obsidere statuisſet, ad Isabellam
 misit, qui hortaretur, ut quas posset vires cogeret, &
 ad se mitteret. Que haud morata ad octingentos equi-
 tes raptim coactos in Aversanum ire iussit, & haud
 procul à Vulturno ipsum operiri. Alphonsus per id tem-
 pus tria millia passū à Capua castra habebat: nec eas
 habebat copias, quibus posset tantis aduersariorū viri-
 bus obsistere. Namque & Ioannes Antonius Ursinus, &
 alij nonnulli reguli, quos cognito patriarcha aduentu
 accersierat, nondum ad se peruenerāt. Caterū cum
 audisset patriarcham appropinquare, cedendum inte-

rim fortuna existimauit, donec maiores vires contraxisset. Varia erat suadentium sententia. Hispani Caietam eundum censebant, quod is locus situ munitior, & ab obsidionis periculo tutior foret. Italici Theanum potius, quod eius longio secessus desperationem quandam principibus, ac populis suarum partium esset allaturus. Plurimum enim ad nominis sui existimationem conducere, quàm minimum à suis abesse. Posse illum Theani tuto permanere, quod id oppidum mœnibus, & annonâ firmum esset. Si quidem lōgius abscederet, non alia potius de causa, quàm quod non haberet, vbi propius in tuto confisteret, tam suos, quàm hostes, factum existimatu-
 ros. Capuam quidē validam & permunitam urbem, sed parum in ea frumenti esse: seq̃ in ea facile commeatibus intercludi posse, quod trans flumen omnia hostium incurfionibus quotidianis infesta essent. Quorum sententia comprobata, relicto, qui copijs praeffet, Ioanne Vintimillio, Theanum se recepit: quo digresso, Ioannes motu inde properè castris Capuā copias reduxit. Neapolitani equites, quos ab Isabella in Auerfanum missos dixi, Sicipium, qui vicus in Auerfano est, concessere, ibi Patriarcha aduentum praestolantes. Quos cum Ioannes per exploratores cognouisset incautius in castris agere, nulloq̃ munimento obducto passim vagari, eos aggredi statuit, existimans si hos fudisset, nec permetteret Patriarcha coniungi, eius vim facilius ferri posse. Neque enim fuis Neapolitanis, illud ad Capuam obsidendam profecturum, vno modo praelio, si fortuna adesset, sese obsidionis periculo liberari posse. Non absuit fortuna cōsilio. Nanque e Capua profectus speculatoribus pramissis prius penè in hostiū castris

castris conspectus est, quàm eius aduentum cognorint. Imparatosq; & inermes aggressus, non sui colligendi, non arma capiendi, non gladios stringendi ijs facultatem reliquit: captisq; prope pinnibus, sese cōsestim Capuam recepit. Hac clade audita, Patriarcha de obsidenda Capua consilium omisit, Vulturnumq; circiter sex millia passuum vado transgressus, nullo obsistente, per Caudinam vallem montem Sarrum petit, idq; ex itinere oppugnare aggressus est. Quod ubi Ioannes antonius Ursinus, qui ad Alphonsum cum copijs proficiscebatur, agnouit, confestim ad montem Tusculum, quatuor fere millia passuum à monte Sarrum contendit, ibiq; castris positis auxilij spem obsessis afferebat. Caterum cum se imparem Patriarcha viribus sciret, sese in castris continebat. Et iam Alphonsus Capuam redierat. Itaque Ioannis antonii ad montem Tusculum aduentu cognito Ioannem Vintimillium eo ire iussit cum parte copiarum, ut si posset, se cum eo coniungeret. Ad quem cum tuto transire non posset, aliquanto procul inde, loco tuto positis castris constitit, ut hostibus fiduciam adimeret, & Ioanni antonio atque obsessis spem daret. Patriarcha per exploratores cognito, in hostium castris custodias negligi, posseq; opprimi incautos, eò celeriter profectus est, eosq; inopinantes, ex improviso adortus primo impetu fudit: castrisq; expugnatis magnā partem in his Ioannem Antonium cepit, ceteri receptus propinquitate freti Patriarcha vim effugerunt. Ea clade cognita, Ioannes Vintimillius, cum nullam se obsessis opem asferre posse animaduerneret, atque in ijs locis cum summo periculo diutius inuagari, confestim Capuam cum copijs se recepit: & iam Alphonsus cum parte

copiarum Sulmonetam contenderat, eo videlicet consilio, ut patriarcham à montis Sartij oppugnatione auerteret: arbitratus hoste, iniecto domi metu ab amicorum vexatione deterreri posse, totamq; eam regionem tumultu ac terrore compleuerat. Quod cum patriarcha nunciatum esset, ommissa mōtis Sartij obsidione iter in Campanum flexit: Varranumq;, & Presen-
tiantem, ac Venasrum sine certamine in deditiōem accepit. Inter hac simultate quadam inter illum, ac Iacobum Caudolam, qui vnà cum eo copias iunxerat, exorta, cum ei haud satis fideret, diuiso exercitu; Iacobo in Apuliam profecto, ipse ad vicum, quem sanctum Petrum vocant, ad mille passus à Scaphato se recepit. Alphonsus cognita calamitate ad montem Fusculum accepta, magno dolore ob amici maximè captiuitatē affectus, praetermissa Sulmoneta oppugnatione, confestim Capuam regressus est. Ibi cum accepisset de dissensione inter patriarcham, & Iacobum orta, distractisq; copijs patriarcham apud Scaphatum consedis-
se: eius opprimendi tempus idoneum ratus, celeriter in Nolanum profectus, primò ad Cācellum, deinde sub Nolam ad mille passus substitit. Fortè eo die magna equitum manus de patriarcha exercitu regis aduentus nescia, praedandi causa Nolani versus profecta, in Alphonsi castra incidit: impetuq; in proximos quosque imparatos, & inopinantes facto, quosdam iam è regijs ceperant. Quo cognito, Alphonsus illicò arma expediri iubet: acieq; celeriter pro tempore instructa, laborantibus suis occurrit. Caterum ea vi pulueris fuit, mutuo concursu excitata, ut vix armorū insignia, quae in praelijs accommodari solent, inter dimicandum discernerentur.

Ad has

Ad hac aestus intolerabilis grauem armis militem exanimabat, nec reciprocare anhelitum defatigatos sinebat. Ad postremum hostes multitudine circunuenti in fugam vertuntur, quos Alphonsi equites cōsectati, plerisque vulneratis, complures ceperunt: nec quisquam omnium superfuisset, nisi itinere atque aestu defatigatis militibus Alphonsus receptui cani iussisset. Hac clade nunciata, patriarcha perterritus, cum eum locum baud satis idoneum castris putaret, nocte, qua insequuta est, relictis praefestatione equitibus, quos ad trecentos Neapolim miserat, inde in sancti Seuerini agros citato agmine se recepit: modicoq; spacio militibus ad quietem dato per vallem Serrinam sub montem Fuscum, transmissa monte, profectus est. Quod ubi Alphonsus agnouit, eius itinere per exploratores cognito (iam enim reliquias fusi ad montem Fuscum exercitus collegerat) cum propter locorum iniquitatem minime persequendum illum existimaret, conuerso itinere Iserniam, ac Varranum patriarcha metu liberata oppida sine certamine recepit. Per id quoque temporis Franciscus Pandonius Venafro oppido, quod praefectus obtinebat, sibi ab Alphonso in ditionem, ut postulabat, tradito, deditionem fecit. Inter hac cum patriarcha per amicos agi ceptum, uti Ioannes Antonius Ursinus, quem in vinculis habebat, accepta cautione dimitteretur, sibiq; eum virum beneficio obstringeret, quem si allicere in suam amicitiam posset, plurimum esset opibus suis accessurum. Non displicuit patriarchae eius rei mentio, seq; eum dimissurum sine precio est pollicitus, modò is ad sese cum quingentis equitibus reuerti vellet, pontificis stipendia facturum. Eam verò conditionem

quāquam ei permolestam & grauem (quando ita necessitas urgebat) vt se in libertatem vindicaret accepit, ea tamen lege, vt dum is fratrem pro se mitteret, sibi domicileret permanere. Idq; eius factum Alphon-
sus haud iniquo animo tulit, quamuis cōditionem eius viri captiuitate, cuius amicitiam sibi fructuosam sen-
serat, potiorē ducens. Post hac Patriarcha, Alphonse in Venafranum profectiōe cognita, cum omnibus co-
pys Salernum petijt, eo videlicet consilio, vt illi obuiam
contenderet. Quod postquam Alphonso nunciatum est,
subitō in Nolanum contēdit. Iam enim is sibi Patriar-
cha par factus Iacobi secessu videbatur. Cūq; ad op-
pidum Sarnūm peruenisset, sortē duo de Patriarcha e-
quitatu ad eum venere, horratiq; sunt, vt quempiam ē
suis ad Patriarcham mitteret, sperare se, sibi eam illo
de pace, aut certē de inducijs conuenturū, quod eam
belli satietas cepisset. Alphonso eam rem haud asper-
nandam ratus, quod graui aduersariō sublato, sese ho-
stibus superiorem intelligebat fore, quōsdam ē suis vnā
cum ijs ad eum misit, qui de ea re illius animum explo-
rarent. Ipse nihilo segnius cōeptum iter persequutū ad
vicem, quem Aquemellam vocant, cum copys est pro-
fectus, quō maiorem pacis necessitatē patriarcha in-
iiceret: simul quod verebatur, ne equites à patriarcha
fallendi animo ad se profecti essent: & ad sex millia
passuum à Salerno in tumultu quodam, natura muni-
to, castra posuit. Fortē autem eō proficiscente trecenti
hostium equites, quibus preerat Paulus Allemanus ē
monte Tasculo Salernum ad patriarcham ibant: iūq;
improvisō cum in hostes incidissent, paruo negotio su-
fi, magnāq; ex parte capti sunt. Posthac qui Salernum
ad pa-

ad patriarcham ierant, ad Alphonsum redire. huiusmodi inducias in duos menses, si ita is vellet Patriarcha fieri placere retulerunt. Quod cum ille, haud abnuisset, inducia facta, hac lege adiecta, ut si qua urbs quattuordecim antequam sibi inducia denunciata essent, alterutri parti sese dederet, accipienti fraudi ne esset. Factis per hunc modum inducijs, Alphonsus inde in Aversanum cum copijs rediit, & ad Iulianum vicam tria millia passuum Aversa castris positus ibi aliquot dies egit, statueratque Puteolos petere, atque accersitis triremibus, quas tunc Caieta habebat, id oppidum oppugnare, ut inde communitatem Neapolim importadum facultatem adimeret. Aberat is vicus non plus decem millibus passuum a Puteolis: atque idcirco eum locum interea dum classis accederet, statuis idoneum existimabat. Caterum Patriarcha novum consilium eum, ut sententiam immutaret, compulit. Is enim per Archiepiscopum Beneventanum, qui tum Renati partibus sauebat, Iacobo Caudola reconciliatus, rursus cum eo copias iunxit iurando ab equitibus, ac ductoribus ultro citroque exacto, sese commune bellum cum fide gesturos, nec iniuriam ducibus fieri passuros. Deinde quum sciret Alphonsum ad Iulianum vicum statim habere, locum haud satis tutum, opprimi posse ratus, si antequam de reconciliatione eius cum Iacobo rescisset, aduersus eum contenderet: omnis humani iuris, ac diuini oblitus, per omnes saltus, atque aditus custodes disponi iussit, qui obseruarent, ne quis nuncius ad Alphonsum iret, a quo de eius consilio certior fieri posset. Quod cum Iacobus Lagonissa, vnus è regni regulis, fide in Alphonsum, & constantia singulari cognouisset, plures ad Alphonsum

confestim nuncios per varias partes dimisit. Ceterum
 ij omnes excepti a custodibus, prater vnum qui per
 transuersos, ac deuios tramites ad regem profectus,
 omnem ei rem pandit: Alphonsus primum admiratus,
 quod bona fide Patriarcha secum inducias fecisse exi-
 stimaret, cum se loco haud satis tuto esse cognosceret,
 hostesq; copijs superiores esse, confestim abeundi Capua
 consilium cepit. Atque haud mora milites cogi, arma
 expediri, & impedimenta componi imperat. Sed dum
 hostes, qui apud Auersani erant, auxilij propinquitate
 freti ferocius instant, atque inconsultius, eorum pleri-
 que capti. Nec dubium, quin intra urbem relecti omnes,
 aut capti eo die fuissent, nisi patriarcha, & latobus ci-
 tatis equis aduolantes pauorem ac trepidationem re-
 gis intulissent: qui cum apud Caiuanum accepissent
 Alphonsum a Iuliano vico iam mouisse, quantaceleri-
 tate potuere Auersani contenderunt: hostesq; partim
 pugna implicitos, partim abeuntes conspicati effuso
 cursu petierunt. Quos vt regis in sese concite venientes
 conspexere, cedendum rati, omnibus propere impedime-
 ntis amissis, saluti consuluerunt. Palus erat propinqua,
 quam Clanius exiguus amnis efficit. Hac hybernis au-
 cta imbribus, ita coarctauerat iter, vt facile pauci ad-
 uersus multos locum tutarentur. Ea vero ponte peran-
 gusto transmeabilis erat. Id ab initio cum a Iuliano mo-
 uisset, prauiderat Alphonsus. Itaque praemisit qui tran-
 situm occuparent, ne ab hostibus circumueniri, & Ca-
 pua intercludi possent: ob eamq; rem copias diuidere
 necesse esset: quod ni esset factum, ingens fortasse eo die
 detrimentum hostes accepissent. Nanque & vigilijs si-
 mul, & itinere fessi contempta hostium paucitate
 incom-

incompositi pugnam inierant. Hostes ut pontem inersum, atque occupatum videre, primosq; iam longè progressos signo receptui dato Aversam redierunt. Quod ubi Alphonsus animadvertit, placide iter persequutus sese cum copijs Capuam recepit: Hunc exitum habuit tumultuaria ad Aversam pugnam: inde in aliquot dies ab utrisque quies fuit. Post hac rursus inter patriarcham ac Iacobum dissensio exorta est, hac maxime de causa: Patriarcha, quò tutum aliquem receptum in Neapolitano regno haberet, uti sibi Aversa ab Isabella traderetur, postulabat. Iacobus vero cum intelligeret quorsum eius petitio tenderet, eum scilicet non tam pro Renato quam pro Eugenio pontifice maximo bellum gerere, eius postulatis maxime aduersabatur. Quod cum Patriarcha permolestum accidisset, haud dissimulatis inimicijs, relicto Iacobo, ex Aversa abiit: nec multo post & ipse Iacobus in Pelignos in oppida sua concessit. Per idem ferè tempus Tranenses ad Alphonsum legatos misere, qui deditioe facta opem implorarent: dicerentq; urbem in potestate civium esse: ceterum arcem ab hostibus teneri, eamq; nec expugnatu facilem, nec absque nauibus propter mare circumfusum, obsidioni obnoxiam. Causa verò deditiois fuit, quòd vulgatum erat, Patriarcham eò ire statuisse, uti à Iudeis ad Christianam legem recens profectis, qui multi in ea urbe erant, grandem pecuniam in belli sumptum exigeret. Mouit ea legatio maxime Alphonsum, plurimum conferre rebus suis ratum, si urbe tam opulenta potiretur. Itaque legatis benignè respondit: collaudatosq; quòd deditioem sua voluntate fecissent, spe plenos dimisit: moxq; Ioannem Carassam cum triremibus tri-

bus Tranium petere, & quæ ad arcis obsidionem necessaria cognosceret, cū cura gerere imperauit. At Patriarcha eius vr̄bis deditiōe cognita, Andrium, quæ ciuitas in Apulia est, subito profectus, copiarum duces, ac regulos quos in fide acceperat cum omnibus copijs eōdem conuenire quamprimum iubet: quibus ad diem profectis, obsessæ arcis opem ferre statuerat. Inter hæc orta seditio, maiore ciuium ac militum parte ad Alphonsum inclināte (quod Patriarchæ impotentem superbiam, atque auaritiā ferre non poterant) eum in maximum metum, ac discrimē adduxit: nec esset temperatum cadibus, ni Ioannesantonius Vrsinus eorum furorem interuētū suo compressisset, qui ad fidē suā id pertinere existimans, temerarijs suorum consilijs sese obiecit. Itaque postquam tumultus conquieuit, nihil mutato consilio, contractisq; vndiq; auxilijs ex Andrio mouere constituit. Ceperat eum antē suspicio, Ioannē Antonium rursus cum Alphonso sentire. Hanc autem suspicionem vel ea res maximē cōfirmavit, quod Ioannesantonius inualetudinem causatus Tranensem expeditionem detractabat: accepta tamen ab eo copiarum parte Tranium, quod haud plus decem millibus passuum aberat, repēte profectus, castris positis agrum circumiectum hostiliter populatus est. Interea Tranenses Paulo Pellicano Auctore, eius factionis principe, quæ Alphonso vr̄bem dederat, fossā, quæ arx continenti, atque vr̄bis edificijs iungitur, arcis obduxerant, ne quæ ab obsessis eruptio in vr̄bem fieri posset: eamq; fossā aggere, crebrisq; turribus communierant: ob eamq; causā (nisi superatis munimentis) in arcem terra euadi, atq; obsessis subueniri nullo modo poterat.

Cæpe rat

Ceperat Ioannisantonij fides, ut antè dixi, Patriarcha
 suspecta esse: cum igitur oppugnare munimenta statuis-
 set, & ob eam rem equis defilire equites imperasset,
 nec paruisset Ioannisantonij equitatus, suspicionem
 confirmauit. Quod cum intueretur Laurentius Cor-
 niola vir bellicis artibus clarus, minimè dubia esse asse-
 mans, quæ de illo suspicatus esset, eum perpulit, ut de-
 sertâ obsidione, Vescilium, quod oppidum eius ditionis
 erat, se receperit. Ibi cum cognouisset triremes ab Al-
 phonso mitti, quæ arcem obsiderent, veritus ubi venis-
 set, ne sibi minus integrum foret, ex ea prouincia, cum
 vellet, excedere, quod Ioannisantonij copia terrestre
 iter occupatura essent, triremes autem mare clausura,
 statuit ante nauium aduentum relictis corporijs, dum li-
 ceret, abscedere. Lembum igitur quædam nactus paucis
 consocijs, is, qui paulo antè vniuersum Neapolitanum
 regnum terrore compleuerat, quasi ad contrahendas
 maiores vires iturus, turpi fuga, intempesta nocte di-
 gressus, primò in Picenum, mox terrestri itinere ad pō-
 tificem abiit. Postridie milites, atque equites cognita
 Patriarcha fuga, rebus suis diffidetes, cum nec ducem,
 nec pecuniam haberent, vnde commeatus suppedita-
 rent, sese ad Iacobum Caudolā contulerunt, qui Isabel-
 le rogatu posita similitate eodem accesserat: huic enim
 salutem suam credere quam hosti maluerunt. Dura
 erat obsessorum conditio. Namque Tranenses nauiculis
 per varia ante urbem loca dispositis, nec commeatus in
 arcem inferri, nec militem quenquam ingredi sine-
 bant. Inter hac Ioannes Carassa triremibus duabus ve-
 ctus Barletam primò, mox Tranum venit. Causa lon-
 gioris moræ fuit, quod is primùm proficisci in Sici-

liam ab Alphonso iussus fuerat : vt inde pecuniam in-
 stipendium Ardironi copiarum duci , qui tum Barleta
 erat, deferret : cuius pecunia exactio serior fuerat. Hu-
 ius aduentu Tranenses vehementer confirmati sunt,
 quòd minimè dubitabant , arce terra mariq; circum-
 fessa , praesidium ad deditiorem cogi posse. Ad centum
 quinquaginta milites erant isdem triremibus inuecti.
 Antè omnia Ioannes collustratis munimentis , quae ci-
 ues arci obiecerant , cum propter latitudinem hostes
 nunc quinos , nunc denos erumpere , & simulata fuga
 regios sub arcem illicere , incautiúsq; sequentes à sa-
 gittarijs , qui pro arce occulti stabant , excipi animad-
 averteret, iacto interiore vallo , ac fossa , crebrisq; tur-
 ribus per interualla excitatis, munimenta coarctauit.
 Haec à terra prouisa , à mari autem naues longas, qui-
 bus aduectus fuerat , contra arcem statuit : & ne qua
 vis maior succedere , ad arcem posset, quòd ea maris al-
 titudo erat , vt possent non incommode triremes ar-
 cem subire, scaphas complures preparauit. Eas verò sa-
 burra grauatas , tignis solidis inter se compactis , ante
 arcem extrateli iactum in anchoris tenuit : vt si qua
 forte maior vis ingrueret , has continuo vndis suppri-
 meret. His operibus perfectis, cum animaduertisset ho-
 stes biremem in arce subductam habere , qua furtim
 captata occasione ad commutatus deferendos vti pos-
 sent : castellum à terra aduersus arcem edificauit , tan-
 ta altitudine vt muros superaret : in quo castello com-
 plures milites collocati & infestabant telis obsessos , &
 ne biremis clam emitti posset, obstabant. Lembos pra-
 epare a viginti rectos preparauerat : eosq; intra opera ac
 munimenta maritima collocarat , vt si forte triremes
 hostilium

hostilium nauium impetum ferre non possent, interiecta munitione sagittis hostem arcerent. Per hunc maxime modum circumfessa arx, omni telorum actorumque genere sine intermissione quotidie oppugnabatur. quam tamen oppugnationem fortiter ferebant. Postquam verò res frumentaria arctior fieri cepit, ne quicquam opis sibi in Patriarcha relictum esse perspexerunt, obsidionem diutius non tulere: inpetratisque triginta dierum inducijs, quibusliceret ad Patriarcham mittere, qui doceret ad extremam inopiam ventum esse: dedituros se arcem pacti sunt, nisi intra eam diem auxilium asferretur. Quòd cum ad tempus nullum venisset, deditioe facta, arce excesserunt. Vix triduo post exacto, Janus Frogosus (nanque Isabella à Genuensibus auxilium postulabat) cum triremibus octo profectus, ad sex millia passuum à Trano peruenit. Ibi cum de arcis ipsius deditioe accepisset, retro conuerso itinere rediit. Recepta Trani arce, & Patriarcha copijs ad Iacobum profectis, Ioannes Antonius Vrsinus, cum sibi omni metu solutus videretur, ad Alphonsum, qui eum auidè expectabat (nam Iacobus inde digressus fuerat) sese contulit.

BARTH O-

BARTHOLOMAEI
FACII RERVM SVO TEM-
PORE GESTARVM
LIBER VI.



RE eos dies, quibus hac ad Trantum gesta sunt, Renatus cuius summa erat apud hostes opinio atque expectatio, a Ioanne Burgundiae duce dimissus, triremibusque decem comparatis, è Massilia Neapolim profectus est. Eius verò aduentus Andegauensis factionis animos longè sustulit: siquidem magni animi vir Britannico bello cognitus fuerat. Ut primum venit, contrahere copias, & quae ad bellum gerendum pertinere videbantur, parare coepit, imprimisque Iacobum Caudolam sibi accersendum putauit, qui per id temporis in Apulia cum copijs hybernabat. Misit igitur ad eum, qui rogaret, cum copijs ad se venire ne cantaretur de tota belli ratione una consultaturus. Quo nuncio accepto Iacobus, ut primum potuit, coactis copijs sese itineri commisit: profectusque Neapolim, cum eo de summa belli colloquutus, primum hortatus est, uti Scaphatum oppugnatū iret, quò tunc in Lucanos ac Brutios transire posset: atque inde necessaria aduehere. Cuius consilio probato, confestim cum omnibus copijs Scaphatum petiit, accitisque naualibus socijs arcem aggressus, oppidanos, qui in eam se receperant, adeo conterruit, ut deditiōe facta vix primam oppugnationem tulerint. Interim Alphonsus Renati aduentu cognito, confestim, quas potuerat, copias contraxerat. Itaque, ut primum factus est certior

Renatus

Renatum ad oppugnandum Scaphatum iſſe, citato agmine è Capua in Nolanum contendit. Ibi cùm accepisset arcem in potestate hostis veniſſe, cœpto itinere abſtinuit: reuerſusq; Capuam in Pelignos ire conſtituit, eo cōſilio, vt Iacobi oppida vexaret: ſi forte poſſet ſolitudine domi iniecta, à Renato diſtrahi: cōſtitueratq; aliò quodam breuiori itinere proficiſci. Caterum Sulmonenſes (vrbs inter Pelignos, hoc etiam clarior, quòd ex his Naſo poëta ortus eſt) vii per Sulmonenſem agrũ ier faceret pernicerunt: qui ſi alio itinere, quo ire inſtituerat, proſectus eſſet, ipſa celeritate totam eam regionẽ depopulari, ac vaſtare potuiſſet. At Iacobus eius itinere cõperto, de rebus ſuis ſolicitus, cum Renati venia, quàm maximis itineribus potuit, per Beneuentanũ, & ipſe in Pelignos eſt proſectus: & ad Caſam Cãtinnellam (id ei caſtello eſt nomen) conſtitit. Haud procul hinc duo colles ſiti ſunt, inter quos anguſta valle exiguus amnis excurrit: ſed eorum collum alter altero eminentior eſt, ac multò munitior. Hunc ſibi cognitum Iacobus primo aduentu occupauit: eoq; multo pediatu firmato ſub radicem caſtra poſuit. Cuius aduentu cognito Alphoñſus haud multo poſt & ipſe eundẽ perrexerit. Cumq; eum collem, quem edoctus ab hominibus eius regionis peritis occupare ſtatuerat, ab hoſte captum comperiſſet: altero colle, quem demonſtrauit occupato, & ipſe è regione ſub montem caſtra poſuit. Amnis modo vtroſq; diuidebat: aquandi ex eodem vtriſque aq̃ue poteſtas erat. Ea verò caſtrorum propinquitas vtriuſque partis animos mutuo clamore prouocantium, ac probra iactantium longè ad certamen accuebat. Inter hec falſò in caſtra allatum eſt Frãciſcum,

Sfortiam impigrum iuuenem, quem Renatus accersie-
 rat, magno cum equitatu ad Iacobum aduentare, atq;
 haud procul inde abesse. Quo rumore permoti regulo-
 rum ac ducum pars magna, suadere Alphōso cōperant,
 ut priusquam ea copia cum Iacobo cōiūgerentur (quo-
 niam is locus parum tutus esset) castra moueret: neue
 aut cum pluribus loco iniquo pugnare cogeretur, aut
 circūsessus cōmcatu intercluderetur. Quæ omnia cum
 Alphonſus circūspiceret, etsi dimicare in animo erat,
 mutato repente consilio, castra mouit, atque in Cela-
 num, & Albanum agrum profectus, totam regionem
 illam, aduentus sui fama tumultuantem, vna prope
 excursionem debellauit. Quare cognita, Iacobus insequi
 non ausus (neque enim Franciscus venerat) diuerso iti-
 nere Sulmonem contendit: ac non longè ab oppido ca-
 stra posuit, arbitratus Sulmonensium discrimine Al-
 phonſum a rerum suarum oppugnatione reuocari posse.
 Misitq; continuo ad Renatum, qui moneret, si bellum
 citò finire cuperet, uti quas posset, subito contractis vi-
 ribus ipse ad exercitum proficisceretur. Regium nomen
 (in bello præsertim quod aduersus regem gereretur)
 plurimum valere. Aquilanis, qui Alphōso maxime ad-
 uersi erant, ad quinque millia peditum; finitimisq;
 communitatis imperauit: a quibus omnia impigrè, & o-
 bedienter præstita. Renatus approbato eius consilio,
 coacto extemplo ex urbana iuuentute, quem potuit,
 equitatu, Sulmonem petiit: eamq; urbem oppugnare
 aggressus, irritò incæpto abstinit. Nanque & oppidi si-
 tu, & rei frumentaria copia, tum Alphonſi exercitu
 Sulmonenses freti, haud segniter oppidum tutati sunt.
 Quod cum Renatus animaduerneret, excursionem per
 Salmo-

Sulmonensem factam, multis populationibus, & incendijs agros vastauit. Et iam Alphonfus Albano, ac Celano agro iuba cto ad castrum vetus peruenerat. Id autem situm est in valle, quā Subleciam appellant. Quod ubi Renatus agnouit, copijs fretus, quibus se superiorem Alphonso existimabat, ad eum misit, qui illum ad praelium oblata chirotheca militari prouocaret. Cui Alphonfus chirotheca strenue accepta pugnam se haud abnuere respondit: ceterum sciri oportere, vtrum Renati sententia sit singulari certamine cum eo dimicare, & vtriusque congressu bellum finire, an signis collatis, cum toto exercitu totis viribus deceptare: se in vtrunque paratum esse. Ad haec nuncius, placere, ait, Renato, exercitum cum exercitu congregi, & vniversi certaminis fortunam subire. Quod cum audisset, Renato renunciari iussit, misso ad eum nuncio, non renuere se oblatam conditionem; ceterum quoniam eius sit, veteri more, qui prouocetur, diem, ac locum praelij dicere, se cum exercitu inter Acerras, & Nolam proficisci: qui campus lata planicie vtriusque idoneus ad pugnam esset futurus: ibique eum ad diem octauam praestolaturum. his Renato renunciatis, continuo de loci optione disceptatio exorta est. Aiebat enim loci & temporis constitutionem ad prouocantem, non ad eum qui prouocaretur, pertinere. Itaque se locum illum dicere, ubi ipse Alphonfus in praesentia castra haberet: quem iccirco optare videbatur, quoniam is locus nec situ, nec opere munitus esset: ita re infecta nuncius ad Alphonsum redijt, qui iam in Nolanum, vt dixerat, iter arripuerat, ibi hostium aduentum ad denunciata diem expectaturus. At Renatus ne non effecisse, quod dixerat, vide-

retur, in eum locum, vbi Alphonsus castra habebat, exercitum traduxit. Ibi cum Alphonsum non reperisset, conuerso itinere in Pelignos reuertitur: ductoq, primum ad Castrum Vetus exercitu, non id modo castellum, verum etiam totam vallem paruo certamine subegit. Post hac Aquilam Pelignorum caput, urbem prauvalidam, sibiq, amicam, & fidam profectus, Iacobum Caudolam in Celanum, atque Albanum agrum dimisit. Isq, intra paucos dies, incolis vltro deditionem facientibus, amissa omnia recepit. Alphonsus vt vidit Renatum ad dictum diem non venisse, in vallem Caudinam, quae à Marino Bossa tenebatur exercitum duxit, idoneum tempus arbitratus, dum Renatus cum copiis procul abesset, eius vallis inuadenda. Superatis itaque angustiis (ibi enim vallis in arctum coit) quas olim angustias, Furculas Caudinas appellabant, Romanorum ignominia nobilitatas, ad Arpaiam oppidum castra posuit: naualibus sociis, quod eos in oppugnationibus peritiles sciebat esse, à nauibus accitis. Quod cum oppidani animaduernerent, subito armati in muris apparuerunt. Et primum quidem impetum tulere: sed mox compluribus eorum vulneratis, quum remissius pugnarent, scale muris admota sunt: deiectisq, propugnatoribus irruptio in oppidum facta: Marinoq, comprehenso, oppidani arma ponere coacti sunt. Qui praesidio arci erant, vt Marinum captum cognouere, continuo arcis deditionem fecerunt. Argentium quoque oppidum, haud procul inde situm, Marino dedere, absque certamine receptum. Nanque Marinus venia à rege impetrata, confestim in id oppidum Alphonsi praesidium admisit: quo facto, magnis post honoribus ab eodem affectus est, il-

est, illi restitutus qua tenebat, finito bello oppidis. Harū rerum successu territus Casertinus regulus, cū accepisset Alphonsum statuisse in eius agrum copias ducere, praemisso nuncio, qui deditiois spem faceret, confestim ad eum profectus, sese in eius fidem dedit. Renatus per id temporis in Pelignis ac Marsis tempus terebat. Itaque Alphonsus non differendam, qua se tam lata offerebat, fortissimè arbitratus, in Lucaniam inde profectus est, atque ad Anglum oppidum castra posuit. Tenebat id oppidum Ioannes Surlus: ubi cū aliquot dies nunc agendo, nūc sollicitando ipsius Ioannis, & oppidanorum animos, frustra exegisset, ad postremum oppidanos in summam rerum omnium desperationem adduxit. Praesertim cū scirent Renatum Peligna expeditione occupatum, sibi opitulari non posse. Inter hac Franciscus Ioannis, quē dixi, frater, qui vrbi Nuceriae praeerat, quod rebus fraternis, suisq; consuleret, ad Alphonsum misit, qui deditioem polliceretur, ubi sibi Nuceria vrbi imperium relinqueret. Alphonsus quod magni existimabat urbem tam claram in Lucanis aduersarijs eripi, postulatis eius haud cunctanter annuit: illiq; urbem concessit. Agere deinde Franciscus coepit de re fraterna. Cupiebat verò Alphonsus, ne ibi diutius tempus teri cogeretur, Ioannem ad deditioem adigi, cui cū prater spem obstinacius resisteret, duabus ei conditionibus propositis, videlicet, ut vrbi imperio, & principatu retento, sese in Alphonsi fidem daret, aut vrbi possessione intra certam diem cederet: studio partium repente oppidum destituit: quod oppidanos desperatione correptos à belli consilijs iam abhorreere intelligebat. Eo digresso, porta illico Alphonso

patesacta est, praesidiumq; eius intromissum. Nuceria, atque Anglo in fidem receptis complura castella circumiecta nulla mora deditioem fecere. His tantis rebus prosperis elatus Alphosus ad Neapolim ipsam (belli caput) exercitum ducere instituit. Mouebant hac regem primum quod propè omnis iuuetus Neapolitana Renatū in Pelignos, & Marfos sequuta erat: deinde quod Renatum reditu ab urbem intercludebat: tūc quod eo tempore magnas copias nauales, ac terrestres habebat: quibus rebus in spem veniebat, sese aut vi aut deditioe ea vrbe potiri posse. Nanque eo tempore in Alphonsi castris ad quindecim millia hominum erāt, & in Neapolitano sinu triremes decem, quae & comatus castris subuehebāt: & minoribus nauigijs hostibus importari quicquam non sinebant. His igitur conuocatis, quorum consilio utebatur, sententia suam aperuit: cumq; omnes cōsiliū eius approbassent, motis inde castris, Neapolim petijt, & ad Magdatēna templum, quod in littore est situm, ad quingentos ab vrbe passus, Petrum fratrem cum parte copiarum statuit. Ipse paulò supra eum locum cum reliquo exercitu castra posuit: ita vt inter se vtraque castra paruo admodum interuallo distarent. Quod ea videlicet ratione effecit, vt si qua vis altera castra premeret, qui in alteris erāt castris subito adesse; atque opem ferre laborantibus possent. Neapolitani aduersa factionis subito & inopinato eius aduētū perculsi postquam se collegerunt, tormenta, & machinas, vbi expedire visum est, adhibuerunt: contabulatisq; mœnibus opportunis quibusq; locis vigiles disposuere. Ingens autem desperatio eorū animis obuersabatur, quod Renatus ab vrbe cum
copijs

sopjjs procul aberat, & per occasionem aduersarios aliquid intus miscere posse suspicabantur. Caterum omnia circumspectantibus, res vna maxime salutaris visa est. Quatuor ingētes Genuensium naues, quæ commeatus paulo antè vexerant, fortè nōdum è portu excesserant, in quibus sexcenti, aut eò plures erant. Harū ductoribus Neapolitani magnis præmijs persuasere, vt duabus veteribus nauibus incensis, reliquas quoad carina paterentur sub mœnia subducerent, socijsq; naualibus in terram dimissis urbem defenderent. Castris communitis Alphonsus scalas, atque alia machinamentabellica confestim parare cœpit: quibus breui perfectis cum urbem oppugnare statuisset, vti hostes ab eius partis, quæ ad castra vergebat, defensione auerteret: & pluribus, ac diuersis locis occupatos vehementius perturbaret: ad mille homines è classe in terram, sub arcem regiam, iubet descēdere: atque inter arcem Montanam, & vrbis mœnia confidere: templaq; duo, quæ mœnibus imminebant, nequa à fronte, aut à terga vis fieret, occupare. Dū hī proficiscuntur, ceteraq; ad prælium comparantur, fortuna, quæ in humanis rebus ludere consuevit, & prosperis aduersa confundere, cūcta Alphonsi consilia vno momēto euertit. Nam dum fortè Petrus eius frater paulum à castris, speculandi gratia progressus, in littore vagaretur, è Mariæ Carmelitane templo caput tormento ictus, repentè occubuit. Cuius interitu consternato exercitu, oppugnationis consiliū omissum est. Gratosus hic apud omnes ordines erat: homo sanè ad rem militarem natus, si animi, si corporis dotes aspicias. Siquidē omnia pericula subeunda impavidus: primus in acie, postremus pralio excedebat:

animi magnitudini corporis robur respondebat: acer,
 & manu promptus, hostem semper in aciem dimicās
 vicit. Eius mortem Alphonsus etsi grauitè indoluit,
 non vt homo in castris, sed potius in studijs sapientiae ab
 adolescentia versatus, tulit. Ad primum nanque tam
 atrocis casus nuncium, obortis lachrymis, quas vis hu-
 manitatis profudit, cū paulum dolori dedisset, taber-
 naculo egressus, Magdalene templum, quo corpus ela-
 tum fuerat, petit: eiusq; pectus disloricatis tunicis exos-
 culatus, Frater, inquit, laborum, & gloria nostrae par-
 ticeps aeternū vale. Simul his dictis atque eo amplif-
 simis verbis collaudato, equestris ordinis florem eo die
 extinctum dictitans, milites tanto casu exanimatos,
 eos praesertim, qui sub fratre militauerāt, pluribus ver-
 bis consolatus est: ijsq; omnia, quae frater possidebat di-
 stribuit: hortatus nequid vnius viri interitu animos re-
 mitterent, sed tantū de finiēdo bello cogitarent.
 Deinde fratris corpus ioculo pice illito reconditum, in
 arcem maritimam, quam Ovi vocant, transportari
 iussit: exequijs in aliud tempus dilatis: quod solutis olim
 belli curis regali pompa funus faceret: quas ego postea
 exequias vidi, vniuerso regno perdomito, magnificen-
 tissimo apparatu, ac sumptu, in vrbe Neapoli persolui.
 Aliquanto post cū rursus oppugnare Neapolim para-
 ret, ea vis imbrum aliquot diebus fuit, vt nec rem ge-
 rere, nec extra tentoria prodire miles posset. Quae res
 cū in religionem, ac prodigium vulgò versa esset: ne-
 que is locus idoneus hybernis putaretur: & iam multi
 byemis impatientia domum abissent, suadentibus re-
 gulis, & copiarum ducibus, trigesimo fere, postquam
 venerat, die, soluta obsidione Capuā rediit. Vix triduū
 a destituta

à destituta obsidione intercesserat, cum quædam non exigua muri pars, qua tormentorum ictibus quassata substiterat, nulla vi adhibita, cum ingenti fragore corruit: quo tempore si affuissent Alphonso copia, fortasse is dies belli finis extirisset. Renatus receptis oppidis, quæ in Pelignis, & Marsis Alphonso ceperat, quum Neapolim obsideri acceperat, flexo in Apuliam itinere, in Beneuentanum, ut eà Neapolim peteret, venit. Quod postquam Alphonso nunciatum est, Ioannem Vintimillium cum his copijs, quæ sibi reliqua erat (nam reguli hybernandi gratia cum copijs domum redierant) ei obuiam ad Furculas Caudinas ire iussit: qui aut eum transitu prohiberet, aut si qua occasio rei bene gerenda se offerret, fortuna non deesset. Qua re cognita Renatus alio itinere in Nolanum descendit, atque ad hostes celeriter profectus, cum incautos offendisset, aliquot captis, eos intra mœnia compulit: moxq; composito agmine Neapolim petijt. Post hac Alphonso id tēpus, quo res geri cæli immanitate nō poterat, ad preparanda in æstatem necessaria, commodū ratus, Caietam sese contulit: constitutisq; omnibus, quæ bello opus esse videbatur, Capuam redijt aliquanto celerius, quod ei spes allata fuerat, Caietanum oppidum, militis cuiusdā opera, qui in presidio erat, occupari posse: pramissoq; cum copijs Ioanne Vintimillio, ipse statim subsequutus est. Vbi oppido appropinquatum est, delectos aliquot milites, noctu clam ad eam partem misit, quam miles demonstrauerat: qui scalis muro admoti inscenderent. Ipse haud procul ab oppido cum copijs sustitit. Profecti continuo, sentiente nemine, præter militem, quem dixi, mœnia transcendunt: rigilesq; immo fratros obtrus-

cant. Quod ubi rex agnouit, subito cum copijs aduolans, ipso impetu, effracta porta, in oppidum irrupit. Oppidani tanto ac tam repentino casu exanimati correptis armis cum se tueri conarentur, multitudine hostium oppressi, alij abiectis armis supplices ad victoris fidem, alij in arcem confugerunt. Post hac arx oppugnari coepta est: sed cum ea ferro expugnari non posse videretur, quod vallo ac fossa munita erat & valido praesidio firmata, ad obsidionem spectare res coepit. Quapropter Alphonsus confestim, quas potuit, e Campano, & Sueffano copias contraxit. Siquidem hyemem frigoris magnitudo exasperauerat, nec facile erat eas copias, quae in longinquis hybernis erant, per id anni tempus cogere; deinde circumuallata arce, ne nocte quidem opere intermisso, adhibitisq; tormentis, pulsare muros coepit. Oppugnabatur quotidie summa vi, magnaq; muri pars paucis diebus disiecta est. Procedente vero obsidione res frumentaria deesse obsessis coepit. Nam pleriq; oppidani, ut dixi, in arcem confugerant. Quibus incommodis victi, cum nullam sibi amplius in Renato spem sitam cernerent, quippe qui ad eam diem nullam opem ipsis tulisset, salutem pacti, deditioem fecerunt. Alphonsus oppido, atque arce praesidio firmatis, cum exercitu profectus, nulla aeris acerbitate reformidata, Pomilianum petit: idq; oppidum ac septem castella circumiecta, Renato per id tempus quiescente, quod Iacobus Caudola aberat, debellauit. Reuersusq; Capuam contractis properè maioribus copijs, mitescente iam caelo, ne quid hostile in agro Campano à tergo relinqueret, ad pontem Coruum proficisci constituit. Cumq; iter ingressus, iam ad diui Germani oppidum perue-

peruenisset, Renato Cauianensium quorundam nuncijs persuasus, missis eò confestim equitibus quingentis ex Neapolitana iuuentute, oppidum præter arcem cœpit. Quod simulac ad Alphonsum perlatum est, mutato consilio reuerti statuit, præmissaq; suorum manu, ipse maximis itineribus subsequutus est: cumq; iam primum agmen ad amnem Clanium nō plus tria milia passuum à Cauiano peruenisset: territi hostes, deser. o oppido, quod se tueri posse diffidebant, abiire: quo recepto, & munito, Alphonsus, simulato ad pontē Coruuum reditu, iter ad mare flexit, & sub rupem montis Draconis (ita incolæ vocant id oppidum) relicto exercitu, ipse cum paucis Caietam, breui rediturus, petijt. Interim sacerdos quidam Puteolanus magnis premijs à Renato persuasus, simulato exilio ad hostes venit. Isq; postquam dierum aliquot consuetudine sibi satis fidē haberi intellexit, ad arcem maritimam profectus cū Iacobo, quem cacatum appellabant, eodem Puteolano, arcis præfecti genero, agere de proditione arcis cœpit: pretio maximo proposito, si rem ipsam exequeretur. Ille continuo simulare sese eius sermonem libenter accipere: atque in id ipsum operam pollicitus, de modo tradende arcis consideraturum se inquit. Cū hac spe regressus sacerdos, Renato, quid egerit remotis arbitris refert. At Iacobus eo digresso statim, vt fidē hominē decuit, Petro arcis præfecto socero suo rem pandit: & quidnā à se super ea re agi velit percōtat. Ille re prius communicata cum Arnaldo arcis regia præfecto, hortatur, vti quā maxime possit, simulet rem sibi cordē esse: simul quidnam à se agi velit, edocet. Ille cognita faceri voluntate, reuerso ad se postero die sacerdoti,

operam ac studium suum impensius pollicetur. Atque
vt ei fidem haberet, petit, vti duos nobiles Gallos rei or-
dienda gratia ad Petrum suum socerum per redimen-
dorum captiuorum speciem Renatus mittat, quibus cū
captata occasione posthac colloqui de ea re possit: sic
rem tutius multo, & tectius agi posse. Quae cum sacer-
dos Renato retulisset, duobus Gallis id negocij datum,
ijsq; ad arcem accepta fide profecti, cum Petro, vt illis
mandatum fuerat, de redimendis captiuis agere cœ-
perunt. Seorsum verò opportunitate data, cum Iacobo
de arcis proditiōe colloquuti sunt: ingentibus eū pro-
missis, si rem ad exitum perduceret, onerantes: reuer-
siq; ad Renatum, quid cum eo egerint referunt. Quod
vbi accepit, letus eosdem postridie ad arcem reuerti
imperat, vt qua nocte, quoq; tempore ad arcem suos
proficisci velit, constituent: venturum & ipsum, quo
facilius res agatur. Profecti rursus Galli, postquā cum
Petro de captiuorum precio denuò loquuti sunt: data
ijs de industria colloquendi occasione, de tempore, atq;
ordine occupanda arcis constituerunt. Quibus compo-
sitis ad Renatum regressi, quae egissent, docuere. His co-
gnitis Petrus Arnoldi consilio atque hortatu per fidum
nuncium Alphonso rem significat, vt cum exercitu, se
ita ei videretur, propius accederet. Caterū Alphonsus
quod desperabat, propter via longinquitatem, se in
tempore adesse posse: vti, quemadmodum ijs videretur,
agerent, permisit: dummodo cauerent, ne quid per do-
lum detrimenti caperetur. Quod postquam ijs renun-
ciatum est, rem exequi liberius parant: quoq; mino-
ri discrimine res effici posset, Arnaldus ante constitu-
tam diem ad quadraginta lectos ex omni presidio arcis

Regia

Regia viros per biremem ad Petrū misit: qui per diem inspectantibus hostibus, in longius abeūtium speciem, in mare prouecti, noctu ad arcem reuersi, biremi sub fornice abdita, arcem intrauere. Postero die Renatus ad constitutam noctu horā cum suorum plerisque sub arcem venit: eosq; Gallos per quos de proditione arcis egerat, tribus additis, qui primi omnium ingrederentur, cum duobus tubicinibus pramittit. cōuenerat autem cum Iacobo, uti tibicines duo cum Gallis quinque primò introducerentur: ijq; postquam vidissent arcem in Gallorum potestate esse, tuba canerent. Iacobus in statione sua paratus adstabat, Petro socero cum omni praesidio interius abdito, ad quem profecti Galli per portulam admissi sunt. Caterum singuli, ut primum in arcem euadebant, à praesidiarijs militibus comprehensi in vincula conijciebantur. Sequuti tibicines, ijsq; correpti tuba signum dare coacti sunt. Quod ubi auditum est, confestim reliqua multitudo ratā arcem à suis occupatam, quum temerè ad muros cucurrisset, lapidibus, & omni missilium genere, compluribus grauiter vulneratis repulsa est. Saluti pleriq; fuit, quod ad primum lapidum deiectum arcis muros quàmproximè subierunt: qui primo iactu declinato sese mox ad suos illasi recepere. Quae ubi Renatus animaduertit, cognito dolo, cū suis in urbem redijt. Paucis diebus interiectis, ut saepe contingit, ex leui causa ingens detrimentum acceptum est. Nam dum Nicolaus Fregosus, quem Genuenses cum onerarijs quatuor Renato peterati miserant, ut frumētum Neapolim veheret, sortè accidit in portu esset, mox Brutios petiturus, quidam ex arce regia magni ponderis saxum in eius nauim tor-

mento aneo contorsit: quo ictu, magno cum fragore, malo, & magna puppis parte perfracta, quā saxum in cubiculum, vbi fortè pecuniam numerabat, cum ingēti terrore ac trepidatione circumstantium incidisset: ira succēssus, non abiturum se inde iuravit, priusquam quinquagies saxa in eam arcem balista coniecisset. Simul his dictis, impetrata à Renato venia balistam, qua ad adē diui Nicolai pro arce stabat, componit: saxisq; immanibus muros arcis pulsare cēpit. Elidebātur pluribus locis arcis tecta: nec minus introrsus omnia infesta erant. Plures enim, & pergraves lapides vno iactu emissi, quonam incideret incertum faciebant. Nec locus ullus, prater imos fornices, in tota arce iutus videbat. Quod cū Arnaldus arcis praefectus animaduertēter, Petrum arcis maritima praefectum oratum mittit, vti quinque illos Gallos, quos noctu arcem ingressos interceperat, ad se mittat: si fortè ijs balista obiectis hostium furor compeSCI posset: quos haud cunctanter ad se perductos cū balista ictibus opposuisset, Zāpanias Renati dux, natione Gallus, indignatus sua gētis homines tam fœdē interfici: quid agimus, Nicolae, inquit? cur nostros perditum imus? aut cur non potius cogitamus, quonāmodo hostes honestē vlciSCI possimus? Oppugnetur turris diui Vincētij: qua capta arcem regiam frumento, atque omni commeatu interclusam, breui tempore in Renati potestātē redigēmus. Cumq; id se libens facturum Nicolaus respondisset, si se sequi cum copijs vllēt: non renuit conditionem Zāpanias, eamq; rem ad Renatum detulit. Renatus ea re latus astitimatis eorum nauibus, qui eas temerē periculo exponere recusabant: ijsq; idonea cautione praestita, qua

qua necessaria ad ipsius turris oppugnationem videbatur, parari quamprimum iussit. Quare cognita Arnaldus, cuius custodia ea quoque arx demandata ab Alphonso fuerat, milites viginti florē praesidiū arcis Regiae in turrim subito traducit: ijsq; omnibus (nanque ad triginta erant) Martinum, ac Bernardum fratres praeposuit: quibus longa oratione confirmatis, magnaq; vi lapidum ac missilium importata, ceterisq; omnibus prouisis, quae à se tam exiguo temporis spacio provideri potuerunt, in arcem regiam rediit. Arx diui Vincentij vndiq; mari alluitur: ab ea parte, quae ad mare vergit, murum latissimum ad elidendos fluctus habet, à terra nullo munimento clauditur. In extrema parte, quae propior est arcis regiae turris sita erat: ab interiore parte muro cincta, paulò supra hominis magnitudinem: ceterum ipsa adeò humilis, ut eius muri fastigium maiorum nauium prora aequarent. Ad hanc oppugnandam postridie Nicolaus, & Zampantias cum nauibus, & lembis compluribus venere. Milites Zampantia duce lembis inuecti, sine certamine in extremam molis partem descenderunt: atque hostes laceffere coeperunt. Post ipsae naues contra ictus tormetorum, & machinarum munita vno agmine ad ipsam turrim contendere: è quibus vna inter turrim, & arcem regiam se iniecit: ut à multis simul partibus laceffiti hostes facilius expugnarentur. Primoq; appulsu, quae magnitudine ceteris praestabat, ad turrim adaecta prora, pinna quae aduersus maiorum nauium vim tecto adificata fuerat, lignis aridis pice circumlitis tigno, qui in prora praefertur, circumpositis, primo impetu accendit: nec extingui incendiū potuit: tanta simul ex omnibus nauibus telo-

rum, ac lapidum vis ingerebatur. Campanias verò pedites in plures acies diuiserat, ijꝫ per vices magno cum impetu, & alacritate exteriorem turris circulum subibant: pilisqꝫ, & manubalistis propugnantes summo-uebant. At qui oppugnabantur, quanquam cremata turris pinna magno erant munimento nudati, fortiter tamen resistebant: multosqꝫ audacius subeuntes vulnerabant. Ceterum vna res eos aliquanto segniores faciebat, quòd tormentis, ob inopiam pulueris, cuius vi id genus machina saxa iacit, ad vim propulsandam, uti nequibant: nec ex arce regia ob eandem causam adiuuari quicquam poterāt. Namque Arnaldus quantū ab obsidione vr̄bis superfuerat pulueris, duobus modò ictibus consumpserat. Si quidem dum Alphonsus ad Neapolim castra habuit, totum penè quicquid ad vsum tormentorum consumptum est, ex ipsa arce regia deprompserat, huiusmodi casus per id temporis secutus. itaque hoc grauior oppugnatio ijs erat. Sed quoniā tormentorum, & pulueris, quo lapis emittitur, mentionem feci, non erit ab re, de ijs rebus paucis dicere, posterorum gratia. Nam qui de re militari scripsere, de huiusmodi machinamento nihil literis mandauerunt: e: quo opinio apud omnes excrebruit, antiquos hoc tormenti genere haud vsos esse. Tormentorum alia ex ere fiunt, alia ex ferro. Sed quæ ex ere, meliora ac praestantiora habentur: conficitur autem ex duabus fistulis, quarum anterior latior, atque amplior multo est, & longitudine propè pares. constantur autem alia simul, alia separatim: sed quæ seorsum, postea compa-ctæ latiori angustæ inseruntur: ita nequid prorsus indifferens, vbi committuntur, emanet. Deinde trunco

quercus

quercus cauato (quem cippum appellant) ut altius, ac longius lapidem iaciat, tormentum includitur. Hac tormenti forma, atque vsus. Vis autem, qua tanto impetu saxum emittit, è puluere imposito proficiscitur, qui è sulphure, nitro, & saligno carbone conficitur: eiusq; instrumenti ratio ducta videtur à fulmine, quod ex humore, atque igne rebus natura contrarijs generari à Physicis putatur. Is verò puluis in angustiori fistula infusus, vecte ferreo ad id factò condensatur: quæ ubi ampliori fistula committitur, saligno cuneo obturatur. Post hæc saxum rotundum ad amplioris fistulæ latitudinem excisum in ea imponitur. Demum per foramen fabrefactum, in angustiore fistula puluis incenditur: atque ita violento igni interius colluctante, atq; exitum querente, in morem fulminis saxa cōtorquet. Nec est inuentum vllum tormenti genus, quod vehementiori impetu, aut longius lapides iaciat: hoc solidissima mœnia, hoc amplas turres solo æquat, hoc ad duo millia passuum aut eo amplius saxa projicit. Sed omnia iactu vicit vnum illud Alphonsi, quod Generale appellabant. Nam ab insula, quæ est contra Massiliam sita, in ipsam urbem ingentia saxa iaciebat. Est item aliud huius generis tormentum, quod vulgò Colubrinam (quia tenue sit, & oblongulum) appellant, longè perniciosius superiore, quod eius telum emissum oculis hominum non pateat. Prius enim hominem extinguit, quàm quem feriat, scire possis. Eius fistula persimiles sunt, aliæ minores. Inseritur tormentum asseri pedum trium, eoq; tanquam manubalista milites in prælijs vtuntur. Nullam armaturæ genus huic potest resistere: si quidem armatum equitem, quamuis graui armatu-

va, traicit: execrabile profectò tormenti genus. Eius
 tela è plumbo conflantur, nucis auellana crassitudine.
 Sunt etiam huiusmodi tormenta, quæ vno iactu quin-
 que, & quæ plures lapides iaciant. Sed de tormētis hæc
 satis: nunc ad propositum redeo. Oppugnabatur turris
 vndique cominus, atque eminus simul è nauibus, simul
 è solo insula: nec præ sagittarū multitudine quisquam
 extra munimenta prodire, aut apparere poterat: quin
 continuò in eā corporis parte, quam nudasset, vulnus
 acciperet. Nec tamen quisquam (tanta inerat animis
 virtus) locum, in quo constiterat, deserebat: murumq;
 subeuntes lapidibus, & pilis summoueabant, complu-
 resq; vulnerabant. Procedēte verò longius prælio, cum
 iam eorum nemo esset sine vulnere, & ob id aliquan-
 to remissiùs pugnare viderentur: hoc Campanias ma-
 iori nixo inuadi iubet: asseribusq; solidis muro appli-
 citis, sub quibus consistentes milites à superno lapidum
 iactu protecti dimicabāt magna ex parte vectibus sub-
 ruit. Quo casu territus Martinus, & qui cum eo erant,
 destituta statione se in turrin receperunt: dumq; per
 scalas ad portulā contendunt, nudatis ad vulnera cor-
 poribus plures ex ijs sauciati sunt: in quibus ipse Mar-
 tinus duobus vulneribus, altero in dextro femore, alte-
 ro in ceruice accepto. Nec tamen eorum quisquam re-
 misit arma, vno excepto, qui crure perfractò stare non
 poterat. Sed omnes continuò obligatis vulneribus, ne
 hostes turrin conscenderēt, summis viribus certabant:
 maxime verò contendebant, ne quis ad portulam suc-
 cederet. quouē spem omnem salutis in vna virtute po-
 sitam scirēt, clauēs in mare proiectæ sunt. Quæ quidem
 res pugnandi necessitudine iniecta, eos nonnihil for-
 tiores

tiores ad resistendum effecit. Hostes exteriori turris circulo potiti, atque ipso successu acriores facti tignis identidem muro turris admotis portulam incenderunt: turrimq; ingressi arma poni coegerunt. Pugnatum est ad horam circiter septimam continenter, atque acriter. Post pugnam ob virtutem victis parsum, q; in urbem perducti, & curari iussi. Ex hostibus nonnulli desiderati, plures vulnerati sunt. Post hac victores lati a lido praesidio turre firmata, ac pro tempore refecta abierunt. Haud multo post captiuus quidam homo infima sortis ex arce regia per funem elapsus, atque ad Renatum profectus, docuit, per paucorum dierum frumentum in arce superesse: seq; id certò scire à quibusdam de praesidio socijs, inter quos de ea re sermonem conferri audisset, breuiq; praesidium, si arx obsideretur, fame ad deditionem compelli posse. Eius oratione motus Renatus, cum in expugnatione turris diui Vincentij cognouisset, tormentis aneis puluerem in arce defecisse, ipsam arcem obsidere quamprimum statuit, priusquam Tarentinus regulus, cateriq;, qui ad Alphonsum proficisci ferebantur, aduentarent. Militibus & naualibus socijs conuocatis, magna ex Aversa, & aliunde accita manu, extra lapidis iactum ad arcem castra posuit: eaq;, occupatis Petri Apostoli, ac Mariae coronate adibus, qua arcem claudebant, ne aut impetus à tergo, si eò Alphonsum accederet, aut ab obsessis eruptio fieri posset, duplici fossa, ac vallo communiuit. A mari autem onerarias quinque, ac triremem vnā maiorem, equo interuallo distinctas, inter arcem diui Vincentij, ac molem urbis in anchoris statuit tormentis, atque omni genere telorum instructas. Ac nequa omnino vl-

lius generis navis cum frumento, aut milite per portus
 fauces, qua sunt inter turrim diui Vincentij, ac molem
 alteram, quam Prouincialium vocant, penetrare ad
 arcem posset, repletos saxis lembos, quibus omnis sepi-
 retur ingressus, in imo fundo destituit: hoc maximè
 modo arx regia omni tormentorum genere terra, ma-
 riq; obsideri cæpta, nullo spacio obseſis ad quietem da-
 to. Arnaldus arcis præfectus, Alphonso quamprimum
 ea de re certiore facto, dispositis per muros militibus, in
 omnia intentus erat, ne quid hostes aut vi, aut dolo in
 arcem molirentur. Alphonsus ubi agnouit diui Vincen-
 tij turre amissa, arcem regiam obsideri cæptam, copias
 undique confestim accersit: nec quicquam magis ad-
 uentum eius retardauit, quàm Ioannisantonij Vrsini
 cunctatio, quem cum equitatu expectabat. Quo ad se
 profecto, in castra vetera peruenit, eo consilio vt cir-
 cumfessæ iam arcis quamprimùm auxiliaretur. Sed cùm
 inde moturus esset, fortuna aliam moræ causam inie-
 cit. Nanque Marcus Persecus, homo obscuro genere or-
 tus, simulato transfugio ad eum profectus, se amici cu-
 iusdam opera in eius potestatem traditurum Maria
 Carmelitanum templum, quod aditum in urbem ape-
 riebat, est pollicitus. Idq; multis propugnaculis in arcis
 modum emunitum tormentorum vi imposita, ingenti
 cura ab hostibus custodiebatur. Cumq; id tempus ex-
 pectari oportere diceret, quo lana minimè perniox es-
 set, neu templum subeuntes procul proderet, in plures
 dies de industria rem traxit: vanisq; ad extremum pro-
 missis regem elusit. Interea Renatus, qua inchoata erant,
 operibus absolutis, omnem à terra aditum obseſis clau-
 sit arcemq; circumvallauit. Simul vt mari quoque
 omnis

omnis auxilij spes ijs praeclideretur è solidis trabibus, inter se colligatis catenam effecit: quadiui Vincentij turrem, ac molem iunxit: ac post eam onerarias disposuit. At Alphonsus intellecta Persici fraude, properè inde mouit: ac monte, in quo arx montana sita est, circummunito, inter ipsam arcem, & hostium castra cum exercitu confedit. Atque ita cōtingit, ut utrique & obsiderent pariter & obsiderentur. Ceterum longè dispar utrorumque conditio erat. Namque Renati copijs tutus, ac liber in urbem accessus erat, & ex urbe absque periculo comineatus inferebantur: castraque violari munimenta interiecta prohibebant. Pugnabatur quotidie, non tamen ut in vniuersam praelij fortunam deueniretur. Sed nihil erat insensius Alphonsi castris, quam tormentorum ictus: quae eò partim ex montana arce die noctuque saxa iactabant: multosque palatos perimebant. Perstabat, tamen Alphonsus si quae perumpere hostium munitiones posset, circumspectans. Cum hic esset rerum status, hostes rati tormentum aneum, quod sub imam arcem positum erat, auelli posse: arcem repente subire coeperunt, dispositis in mole, quae illud comprehensum pertraheret. Quod cum Arnaldus animaduerneret, tantam contumeliam minimè ferendam ratus, ad centum homines manu promptos ex omni praesidio deligit: eosque per portulam occultam, quae ad eam partem spectabat, magna vi lapidum supernè prius deiecta, celeriter emittit, iisque tanto impetu in hostes inuecti sunt, ut non modò eos ab arce repulerint, verum etiam in molem transgressi, funem, quo tormentum alligatum erat, gladijs defectum in arcem reportauerint. Ad haec tres hostium naues ex ijs quinque, quas

dixi, è stationibus digressa trans molem concesserant. Quod cum Petrus arcis maritimae praefectus animad-
 uerteret, occasionem, ut sibi videbatur, opportunam
 nactus, lembum cum triginta hominibus celeriter ex
 arce emittit: qui, ut ab Alphonso iussus fuerat, arcem
 regiam peteret: usque concitato remorum pulsu, inter
 duas naues, quae reliquae erant, summa celeritate eue-
 ctus ad arcem nullo obsistente contendit: cuius auda-
 ciam admirati hostes, qui circa arcem in stationibus
 erant, correptis armis repete obuiam eunt, atque in ar-
 cem scandere conantibus obsistunt. Difficilis admodum
 erat ascensus: namque & ad portulam contendere, &
 cum hoste pugnare, vno tempore necesse erat: ij tamen
 desuper a suis adiuti, vno duntaxat excepto, sese inco-
 lumes in arcem receperunt, & is quoque, licet graui-
 ter saucius, ad multam diem magno certamine rece-
 ptus in arcem est. Quare cognita, Renatus ad constitu-
 tum locum naues confestim reuerti iussit, ac ne qui
 omnino lembus ad arcem penetraret accuratius obser-
 uare. Quae cum in ordinem redissent, iussit Alphonsus
 tormentum, quod ad mare sub castris posuerat, in eam,
 quae propinquior erat, dirigi, eiusque ictu malum effre-
 git. Quo viso tanta consternatio & stupor Renatum,
 & eos qui circumstantes cepit, ut si tum Alphonsus ca-
 stra hostium adortus esset, in maximum discrimen eos
 fuisset adducturus. Posthac Arnaldus ratus se posse ca-
 tenam, quam dixi, perfringere, praesertim cum hostes
 nihil minus quam tale aliquid metuerent, ad Alphon-
 sum misit nantem sub aquis hominem, cum literis ce-
 ra circumlitis: quibus ei consilium suum de catena se-
 ctione significabat. Quod postquam ab eo approbari
 cognouit.

cognouit, lintrem, quā ad eū vsum milites intra arcem caauerant, extemplo mittit: & in eam duobus praestrenuis viris impositis, quid eos facere velit edocet: iūq; ante catenam ferro harpagone deuinxerūt, quā ab hostibus conspecti sint. Qui cū eā sub aquis trahi procul intueretur, miraculo quidem res fuit: nec prius fraudem cognouerunt, quā funem pertēdi ad arcem vidēre. Quod ubi conspexerunt, certatim in scaphas desilientes ad excidendum vinculum cum dolabris, & securibus contēdere: partimq; retinacula cadere, partim funibus iniectis catenam retrahere ad se conabantur. Cumq; vtriq; ex arce simul & è scaphis summo certamine ad se traherent, catena ipsius soluta compage (neque enim harpagones rescindi potuerant) bona pars eius, ijs duobus incolumibus, in arcem pertracta est: nec post eum diem hostibus rescinda catena potestas aut animus fuit. Verū tamen ea res obsessos nihil leuauit: quinetiam ob eam ipsam causam omnes aditus terra maiore cura custoditi sunt. grauis erat anni ex parte obsidio. Hinc arci circūfusus hostis premebat: illinc naues mare claudebant. Tormentorū aneorū ob inopiam pulueris nullus vsus erat. Ad hac, tela, & missilia iam deerant, lapidum modō copia, ac balista: qua castra hostium infesta faciebant. Sed grauior, duriorq; his omnibus erat famis impendētis metus, sublata comaeatuum spe, quod per paucorum dierum frumentum supererat. In tantis tamen malis Arnaldus, vt forti animo obsidionem ferrent hortabatur: aliquam haud dubiē viam inuenturum regem, quae eos tāto periculo liberaret: quoq; plūs laboris & discriminis paterentur, hoc se plūs laudis, & gloria apud re-

gem adepturos esse. Rursusq; ad Alphōsum eundem hominem mittit, quem paulo antè dixi, sub aqua nautem ad illum profectum, qui eum de frumenti penuria, & ceteris incommodis doceat. Quo nuncio permotus, ut par erat, spe celeris auxiliij, & annonae facta, quo labantes suorum animos confirmaret, eundem mox remittit: sed neque aperta via, neque dolo poterat iam obsessis opem ferre. Nam neque frumenti quicquam ex arce maritima, quò frumentum ex Caieta conuehi triremibus curauerat, clam, vel propalam ad arcem summitti poterat: nec hostium munimenta castris obiecta penetrari. Itaque omnes eius cogitationes & consilia de auxilio prabendo frustra erant. Postquam ad extrema ventum est, socijs desperato auxilio saluti consulendum clamitantibus, Arnaldus eundem hominem tertio ad Alphonsum mittit, qui significet ob rei frumentariae inopiam obsidionem diutius ferri non posse. Quare cognita Alphonsus ad eum rescribit, ut quo ad fieri possit, sine eius, sociorumq; perniciē arcem tueri pergat: id cum minus possit, saluti suae, praesidiūq; prospiciat: sibi fraudi non fore, quam conditionem ab hoste acceperit. Simul quòd nec hostes in vniuersum certamen illici posse expertus fuerat, frustra ibi diutius tempus teri, inanis opera esse intuens, remenso, per quem venerat monte, ad Castrum Maris, eo videlicet consilio, ut inde Salernum peteret, abiit. Cumq; eò peruenisset, mutato repente consilio, ne quid omnino intentatum relinqueret: antequam arx in hostis potestatem deueniret, cum duabus triremibus ad arcem maritimam noctu regressus, procul à Neapoli sublati velis nauigās, experiri statuit: an posset inter hostiū naues, si forte

si fortè eius discessu aditus indiligentiùs custodiretur, commeatus quicquam in arcem inferre. Caterùm & id frustra fuit. Nànque hostes cognito trirremium aduentu ad arcem maritimam longè accuratiùs ad custodiam intendere. Itaque ibi relictis Gulielmo Moncata, ac Raimundo Buillo, præstantibus viris, ijsq; tradita potestate de arcis deditioe cum Renato agendi, ad Castrum mariæ reuersus, compositoq; agmine Salernum profectus, non longè ab oppido castra posuit. Fortè per id temporis Carolus Gallorum rex legatos Neapolim miserat componenda discordia gratia, qua inter Alphonsum & Renatum erat: is enim Renato non amicitia modò, verùm & consanguinitate iunctus, eum à regno pelli agrè ferebat. Sed Alphonfi inimicitias suscipere, præsertim cùm bello Britannico adhuc implicitus foret, non audebat. Itaque arbitrii de ea re datis his legibus conuenit. Petabat autem Renatus in annum inducias. Itaq; deditiois conditiones sic dictæ: Si Alphonfus inducias in annum petenti Renato intra certam diem dederit, arx Alphonfi esto. Sineas dare recusauerit, arcem liberam in Renati potestatem Alphonfus concedito: interim arx ipsa in Galli regis potestate esto: eiusdem arcis possessionem ipsius regis legatis præsentibus Renatus finito. Præsidium omne Alphonfus inde emittito: ipsumq; præsidium cum rebus priuatis, sine fraude abire, quò velint, Renatus permittito. His compositis Arnaldus tradita arce Gulielmo, ac Raimūdo, quos supra nominati, ipse cum omni præsidio, atque militum rebus in arcem maritimam, atq; inde ad Alphōsum abiit. Gulielmus, ac Raimūdu traditis clauibus Galli regis legatis, ijsq; potestate arcis fa-

Et, se inde ad Alphonsum contulere. A quibus de condi-
 tione dedita arcis edoctus rex, negavit se cum Renato
 inducias velle facere, praesertim annuas: satius esse ar-
 bitratus arcem amittere, quam pati, ut ille iam propè
 belli sumptibus exhaustus respiraret. Posse enim inter-
 ea novis amicitijs, & Societatibus comparatis eas vi-
 res contrahere, quibus ipse postea obsistere non posset.
 Itaque arcem liberam in Renati potestatem tradi per-
 misit. Dum hac agebantur, Alphonfus Salernum ducto
 exercitu, ipsam urbem, praeter arcem cepit: castelloq;
 è regione excitato, quoniam vi capi posse non videba-
 tur, Capatium petijt: idq; paucis diebus, prada militi
 cõcessa, expugnauit: post id Pucinum profectus, Geor-
 gjj Allemanni, cuius id oppidũ erat, uxorem, filio obside
 accepto, ad deditionem breui compulit. Eo rerum suc-
 cessu conterriti Lucania reguli omnes sese in Alphonfi
 fidem absque certamine dederũt. Nãq; eo tempore, Re-
 natus illi equitatu par non erat: magna item Brutio-
 rum pars metu perculsa vltro deditionem fecit. His re-
 bus gestis in Campania copias reducit, veritus ne qua
 noua copia è Pelignis, Marsisq; ad Renatum accede-
 rent. Cumq; accepisset in itinere Iacobum Caudolam
 cum copijs proficisci ad oppidum, quod Sanctam Aga-
 tham appellant, atque inde Ducentam (id ei castello
 est nomen) quã transiturum Iacobum audierat, con-
 tendit, ne ille prius cis Vulturnum amnem copias tra-
 duceret. Vix eò peruenerat, cum Iacobus praesto adsuit,
 castraq; è regione in aduersa ripa posuit: ijsq; in spe-
 ciem ibi diutius mäsuri exercitus communitis, secun-
 do flumine magnam suorum partem noctu ad quatuor
 millia passuum à castris misit: qui funibus ad utrãque
 ripam

ripam deligatis, asseribusq; iniectis, pontem extemplo fabricarent: ut eo traductis copiis loca ad hostium impetum reprimendum opportuna occuparent. Quare Alphonsus per speculatores cognita, equitatus partem celeriter ad eum locum citra flumen mittit: ijq; trecentos pedites, qui iam transierant nacti in fugam coniungunt: atque usque Moroiium, quod castellum ijs proximum erat, insequuntur: reliquos transgredi conantes, disiecto ponte transitu prohibuerunt. Quod ubi Iacobus agnouit, paulo post Beneuentum abiit, eo consilio, ut si posset, deceptis saltuum custodibus Neapolim traiceret. Cuius itinere comperto Alphonsus; motis properè ab Ducenta castris, in Caudinam vallem celcriter aduolat: saltumq; quæ in vallem est aditus, occupat. Quod cognito Iacobus, siue ut inde regem auerteret; siue ne nihil rei gerere videretur, ad collem quod castellum Iacobi Lagonissa erat, copias ducit: castrisq; positis oppugnare coepit: idq; non parua muri parte diruta expugnaturus videbatur: cum repente catarrhi profluvio correptus; in magno militum suorum luctu defecit. Fuit hic certè præstanti vir ingenio à literarum studijs haud abhorrens: & imprimis rei militaris peritus. Is enim sub Braccio stipendia fecerat: atq; ijs artibus natura præditus, quæ ad conciliandos militum animos valent. Siquidem facundus, & prudens existimatus: etsi constantia usus esset, inter illustres sui temporis duces numerandus. Eius decessu, soluta obsidione, Antonius eius filius, qui tum in magna apud paternos milites gratia erat, ducibus copiarum conuocatis; ut in fide permanerent, seq; ducem sequi vellent, exhortatus: cum annuissent, elato patre confestim in Pelia-

gnos abijt, veritus ne quid ij populi audita patris morte innotarent : praesertim cum sciret Alphonsus copias paratas esse. At Alphonsus Iacobi obitu graui aduersario sublato, summam in spem victoria adductus : postquam Antonium cum copijs abijisse in Pelignos agnouit, copias in hyberna, quod bruma tempus instabat, Capuam reduxit. Non multo post Acerranus quidam ad eum venit, pollicitusq; est, se quorundam popularium suorum opera, Acerras in eius potestate traditurum, si quamprimum exercitum mitteret. Sed cum neque sibi, neque ceteris idoneum tempus rei aggreddi videretur, ob dimissas iam in hyberna copias, in aliud tempus commodius rem ipsam deferri iusserat. Cumq; Caietam profectus esset, nuncijs citatissime ab Acerris venit, nunciauitq; Ioanni Vintimillio praesidij, atque vrbis praefecto, Acerranos, cum longiorem mora pati non possent, a Renato defecisse, oppidumq; in eorum potestate esse. Oportere igitur absque cunctatione, ne a Renato opprimerentur, auxilium mitti. Quod ubi accepit, misso confestim ad Alphonsum ea de re nuncio, ad fidem suam pertinere ratus Acerranos de rege optime meritos, in tanto discrimine non deserere, neque pati, vt tam opportunum ad obsidionem Neapolitanae vrbis oppidum e manu laberetur, absq; mora succurrendum censuit. Itaque inermis, vt erat, e vestigio cum admodum paucis, qui tum circa illum aderant, ceteris sequi iussis Acerras contendit: ingressusq; oppidum obsidere arcem aggreditur: in primis, ne quid auxilij ab exteriori oppidi parte hostes obsessis asferre possent, fossam, ac vallum ad teli iactum crebris turribus interiectis perducit : ibiq; copiarum partem collocat:

tormentis

tormentis deinde adhibitis arcem ipsam acrius oppugnare incipit. Renato per id temporis copia non erant, quæ subuenire obsessis possent: itaque nec subsidij, nec commeatus quicquam accipere poterant. Namq; Antonio Caudola absente, in cuius equitatu Renati spes sita erat, in Pelignos profecto, Renatus, quas copias mitteret, non habebat. Tracta verò in aliquot dies obsidione, tormētis quotidie percussa turris, magna ex parte corruerat: ingentemq; metum obsessis inscrebat. Cui tamen malo suffectis interius munimentis, ut poterāt, occurrebant. Alphonsus confectis Caieta, quas voluerat, rebus, confestim Capuam reuersus est: cognitoq; rerum Acerranarum statu, eò cum copijs reliquis sese contulit. Eius verò profectio maiorem aliquantulo desperationem obsessis attulit. Ut verò præter quotidianam oppugnationem, & muri stragem, etiam fames irgere cœpit, quum nullum ad se ad eam diem à Renato auxilium venisset; salutem pacti tertio, postquam obsidio cœpta est, mense, deditione facta, arce excesserunt. Receptis Aceris, usq; valido presidio firmatis, Alphonsus copias ad Auersum ducere statuit, quod eam urbem maximè, opportunam ad Neapolim coarctandam, propter propinquitatem, esse intelligebat. Nulla enim ferme alia vrbs in agro Campano est ad alendos exercitus aptior: siquidem ager frumenti, pabuli, atq; omnis generis frugum maximè ferax est. Eius verò vrbs potiunda duplex ei spes offerebatur. Vna, quod in ea vrbe exiguam frumenti copiam superesse ex Auerسانی quibusdam cognouerat. Idq; verisimile videbatur propter diutinum bellum. Nam propter quotidianas hostium procursiones oppidani sementem facere suo tem-

pore non potuerant: & quòd antea magna annona vis Neapolim missa eam urbem propè exhausterat. Altera spes erat, quòd nonnulli ciues à Renato abalienati, eius urbis imperium ad illum deferri cupiebāt. Eò igitur profectus, castris bifariam diuisis, vtraque sub urbem ad mille passus posuit: ad primum eius aduentum trepidari, ac tumultuari intus coeptum. Nec multo post quidam ex his, quibus praesens rerum status diuisus erat, de admittendo eius presidio agere cum factionis sua popularibus coepit. Caterum vbi dies perficienda rei aduenit, vigilum metu, qui urbis moenia per noctem illustrabant, quod instituerat, exequi nō est ausus. Et quamquam eiusmodi motus nonnihil suspicionis apud aduersarios concitauerant, tamen magna iam parte ciuitatis ad Alphonsum inclinante, id ille factum impune tulit: quod ei paratum auxilium ad portas, remq; seditionem proximam videbant. Quin & ipsi aliquāto post, cum ab Renato nullum ijs auxilium ferretur, premente inopia rei frumentaria obsidionem diutius non tulere. emissisq; de deditioe ad regem legatis, aequis conditionibus acceptis duodecimo die deditioem fecerunt. arx tamen in Renati fide perstitit. Hac verò, vt cetera urbis pars, plano, & campestri loco sita, ceterum lata & praelta fossa circumsepta difficilem habebat oppugnationem. Adhuc murorum crassitudo tormentorum ictibus haud obnoxia, praeltum interius solum, turresq; crebra ipsam arcem multò munitiorem faciebant. Præterea annona, & praesidij affatim in ea erat. Ad centum enim, & quinquaginta milites inerant: quæ praerat Xantus Matelonensis rei militaris peritus Antonio Caudola, quòd is sub patre meruerat, peramicus.

peramicus. Quibus de rebus quum obsidenda potius quam oppugnanda videretur, lenta obsidione id agere instituit: demonstratisq₃ operibus, quibus arcem obsideri, & circumuallari volebat: relictoq₃ Ioanne Vintimillio, ac Raimundo Buillo, qui ijs rebus praeessent, ipse Capuam reuersus est. Sed Ioannes modicae latitudinis fossa sub arcem perducta, mox Capuam repetens, reliquum opus Raimundo perficiendum reliquit. Qui ex templo magna agrestium manu comparata, primum lato aggere extra teli iactum extructo (vtri Alphonsus praeceperat) fossam circunducit, pedum in latitudine decem, in altitudinem duodecim: ipsumq₃ aggerem crebris turribus communit. Is vero ab utroque cornu oppidi murum contingebat: modicoq₃ spacio interiecto vallum iacit, fossamq₃ alteram perducit: pedum in latitudinem: circiter triginta, pari in altitudinem numero: ut ij, qui aggerem tuebantur, ab impetu hostium, si forte ij obsessis auxilium ferre conaretur, tuti essent. Et in ipso quoque vallo frequentes turres excitat, valido presidio in ijs imposito. Valli extrema cum aggeris cornibus in luna semiplena modum iungebantur. Media valli pars longius ab aggere, atque ab oppido recedebat: ipsumq₃ aggerem ab interiore parte militi peruium facit, ut absque militum periculo munimenta circumiri possent. atque hac ipsa munimenta paulo humiliora de industria effecit: quod tormentorum ictibus minus paterent. Intra urbem vero aduersus ipsam arcem murum edificat, quo muro arx ab urbe separabatur: eumq₃ stationibus militum complet. His rebus cognitis Renatus vehementer anxius, rursus ad Antonium Candolam ad quem prius frequentes nuncios miserat,

Auersanā arcē, amisso oppido, circūcessam esse: eamq₃ breui, nisi is celeriter cum copijs aduolet, in hostis potestatem peruenturam. Itaque Antonius, constitutis primum domi rebus, in Apuliam contendit. Cumq₃ trāsitum in Campanum agrum ob paucitatem copiarum haud satis tutum existimaret, ad Renatum scribit, satius sibi videri, dum maiores copias pararet, se in Apuliam clam hoste proficisci: quo factō alterū ē duobus euenturum: scilicet, aut Alphonsum obsidionem soluturum, ne qua in Apulia adeptus erat, amitteret: aut si in obsidione persisteret, amissa a se facile recuperari posse. Cum his literis, ac mandatis Raimundum Anichinum in equitatu primos ordines ducentem mittit: quoq₃ tutius iter faciat, iubet hunc primō ad Alphonsum proficisci: seq₃ ob eam causam mitti fingere, ut tentet, an possit sua opera inter Alphonsum, ac Renatum pax aliqua componi. Isq₃ quamprimum Antonij mandata exequi cupiens, primō ad Raimundum Buillum accepta fide profectus, inde ad Alphonsum sese contulit. Qui cum postquam egit, quæ voluit, cōfestim ad Renatum profectus, quodnam sit Antonij consilium edocet: simulq₃ uti maret, exhortatur. Cuius consilio utpote necessario comprobato (siquidem ei in adēndis periculis non deerat animus) paucis comitibus per occultos tramites ad eum in Apuliam contendit. Contractisq₃ inde maioribus copijs per Apuliam excurrēdo, & quæ resistebant oppida ad deditiōem cogendo, multos populos, ac regulos partim voluntate, partim metu ad se retraxit: atque in his agendis cōplures dies consumpti sunt. Nec ramen ob hac Auersanæ arcis obsidie ab Alphōso omittebatur: quod intelligebat, Auersa

capta,

capta, nihil in agro Campano restare, unde Neapolitani commeatus quicquam acciperent. Namque ex altera parte ab Aversa, Capua, Suessa, Caieta, ex altera ab Acerris, ac Nola, Neapolis clauditur. Postquam Renatus animadvertit Alphonsum ab obsidione Aversana arcis nullis suorum incommodis abstrahi posse, statuit, priusquam arx amitteretur, assentiente tamen haud satis Antonio, in Campaniam cum exercitu descendere: si forte posset, oppugnando ea oppida, qua sese Alphonsus dederant, arcem obsidione liberare. Nam munimenta aggredi, aut attentare propter eorum magnitudinem, ac firmitatem, nequaquam sani consilij esse videbatur. Itaque Beneventum rursus mouere cepit, uti per Caudinam vallem in Aversanum transiret. Qua re cognita Alphonsus relicto, quod satis esse videbatur, ad ipsius arcis obsidionem, ac munimentorum custodiam, presidio, ipse cum reliquis copis in Caudinam vallē celeriter profectus, eius vallis fauces qua in Beneventanum ferunt, quas Tifare pontem intola vocant, cum exercitu occupat. Quem saltum ubi Renatus ab hoste, prater opinionem, infessum reperit, in conspectu hostium castra ponit: nocteq₃ modo quieti data, postquam illuxit dies, eductis in aciem copiis transgredi contendit. Quo viso Alphonsus, producto, & ipse in aciem exercitu, propius ad fauces saltus accedit, totumq₃ equitatus robur hosti opponit. Pugnatū est diu, atq₃ acriter, his locum tueri, illis transire omni nixa cōtendentibus. Denique multis & illatis, simul & acceptis vulneribus, cum Renatus intueretur à se saltum superari non posse, irritō incepto receptui cecinit, motusq₃ inde castris, per montes transuersos, in Nolanum

descendit. Quem ut Alphonsus digressum agnouit, veritus ne breuiore itinere Auersam praecurreret, quanta maxime celeritate potuit, per ipsam vallē, qua venerat, Auersam rediit. Renatus nihilo segnius ab incœpto itinere haud absistebat. Caterum diffidente Antonio ijs viribus auxiliū obseſſis ferri posse, mutato repente cōsilio, omni prope spe seruanda vrbis abiecta, Neapolim petiit, ut diuerso itinere Capua agros infestaret, si sorte eo consilio hostes ab arcis obsidione amouere posset. Quod postquam Alphonso nūtiatum est, Auersam, quod iter intenderat, copias reduxit. Post hac Renatus Antonij fidem suspectam habere cœpit, ne cum Alphonso occulta agitaret consilia veritus. Itaque accersitum ad se, suadentibus amicis, comprehendi, & in custodiā tradi iussit. Quod quidem ad postremum rebus illius exitio fuit: periculum certē adiit, ne eo ipso die & vrbis possessione, & omni spe regni priuaretur. Castra enim sub urbem posita erant: ordinumq; principes ducis captiuitate permoti, re cognita tumultuari & minis reponſcere ducem cœpere: qui si se Alphonso iunxissent, erat is dies haud dubiē finis belli futurus. Quae cum Renatus animaduerneret, placandos potius quā exasperandos iratorum militum animos arbitratus, Antoniū incolumen ijs reddidit, pactum se cum copijs in Apuliā quamprimum abiturum. Is verò, ut primum dimissus est, acceptam contumeliam periniquo animo ferens, castris inde ad quatuor millia passuum motis, de contrahenda cum Alphonso amicitia clam agere per fidū nuncium cœpit. Locus in sylua quadam haud procul ab Acerris, colloquio vtriusq; delectus est. Quo cum esset profectus, & Alphonsus in tempore (simulata venatione) accessit.

ne) accessit. Qui regem, quiq³ Antoniam sequuti erāt, pari fermè interuallo ab utroq³ distabant. Antonius rege conspecto, cum propè stupefactus magnitudine gloria, rerumq³ ab eo gestarum paulum siluisset, letari se vehementer, inquit, fortunam ita dedisse, uti sibi liceret amicitiam eius nulla sua infamia petere, cuius virtutes eximias iam pridem admiratus esset. Renatū post multos labores, & pericula à se adita, eius regni conseruandi, atque amplificandi gratia, quorum ipse sibi grauissimus testis esset: se graui, atque intolerabili ignominia affecisset: at contra sperare se suam amicitiam illi & honestam, & fructuosam fore. Quem Alphonso amplissimis verbis collaudatum, uti in sententia permaneret, multa, ac magna pollicendo hortatus est. Iam verò Auersana arx ad ext remam rei frumentariae inopiam redacta erat. Itaque Antonius cum cuperet hoc initio contracta amicitia regem sibi beneficio deuincire, Xanthum arcis praefectum, quo amico utebatur, ad ipsius arcis deditionem per literas exhortatus est. Ille verò cum rem eò perductam videret, ob frumenti inopiam, ut obsidionem diutius ferre nullo modo posset, ut Antonio gratificaretur, haud multo post arcem Alphonso dedit: usq³ fuit obsidionis initio mensis septimus.

BARTHOLOMAEI
FACII RERVM SVO TEM-
PORE GESTARVM
LIBER VII.



ALPHONSVS recepta Auerfana arce,
tātis rerum successibus sublatus, dimissis
in hyberna copijs, vt de pecunia in stipen-
dium militi prospiceret, Caietam profe-
ctus est. Posthac Capuam reuersus ineunte Vere copijs
eò cōuenire iussu, Puteolos petere decreuit: si fortè pos-
set terrore illato oppidanos ad deditiōem compellere.
Nullum enim hostile oppidum in Campania, prater
Puteolos, & Turrim, quam Octauī vocant, relictum
erat. Itaq; vt omne subsidium rei frumentaria, & cō-
meatum hosti à terra eriperetur, Puteolos primū
ducere instituit, cuius quidem rei agenda commodissi-
mum tempus esse existimabat: quod hostium non erāt
per id tempus ea copia, quibus possent eius conatibus
obuiam ire. Itaque eò profectus castra oppido paululū
extra teli iactum admouet: & quoniam oppugnatio
periculosa, atque irrita propter naturalem situm vi-
debatur, deterrendo oppidanos, magis quā oppugnā-
do, tempus terebat. Est enim situm id oppidum in rupe
excelsa, atque vndique precipiti: cuius tres fermē par-
tes ambit: reliquam partem tū ipsa maris altitudo,
tū murus circumductus inexpugnabilem efficit. Vnus
modo editus, & is quidem angustus, per pontem in op-
pidum erat: nec absque classe, propter facultatem im-
portādorū mari comēatuum, obsideri poterat: qui
cum

cum Genuensium onerarijs eò importari, contemptis hostiarum triremibus, poterant. Quumq; aliquot dies moratus, oppidanos a deditionis consilijs abhorre animaduerneret, ut eos populationis metu, à pertinacia rexocaret, vites, atq; arbores, quæ circa oppidum erant, succidit: motisq; inde castris Neapolim transgressus, ad Veseuum montem, haud procul ab oppido Turri, castra ponit: mittitq; ad eum, qui id oppidum præfectus obtinebat, Thomam Carassam, in id operam suam pollicentem, propter necessitudinem, quæ ei cum præfecto erat: quem cum ad deditionem inducere non posset, Alphonsus vastato iam agro circumiecto, inde abiit. neq; enim tormenta, quibus muros quateret, aduexerat. Deinde cum accepisset Antonium Caudolam, haud synœra fide secum agere, per vallem, quam Vitulanam vocant, in Relignos proficisci statuit. Quum autem proficiscens in febrim incidisset ad oppidum, quod Sanctam Agatham appellant, valetudinis curanda causa substitit, ibiq; aliquot dies commoratus est. Caterum ubi conualuit, mutato consilio Capuam reuersus est. Nanque hyemis magnitudo cælum exasperauerat, obrutis niue collibus, per quos illi iter faciendum erat. Inter hæc spe sibi allata Carpenonum oppidum occupari posse, Franciscum Pandonium, ac Palermum Centurionem præmittit, qui scalis aditum noctu in oppidum prætentet, ipse prima luce cum copijs reliquis subsequutus, Vulturnum amnem longe supra Capuam, quæ breuius iter faceret, vado traiecit. Quumq; in aduersa ripa staret quoad omnes copię flumen traiecissent, quidam ex equitibus Rodulphi Perusini copiarum ducis, ab impetu fluminis rapto equo, cum ob vestitum aquis grauatum, ex equo

ex quo lapsus, in conspectu eius periclitaretur, indigna hominis morte permotus suos primum hortatus est, ut morienti opem ferrent, cumq; eiusdem periculi metu nemo accurreret, crudeles, & timidos appellans, continuo subditis equo calcaribus flumen ingreditur. Quod cum ij, qui aderant equites, intuerentur, nonnulli ob verecundiam sequuti semianimum ex amni sustulerunt. Isq; ad igne subito delatus, ac reiectus, pedibusq; suspensus, ut quam ebiberat aquam reieceret, ut primum se collegit, Aragoniam clamitans, primam vocem emisit. usq; postea a rege perliberaliter est habitus. Profectus ad Carpenoni muros Palermus cum sua cohorte noctu non sentientibus oppidanis ingressus, oppido praeter arcem est potitus. Sed mox cum audisset Antonium adesse, perterritus (nec dum enim apparebant regis copia) siue metu, siue avaritia, ne qua diripuerat amitteret, oppidum repente deseruit. Quod ubi Alphonso iam appropinquanti nunciatum est, diuisis in finitima oppida hybernandi gratia copijs, ipse Venasrum se contulit. Indignatusq; Capernonum sibi e manu esse ereptum, Palermum ad oppidum, quod sanctum Germanum nuncupant, arcis Ianula praefecto in custodiam misit: quasi annuentibus satis, ut is in eam arcem custodiendus mitteretur, quam esset aliquando sua virtute seruaturus. Per id ferme temporis Garrias Cabanellus, Hispanus eques: vir praeter rei militaris scientiam, moderatione insignis, quem ad motem Fuscum cum parte equitatus Alphonsus reliquerat, nequid commeatus ex Beneuentano agro ad hostes deferri posset, consilio atq; opera Petri Squacquari Beneuentana arce per hunc modum potitus est. Erat eius arcis praefectus Petri, quem dixi, vitricus.

vitricus. isq₃ quod hunc sibi fidelem matris causa futurum arbitrabatur, clam per internūcium agere de arce ipsa regi tradenda cōpit. idq₃ illi magnis pramijs persuasit. Re igitur, dieq₃ constituta in tempore ad arcem affuere, qui à Gartia mittebantur: ijq₃ per summum silentium à Petro per scalas admissi sunt: oppressisq₃ mox vitrico, & custodibus ceteris, arcem occupare. Quod ubi Gartias, qui haud procul in insidijs aberat, agnouit, repente cum omnibus copijs profectus sub arcem constitit, mox in urbem, nisi deditio fieret, per arcem ipsam irrupturus. Quo casu oppidani consternati, cum nullam iam in armis spem reponerent, absq₃ certamine deditioem fecerunt, praesidiumq₃ intromiserunt. Alphonsus rei feliciter conficienda spe haud mediocriter aucta, cum copijs Beneuentum contendit: finitimisq₃ castellis, oppidisq₃ compluribus debellatis, cum nulla etiam sua volūtate in deditioem venissent, reliquam hyemem in ijs locis egit. Ea nanque vrbs & peropportuna visa est ad belli sedem, siquidem triginta modo millibus à Neapoli distans agro Campano: & Picentibus imminet, in colle sita, circumquaq₃ despectū habet. Ad hac flumina duo proxima, ut nulla prope hostium vi oppidani ab aquatione prohiberi possint. His rebus cognitis Antonius Caudola res secundas Alphonsi pertimescens, quem sibi ob suspectam fidem infensum sciebat, misit ad eum, qui de reconciliatioe ageret, filiumq₃ in id fidei pignus, atque obsidem offerret. Alphonsus simul ut ea sese cura liberaret, simul ut suam clementiam, humanitatemq₃ testaretur, petēti erroris veniam dedit, eoque rursus in gratiam recepto, filium ad se missum Ferdinando filio comitem, atq₃ as-

sectatorem datū, in aquo propè honore haberi voluit: constitueratq; adolescenti maiorem natu filiam vxorem dare, si is in proposito, & fide permāsisset. Post hæc Alphonsus Capuam regressus, ad Calatiam nullo iam obsistente, exercitum ducit. Cumq; oppidanos aliquot dies obsessos ad deditionem cogere nō posset, Antonium Panormitam, accepta fide, ad eos misit, qui ijs persuaderet, vti deditionem facerent: suamq; potius clementiam, quam vim experirentur. Sed cum illi nihilominus in proposito permanerent, vi agendum ratus, tormento ingenti aneo, per aduersum rōtem summo labore subuecto, eos ad deditionem compulit: vrbeq; præsidio firmata Beneuentum redijt: atq; ad Padulam castellum nō longè à Beneuento situm, castris positis, paruo negotio id ad deditionē compulit: inde ad Apicium ducit, terroreq; finitimis latè iniecto, complura castella circumiecta, ad deditionem adacta, in fidem recepit. His rebus gestis Vrsariam iter intendit (qui locus est in Apulia) eo cōsilio, vt ijs copijs, quas ab Antonio Caudo-la expectabat, præsidio esset: veritus ne Frācisus Sfortia, qui equitatu multum poterat, sese obijceret, quominus ad se proficiscerētur. Nanque Franciscus Renato amicus, Arianum, Troiam, Manfredoniam, Nuce-tiam, atque alia nonnulla oppida in Apulia tenebat: qua pater partim armis occupauerat, partim a Ioanna regina acceperat. Is tum in Piceno agens, quā prouinciā armis occupauerat, ad Victorem Rangorum, præstantem equitem, quem summa rerū suarum in Apulia preposuerat, partem copiarum, in quibus Cesare Martinengum, virum fortem illum magis quā fortunatum, miserat: qui & oppida sua tuerentur, & Re-

natum

natum, quoad tuto possent, adiuuarent. Castris ad Vrsariam positis, Paulus Sargrus vnus è copiarum ducibus Antonij, vir rei militaris peritissimus cum quingentis equitibus ab Antonio missis ad Alphonsum venit. Aberat autem oppidū Troia ab Vrsaria baud plus quatuor millibus passuum: eò Francisci copia conuenerat: deinde Alphonsus magnam equitum manum sub Troiam mittit, qui hostes ad pugnam prouocent, quantaq; sint eorum copia, cognoscant. Quod hostes procul conficati, correptis armis, magno numero obuiam eunt. Natura loci hæc erat: cliuus est in altitudinem passuum circiter quingentorum, ceterum leni ascensu: ante hunc vasta camporum planicies iacet, paruis quibusdā tumulis interiectis, vberissimo ac præpingui solo, sed nudo eodem atque arboribus infrequenti. In eius, quem dixi, cliui fastigio sita est Troia, circaq; eam rursum se pādit vasta altera camporum facies. Ipsa vrbs fossa est & mœnibus munita. Ad eius, quem dixi, cliui radicem profecti hostes, Alphonsi equitatum adorti sunt: pugnaq; insignis pro numero equitum edita. neutris aliquandū pedem refecerētibus, ad postremum cū diutius resistere non possent, in fugam coniecti sese in urbem recipere. Quo facto Alphonsus satis cognito, ut sibi videbatur, quantum viribus hostis & virute posset, receptui eam iussit. Post hæc pugnam quadriduo cessatum, hostibus sese intra muros continentibus. Deinde cum pleriq; de Alphonsi equitatu Troiam versus contenderent, ut vrbs situm specularentur, Caesar confestim eductis copiis, primum sub vrbe in cliuo constitit. Quod ubi Alphonsus cognouit, reuocatis properè, qui frumentati m ierāt, omnem exercitum in acies nouem

diuidit : peditatuq³ in medium collocato , lauo cornu Ioannem vintimillium præsicit: ipse dextrum regebat. Principid antecursores , ac leuis armatura homines, qui ad certamen hostes illicerent , pramittit. Erat Victoris , quem supra memorauimus, consilium non decertare omnibus copijs: sed vt in cliuo stantes nō paterentur hostem ad urbem succedere. Caterum Catus, vnus è ductoribus, & alij quidam dimicandi cūdi, cōsiliū immutari cōeēgerunt. Hi enim simul regios propius accedere conspexere, ad angustias quasdam cliuo propinquas illico progressi sunt , vt hos ascensu prohiberent. quibus repulsi instante. atque adhortante rege cliuum transcenderunt. Nonnulli hostium effuso cursu in medias regionum acies inuecti, redeundi facultate adempta, intercepti sunt. Cumq³ Caesar hostes circumueniri posse arbitraretur quod eorū cornua angustiora erant: equitatum , quem in lauo cornu statuerat, dextrū Alphonsi cornu, quod eam partem infirmiore existimabat, circumire, & à latere ferire iubet: ipse dextrum cornu inuadit , & iam ab ea parte, variante fortuna, regios premere atque vrgere cōeperat. Quod postquam Alphonsus animaduertit, cōfestim aduersus cliuū cum dextra ala, & peditatus robore contendit , eo videlicet cōsilio , vt hostes ab vrbe excluderet: quo factō, & praelium, quod iam ab ea parte profligari cōeperat, restitutum est: & hostes, vt Alphonsus cogitauerat, veriti ne reditu intercluderentur, sensim cedendo, terga vertunt. Fugientes consecrati regij, plerisq³ captis, sub vrbis mœnia precipites egere. Hic Franciscus Senerinus vir acer, veritus ne vnā cum ciuib³, qui armati auxilio suis in pugnam exierant , hostes in urbem irrumperent,

perent, cum sua cohorte tandiu hostium impetum sustinuit, dum oppidani sese in oppidum reciperet. Quos ubi urbem ingressos vidit, calcaribus equo subditis, non modica latitudinis fossa strenuo saltu transmissa, in oppidum se recepit. Insequenti hostes Alphonso quidam de equitatu hostium infesto telo sub urbem occurrit; quarentiq; quisnam esset, nam paludamento insigni prater ceteros utebatur: quum regem se esse respondisset, perspecta regis fiducia adeo conterritus est, ut telo, quo eum petiturus venerat, abiecto, sese ad eius pedes proiecerit, atque ei ultro dederit. Multi hostium, quod (clausis portis) non recipiebantur metu instantium tergo regionum, non prius finem fugiendi fecere, quam Nuceria perueniunt. Sunt etiam, qui miraculi loco referant, strenuum quendam equitem (nomen obscurum est) quum hostem in oppidum fugientem insequeretur, per patentem urbis portam concitato equo inuectum, per auersam portam stupentibus cunctis incolumen euasisse. Ad duas horas accerrime decertatum est. Post hac Alphonsus signo receptui dato, Vrsariam in castra copias reduxit: exinde Vicarum mouit. octo millia passuum is locus abest a Troia: primoq; impetu, vallo eruto, fossam transgressi milites, alij muros missilibus oppugnare, alij scalas applicare aggressi. Oppidani quamquam repentino Regis aduentu perculsi, nihilo tamen segnius armati, subito in muris apparere, ac transilire conantes lapidibus repellebant. Cum autem regis acriter instarent, nec a muro repelli possent, complura apud aluearia, qua forte paulo ante ex agris, metu hostium intra castellum conegerant, in muros arrepta, in hostes deuoluerunt. Quorum fragore irritata apes cum

circumuolarent, non solum os, atque oculos oppugnatorium incessabant, verum etiam sese armis, & interioribus tunicis inferentes, hos maiore quadam molestia, & malo afficiebant. Perturbatis rei nouitate, qui ab ea parte rem gerebant militibus, eorumque plerisque retro cederibus, Ludouicus Podius (quem vulgo Puteum appellabant) maiore, quam pro corporis statura, animo, ac viribus, vnus e regijs purpuratis, quamuis supernè omni missilium genere peteretur, fortiter tamen substitit, nec quem ceperat locum deseruit, donec maiore hostium concursu in eam partem facto, in fossam reiectus est. Nec ob id tamen pralio abstinit: sed rursus, ac saepius eundem locum, vnde deiectus fuerat, occupauit. Erat verò is locus adeò procliuius, vt in eo vestigium haud satis firmari, sistique posset. Itaque ab ijs, qui circumstabant, hastis sese subrigi, ac sustentari iussit. Atque ita eorum adminiculo suffultus, nunc hasta, nunc gladio propugnatores petebat. Caterùm dum pertinaciter pugnat, vulnus sub dextrum oculum, mucrone ictus, accepit. Ac nec sic quoque saucius pugnare desit. Interim haud procul inde vectibus subrutus murus, cum expectatione omnium celerius cecidisset, nonnullos qui audius subierant, oppressit. Tum per muri stragem irruptione facta, cum tamen & ruinis innixi oppidani fortiter resisterent, castellum captum, praedaque militi permissa, foeminarum decus, regio iussu, pro sua consuetudine seruatum: dato negotio quibusdam senioribus, uti eas in sacra adem compulsas ab iniuria militum defenderet. Vicarensium calamitate cognita, aliquot castella finitima, metu perculsa, sua sponte legatos de deditioe ad Alphonsum misere: eaque ab eo per beaigne in fidem recepta.

cepta. Per idem ferè tempus Raimundus Caudola Antonij patruus, qui & ipse post reconciliatum Alphonso Antonium, Renati partes deseruerat, ad Alphonsum cum parte equitatus veniebat, & cum eo Iosias ac Riccius: quos cum Franciscus Sfortia copias cogere audisset, Ioannem fratrem cum magno equitum numero e Piceno, qui hos distineret, & si qua occasio rei bene gerenda se offerret, adoriretur, ijs obuiam misit: eosq; sub urbem Thetim incautos nactus, leui certamine fudit, ac fugauit, capto Raimundo, atque alijs compluribus equitibus. Iosias ac Riccius inter tumultum elapsi, sibi salutem fuga quaesierunt. Antonius Raimundi captiuitate comperta, cōfestim animo immutari cœpit: siue quodd Ioannē Sfortiam, qui in propinquo cum copijs aderat, timeret: siue alia ratio subesset. Ac ne quid noua consilia agitantem retineret, causatus quod mater agra filij desiderio conficeretur, ab Alphonso petere contendit, vti filium per aliquot dies reuerti ad suos pateretur. Alphonsus, etsi intelligebat quo animo filiū posceret, tamē cogitans Antonij magis inter esse, quam sua amicitiam suam sequi, eius postulatis handquaquā refragari statuit: moxq; adulescentulum ad illum remitti permisit. Cumq; in Pelignos proficisci decreuisset, vt labantes populorum animos Ioannis Sfortia aduentu confirmaret: postquā suam profectionem grauent, ac suspectam Antonio fore cognouit, ne quid ei occasionis ad rebellandum daret, conuerso itinere in Cāpaniam redijt. Deinde certior factus Eugenij pontificis aduersus Franciscum Aquinianū ad Strangulagal-lū (id ei oppido nomen est) copias profectas esse, Renato per id tempus quiescēte ob copiarum paucitatem, ma-

ximis ed itineribus confestim contendit, vt hominem
 sibi amicum, cuius fidem & constantiam in omni bel-
 lo expertus fuerat, periculo leuaret: primoq³ suo aduē-
 tu summotis hostibus obsidionem irritam fecit. Proti-
 nus ad Pontem Cornuum retrò flexit. quod cum propter
 loci naturam & praesidium absque tormētis expugna-
 re se posse diffideret, motis inde castris, castella quadam
 finitima expugnauit. Cumq³ ad castellum, quod Rupē
 Guilielmam vocant, duceret, vicos, qui circa ipsum
 castellum erant, vi cepit: ipsum verò castellum loci na-
 tura vi capi prohibebat. Est enim sitū in altissimi mō-
 tis cacumine, vndiq³ abrupto, & ab vna tantum parte
 peruio: eodemq³ aditu difficillimo. Caterum vicorum
 expugnatio, & famis impendentis metus incolas ad
 deditionem compulit. Rebus vbique prosperè gestis, Al-
 phonsus quod in ijs locis nihil aliud geri per anni tem-
 pus posse intelligebat, Capuam reuersus est. Post hac
 animo reputans omnem Campanum agrum praeter
 Puteolos, in suam potestatem fortuna benignitate re-
 ductum esse, & superos, quocunque iret, ceptis faue-
 re, de Neapoli rursus obsidenda consilium cepit: pra-
 sertim cum Renatus exiguum equitatum (vt ante di-
 xi) haberet. Atque inter apparatus rerum, Capreas
 oppidū in insula eiusdem nominis situm, oppidanorum
 quibusdam tradentibus cepit. quo capto, reliqua insula
 missis ed triremibus, quas tum habebat, absq³ certami-
 ne potitus est. Ad hanc insulam quum forte rostrata,
 qua pecunia ex Gallia Renato afferebatur, paulo post
 appulisset, facti nescia, comprehensa atque direpta est:
 omnia iam Alphonsi felicitati permittente fortuna.
 Protinusq³ Neapolim cū exercitu profectus, ad castra
 vetera

metera confedit : is enim locus uisus est castris maxime idoneus : tum propter pabuli & aquarum copiam, tum quòd in collem assurgens, facile muniri poterat. Hunc à Septentrione, atque à Meridie eminentem simplici uallo, ac fossa, ab Oriente, quòd ea pars plana, & ob id minus tuta uidebatur, duplici fossa ac uallo, crebrisq; turribus in castelli modum communiuit, magno tormentorum numero idoneis quibusq; locis imposito : his munimentis perfectis, Ferdinando filio, admodum puero, recens cum nauibus ex Hispania ad se profecto, magna iam tum, atq; praclara indole, quem omnino Corrella regedum dederat, cum parte copiarum in castris relicto, ipse Puteolos cum reliquo exercitu profectus est. Prius enim id oppidum sibi expugnandum uidebatur, ne quid omnino circa urbem Neapolim relinqueretur, quòd obsessorum spem aliquo modo aleret : castrisq; prope oppidum positis rostratas accersit, quae mari com meatu importari non sinerent : tormentisq; eòdem cònectis infestare oppidanos coepit. Hi verò naturali situ freti, quandiu ijs copia fuit rei frumentaria obsidionem tulere : nec ullis terroribus iniectis ad deditiōem compelli potuerunt. Postquam verò res frumentaria deesse coepit, subsidijq; desperatio animos subijt, iussu qui cum rege de deditiōe agerent, atq; ijs quae postulabant impetratis, cōsestim Alphonso portas aperuerūt. Inde ad oppidum Turrim motis castris, oppidanos percussos, quòd omnia ad Alphonsum deferri uidebant, ad deditiōem sine certamine coegit. Toto agro Neapoli circumiecto in potestatem redacto, Alphonsus Neapolim haud cunctanter ducit : transmissaq; montana arse, in monte opposito arci regia, ubi inerat modica pla

nities ad mille passus castra ponit: ipsumq³ collem occupat, qui maritima arci imminabat. His duobus castellis, altero in quo Ferdinandus confederat, altero sub vrbe excitatis, validoq³ praesidio firmatis, Neapolitanam urbem obsidere arctius coepit. Renatus praeter urbanas copias, quae exiguae erant, ad octingentos sagittarios habebat, quos Genuenses duce Arunte Cibonio viro forti ad eum nauibus miserant. Is est Aruns Cibonius, cuius forti fidelisq³ opera bello perfecto Alphonsus rex victor multis maximisq³ in rebus postea est usus. Nam cum per belli tempora Andegauensis factionis dux Renato regi egregiam operam nauasset, praefixa Neapolitanis iussus, ita illos prorex abstinenter & summa cum integritate iure dicendo, sibi deuinxit ut parata victoria Alphonsus illum Neapolitanorum precibus adductus & in gratiam receperit, & proregem eundem ijs praesse iusserit. His nauibus aduecta & non exigua frumenti vis, famis metum in aliquot dies sustulit. Nam Genuenses enim regno pelli, imperiumq³ ad Alphonsum deferri, egre ferebant & ob id illum enixe quoad poterant, adiuuabant. Aedificarat Renatus aduersus arcem maritimam castellum, in eius collis fastigio, in quo Alphonsus castra fecerat, idq³ adhuc in eius potestate erat: quod cum Alphonsus imprimis tollendum censeret, eo confestim copias admouit. Custodes tum leui loci munimento diffisi, tum annona inopia adacti quarto die deditiorem fecerunt. Iam enim Neapoli parua admodum copia frumenti reliqua erat. Postridie vero eius diei, quo id castellum in deditiorem venit, forte duae ingentes Genuensium onerariae frumento & caetero cominatu onusta Neapolim appulerunt. Quarum aduentu

in a f-

in aliquod tēpus recreati Neapolitani aliquāto fortius
obsidionem pertulerunt. Id verò castellum Alphonſus la-
tiori muro, ac fossa cōtinuò circumdatum, valido præ-
sidio firmavit. Leuia deinde quotidie certamina, ut po-
te ex propinquo, ex utriusque castris, vario euentu, con-
serebantur. Procedente verò indies obsidione fames
omnium malorum obsessis grauissimū (iam enim pro-
pè consumptum erat quicquid frumenti naues conue-
xerant) vrgerē Neapolitanos cœpit: ingentiq; precio
tritici modius comparabatur. Neque enim vlla pars in
eo regno relicta erat, vnde quicquam ad illos frumenti,
aut vllum genus commentum deportari posset, clauso
omni terra mariq; aditu. Hac tantum quæ ex Gallia
petebantur, & difficulter cum ingentibus Genuensium
onerarijs, & immenso præterea precio comparabatur.
Qua necessitate coacta urbana multitudo sæpe vrbe
excedebat: pluresq; discessissent, ni hos pro hostibus ha-
beri, & capi Alphonſus iussisset: quod videlicet ab illo
optimaratione est factum. Nam quo plures abire con-
tingebat, hoc diutius reliqui obsidionem tolerare pote-
rant. Fuere autem qui in publico consilio (tantum li-
centia faciebat fames) Renato suaderent ut legatos ad
Alphonsum mitteret, qui de tolerabili aliqua pace age-
rent. In hoc rerum statu decreuit Alphonſus Vicum op-
pidum petere quod in Minerva promontorio situm à
Renato tenebatur: eoq; cum rostratis profectus oppida-
nos intra paucos dies, subsidij spe abiecta, ad deditiōē
compulit. Deinde Massam progressus, id oppidum de-
dentibus se oppidanis cepit. Post hac Surrentum adiit:
quod cum ad deditiōem nullis terroribus, aut minis
compelli posset, latè populato agro, Puteolos rediit.

Haud multo post nunciatum est Alphonso, oppidū quod
 Sanctum Germanum vocant, a Ricio occupatum. Erat
 hic Ricius obscuris ortus parētibus, homo leuissimus &
 modo harum, modo illarum partium. Nam ex milite
 gregario ductor factus, magna latronum manu compa-
 rata, aliquot Romani pōtificatus oppida armis oppres-
 serat. Is quo facilius Alphonsum falleret, se ei amicum
 per id temporis simulabat. Subornatus autem a Roma-
 ne arcis praefecto, quicum affinitatem contraxerat, per
 dolum id oppidum cepit. Erant in eo oppido complures,
 qui eius regionis principatum ad Eugenium pōtificem
 trahi cupiebāt. Oppido tum praerat Arnaldus, qui ar-
 cis regiae praefectus fuerat. Hic vt primū Ricium per
 oppidum iter facere constituisse accepit, id illico ad re-
 gem scribit: simul quid se agere velit percontatur. Fe-
 cerat quidem ea affinitas, quam dixi, nonnihil suspectū
 Alphonso Ricium. Itaque primū Arnaldo mandat, vt
 illi transeunti, si absque periculo possit, manus iniiciat.
 Mox cum vulgatum esset, eum ad se ire cum copijs (sic
 enim Ricius regi scripserat) simulans velle se sub eo sti-
 pendia facere, mutato cōsilio, iubet nī Ricius noui quic-
 quam moliatur, vti eum incolumen transire patiatur:
 quod scierit eum ad se proficisci statuisse: sed quoad fie-
 ri possit, operam det, ne quid ab illo per negligentiam
 detrimenti capiatur, quibus literis acceptis Arnaldus,
 plerosq; factionis regiae seorsum alloquutus, in tempore
 secum adesse iubet. Nam peditatum, quo resisti Ricij co-
 nantibus posset, non habebat. Praefectus in oppidum Ri-
 cius cum paucis primū ne susp. cionem multitudo pa-
 reret, per patentem portam ingressus est. Tractōq; de
 industria cum porta custodibus sermone, substitit, do-
 nec qui

net qui sequebantur affuere. Quem simulatq, Arnaldus prospexit, obuiam cum paucis ad portam progressus, illum venientem in forum deducit. Tum aduersa factionis homines eius consilij conscij, ad eum frequentes conuenerunt: quorum studio cognito, ad quendam ex his coniurationis principem conuersus, & num omnia parata forent percontatus, vt parata audiuit, illico Arnaldum comprehendendi, atque in custodiam tradi iussit. Simul excursionem per oppidum facta, & aduersa factione perterrita, oppido sine certamine potitus est. Inde arcem Ianulam (sic enim appellant) oppugnandam profectus Arnaldum vinctum eodem perducit, si forte posset, fraterna mortis terrore iniecto, Martinū arcis præfectum ad deditionem adigere. Sed quum ille pertinaciter affirmaret, non passurum se vlla priuata calamitate in cuiuspiam, præterquam in regis sui potestatem peruenire: oppugnare arcem aggreditur: quacum acriter oppugnaretur, aliquot iam de præsidio vulneratis, Palermus ille centurio, quem amisso Carpenono, in hanc arcem in custodiam traditum, supra demonstrauimus, a præfecto arcis, vt solueretur & communi periculo succurrere permetteretur, requirit. Quo impetrato illico murum conscendit: hostesq, iam scalas ad mouere conantes, tanta lapidum vi obruit, vt nemo amplius arcem subire auderet: erat enim vt ingenti corpore, ita & ingentibus viribus: quo facto & suam in Alphonsum fidem testatus est, & pristina virtutis fama recuperata dignus habitus est, cui rex & veniā errati dederit, & in ampliorem ordinem euexerit. Postquam Alphonso renunciatum est, Ricium oppido potitum, omnem eius recuperandi spem in vna celeritate

positam arbitratus, nihil sibi ad festinationem reliquū fecit: citatoq; equo paucis, qui tum forte cum eo erāt, sequentibus (nam tum forte venatum ierat) ne nocte quidem intermisso itinere Theanū aduolat: ceterisq; proposito edicto, se absque mora sequi iussis, postridie manē plus sexaginta millibus confectis, ad oppidū peruenit, ea vero celeritas Ricium in primis consternauit. neque enim regem tam citò affuturū crediderat. existimabat illum, prius quàm moueret, cogendis copijs tempus consumpturum, sibiq; interea expugnanda arsis facultatem fore. Castris ante oppidum positis Alphonsus, antequàm vim experiretur, donec copiae reliquae conuenirent, ad Ricium misit: qui hortaretur ut ab incœpto absteret oppidoq; cederet: quod si faceret errori se eius parsurum. Qui cū in proposito perstaret, ut primum copijs se satis instructum putauit (namque ad illum inter pedites atque equites è diuersis locis consuebant) statuit Alphonsus oppidum totis viribus oppugnare: ne oppidum tam oportune situm, & Neapolitani regni firmissimum claustrum, in inimicorum potestatem deueniret. Cumq; naturam regionis diligentius intueretur, animaduertit montē, quem Ricius insederat, facile circumiri, ac desuper hostem opportune peti posse. Itaque Mendaciam Hispanum, impigrum virum, cum pedibus ducentis, clam hostibus, continuo ire praecepit, & si qui occurrant, è Ricij pediatu se esse simulare. Id oppidum ad montis Casinatis, quem dixi, radices situm est: idq; exiguus amnis interluit. Arx ab oppido aliquantum distat eminēti loco sita: supra arcem ad mille fermè passus, templum est, de quo diximus, opus vetustate, religione præcipuè diui

Benedicti

Benedicti corpore percelebre, castelli cuiusdam instar duplici muro circumdatum. Per cuius templi exteriorem murum (nam & is quoque ab hostibus custodiebatur) Mendocias cum socijs transitum faciens (nam alios expectabat) custodes fefellit. Ricius cognito regis de oppugnatione consilio, ex oppido prodit, ubi se haud satis tutum existimabat, dispositis per muros partim ex suis, partim ex oppidanis, qui resisteret: eosq; tumultos, qui regijs castris imminebant, insidet: quos tamen prius occupatos praesidijs firmauerat. Alphonsus interea copias instruxerat: nihilq; aliud oppugnationem discebat, quam eorum qui circummissi erant aduentus. Iamq; ab omni parte Ricius sibi satis prospexisse videbatur, cum illi extemplo supra caput, veluti procella quaedam Mendocias apparuit. Nanque ij, qui pro templo stabant, opinati hunc esse reliquum Ricij peditatum (ut diximus) atque eum cum suis ad Ricium descendere. Ricius quoque Mendociam tum esse, quem praestolabatur suspicatus, parumper substitit. Sed mox fraude cognita aduenienti Mendociae sese obiecit. Quod ut Alphonsus animaduertit, omnes suos, quos in armis (ut diximus) paratos, atque instructos habebat, partim in hostem pugnare, partim oppidum adoriri imperat. At Ricius anticipiti malo circumuentus sese confestim in fugam coniecit: viaq; per medios hostes ferro facta, amissis pluribus, destitutoq; oppido, primo in templum, mox per denios saltus in oppida, quae propinqua erant, euasit. Quo fugato Alphonsus confestim oppidum absque certamine recepit. ibiq; Arnaldi fratre cum valido praesidio relicto, ipse Capuam reuersus est. Qua in re profecto nefciae virtus ne magis, an celeritas eius laudanda sit.

Neapolis interea arctissime obsidebatur: nec frumentaria modo, verum etiam aqua reciso extra urbem aqueductu oppidani laborabāt. Quocirca ingens tristitia oppidanorum animos ceperat. Angebantur res aded immutatas esse, ut qui prius Eugenij pontificis & Iacobi Caudola auxilijs instructi sibi pares Alphonsi viribus videbātur, nunc omnibus destituti subsidijs, cum ante portas binis castris positis victorem viderēt, quem navali praelio superatum & captum, nunquam amplius id regnum petere ausurum putarent. Esse in illius ditione Siciliam, comitatus, ac cetera bello necessaria suppeditantem: esse Sardiniam, Baleares insulas, Barchinonensem atque Aragonensiam regna amplissima, unde illi pecunia, ac milites subministrari possent. Angebantur quoque vehementius frumenti ac pecuniae inopia, non arario modo, verum etiam privatorum civium facultatibus diuturno bello exhaustis. Duplex modo spes supererat: sed altera quidem minus firma. Nam Genuenses etsi libenti animo adiuvari ab illis sciebant, tamen gravari tantis, ac tā crebris sumptibus existimabant. Altera erat in Francisco Sfortia, & Antonio Caudola. Sed alterius cunctationē videbāt, alteri nō satis credebāt. Omnia tamen tentāda, priusquam ultima experirentur, vociferabantur. Quorum vocibus permotus, ut par erat, Renatus ad Genuenses & ad Antonium Caudolam, qui cum eo post receptum filium in gratiam redierat, simul & ad Franciscum Sfortiam in Picenum crebrō nuncios dimittebat, qui docerent, quas in angustias res sua redacta essent, binis circa urbem castris hostium positis, & ut cum copijs celeriter aduolarent, si se saluum vellent, hortarentur.

ha spes

hæ spes omnes vana, atque irrita euasere. Nam & inter Genuenses, cum iam decreta classis esset, pecuniaq; in stipendium imperata, de præfectura inter Ioannem Fregosum, Thoma fratrem, qui per id temporis Genuensis vrbs principatum obtinebat, & Ioannem Antonium Fliscum nobilitatis principem orta contentione classis perficeretur, impedimento fuit: & à Francisco atque Antonio, aut nulla, aut serò auxilia venire. Quum hic esset rerum status, nec speraret Alphonsus Neapolim aliter quam fame, aut proditione capi posse, aperuit ei fortuna inopinatam quandam ad victoriam viam. Nanque Anellus faber quidam camentarius, quem fames Neapoli exire compulerat, ad eum profectus, docuit urbem haud magno militum periculo (si rei præmium esset) capi posse, atque in id operam suam atque studium est pollicitus. Hunc rex collaudatum, & maioribus, quam eius fortuna caperet, promissis oneratum, de ratione rei agenda perconsatus (omnibus quibus opus erat celeriter preparatis) adducens viros fortes deligit: qui cum Anello, ac fratre nocte aqueductum ingrediantur, & in ijs Mazzeum lanuarium ac Diomedem Caraffam, & alios quosdam Neapolitanos, qui patria exules multos annos eum sequuti fuerant, quibus vrbs loca nota erant: omnesq; paratos in armis esse iubet, causamq; supprimit. Sub mediam noctem quum vocati omnes conuenissent, ducibus rem aperit: hortaturq; vt intrepido animo rem aggrediantur, quæ sit ijs ingentem vtilitatem & decus allatura. Quod vno atque eodem tempore & illi mœnia occupare, ipse cum copijs adesse possit, mandat vt cum in demonstratū locum ex aqueductu emerferint,

id sibi per eos, qui reliqui in aquaductu fuerint, significari confestim curent, rem a primis ad nouissimos perferendo. Erat autem ingressus in aquaductum per puteum alterum extra urbem ad lapidis iactū in hortu quodam positum: in quem per funem septem & viginti cubitorum dimitti oportebat: datoq; vni ex his negotio, ut cum sciret primum eos ē puteo intra tectum euasisse ad se referret, scalisq; & vectibus traditis, eos dimisit. Adiecit praterea uti quarta noctis vigilia, postquam ē puteo emerfissent, facto impetu mœnia aggredierentur: oppressisq; illico custodibus turrim vicinam occuparent. Ceteris verò uti imperata facerent, ducesq; sequerentur vebementer praecepit. Cum huius mandatis profecti leuiter armati ducibus Anello atque eius fratre, in puteum, per quem descensus perquam difficilis erat, sese tacite per funem demittunt, accensa funalia praeseferentes: quum per cecam testudinē singuli, vnus post alium progredierentur, ad foramen, per quod aqua in urbem illabebatur, absq; magno labore perueniunt. Aggressiq; murū persodere aliquanto plus in eo excidendo quam Anellus putauerat, propter eius crassitudinem posuere. Eoq; claustro perfosso, vltius progressi per canalem, qui ab aquaductu in puteum ferebatur, non absque difficultate in ipsum puteum descenderunt. Restabat secundus labor, ut scilicet ē puteo in domum euaderent. Anellus igitur & frater primi, subiicientibus humeros socijs, pedibus simul ac manibus per murum niti cœperūt: donec ad foramina quaedam per quae erat in puteum descensus, paulò supra hominis magnitudinem, peruenere: ad quae statim appulsi, ad summum euaserunt. Fortè autem pridie eius diei

Neapolita-

Neapolitani magnum lapidum acernum, propter huiusmodi suspicionem, ut in puteum inspiceret, ex opertulo deiecerant: nec postea siue obliuione siue negligentia lapides imposuerant. Quod si esset factum, irritò haud dubiè incæpto, puteū ingressos reuerti oportebat. Eo igitur opertulo facili, ac sine strepitu sublato, Anellus ac frater primi in domum exiliunt: omnibusq; exploratis ne quid insidiarum subesset, postquam neminem adesse cognouerūt, per funiculum e puteo delatas secū scalas attrahunt, quibus, qui in puteo erant, scandere cœperunt. Difficilius erat præsertim armato ascensus per nauales scalas: quæ cum ab imo vage, atque instabiles essent, nemo erat, qui subsistere auderet: ne aut homines, aut armorum casu periculum afferret. Inter hæc muliercula, cuius ea domus erat, primū graui odore quem e puteo limus exhalabat: tū lumine inspecto exanimata celeriter accurrit: ipsaq; visis, qui iam emerserant, continuò exclamat. Fueratq; haud dubiè proditura insidias, ni celeriter oppressa, vocem emittere inhibita esset: filia quoque iam adulta matrem orare vehementius cœpit, ne fortunæ aduersaretur. Ad hæc terrori immista preces, magnaq; silentij præmia mulierem inter spem, metumq; dubiam placauerunt. Iam sol exortus erat, cum vix quadraginta ex omnium numero puteum euaserant, & qui ingressum nunciare regi debu: rat, siue negligentia, siue quod is metu, erumpente luce, à destinato loco discessisset, nihil regi significauerat: qui rei euentū opperiet, paratiss cū copiis erat. Cumq; accepisset nemine suorū in maria apparere, nihilq; tumultus ex vrbe audiri, putauit omnes aut casos esse, aut n. etu exilire nō ausos: itaq; propius ad urbem

profectus ab ea parte, quæ occupanda erat, ad muros succedit. id verò consilium vt primò in discrimine ingressos adduxit, ita victoria causa ad postremum fuit. Næque eius aduentu cognito Renatus cum ea manu, quam ad subitos casus parauerat, citato equo ad muros contendit: hostesq; procul amouit. Ingens verò pavor & consternatio hos, qui iam è puteo emerferant, cœpit. Nec regredi in puteum, ne se armorũ strepitus propinquis hostibus proderet, nec propter paucitatem erumpere audebant, sed mortem taciti continuo expectabant. Alphonsus vt vidit intus à suis nihil misceri, desperatis rebus signo receptui dato castra versus proficisci cœpit. Quod postquam Renatus animaduertit, periculum omne depulsum arbitratus, relictis custodibus, & ipse in regiam redijt. Fortè quidam ad puteum vnde erat in aquaductum ingressus, profectus erat, rei ipsius nescius. Isq; re cognita ad Alphonsum nunciatum tucurrit multos è puteo prodisse, atque in domo tacitos ob metum latere. Eo nuncio accepto, celeriter conuerso equo urbem repetit: atque ad mœnia succedit, quo eorum animos acueret. Inter hec mulieris, quam dixi filius à statione sua domũ venit, pulsatisq; foribus cum nemo aperiret, insidias illico subesse suspicatus, cœpit infestius pulsare & fores perfringere. Mater & qui intus erant exanimati quid agerent, nesciebant. Alij subito patefacta ianua petendum atque interficiendũ hominem, alij ob matris ac sororis beneficium capiendum modo, nec vltius in eum seuiendum censebant. Quam sententiam quum omnes probarent, reſeratis paulum foribus, quum niterentur manus inſerere, repente vt hostes vidit, trepidus refugit: hostesq; intra urbem

urbem vociferans ad Renatum subito peruolat : quæq;
 viderit refert. At qui intus erant vt insidias palam fa-
 ctas esse perspexere, nec reditus à lateribus locum dari;
 vno agmine repente è domo prosiliunt: primoq; impe-
 tu mœnia propinqua (vno tantum vigile ibi reperto)
 turrimq; occupant. Nam ceteri custodes tanquam ed-
 die nihil discriminis restaret, in diuersa abierant. Re-
 natus eo nuncio primum, deinde tumultu excitatus (vt
 adhuc erat armatus) ad mœnia celeriter reuersus, im-
 petum in hostes facit. Quibus visis Alphonsus ad muros
 tum copijs aduolat: quoq; suis animos adderet, scalas
 admoueri imperat. Ceterum oppidani eam muri par-
 tem facile tuebantur; & ne quis per scalas in captam
 turrim euaderet grauium saxorum deiectu obsistebat:
 eosq; qui turrim occuparant, manubalistis incessebat:
 Dum pugnatur obequitās mœnia Alphonsus animad-
 uertit paulo supra eam partem, qua oppugnabatur, lo-
 cum quendam neglectum esse: nanque eius custodes de-
 serta statione ad propinquum tumultum se contule-
 rant. Itaque scalas celeriter admoueri, eumq; locum
 occupari iubet: sperans eo facto aut urbem inde capi
 posse, aut certe hostes ab oppugnatione eorum, qui tur-
 rim occupauerant, auerti. Is vero locus hoc facilius oc-
 cupari posse videbatur, quod veluti in arcum curuatus
 à Renato, & ijs qui cum eo pugnabant, conspici non po-
 terat. Iam vero ex ijs, qui turrim occupauerant, cum
 tormentis, atque omni telorum genere peteretur, par-
 tim grauius sauciati fuerant, partim ne in hostium
 potestatem venirent, sese è muro precipites dederant:
 Cumq; vnus ex ijs, Ioannis Michael Calatouillus, eques
 Valentinus, desperata salute in hostes delatus sese ali-

quandiu defendisset, à Renato confossus mortem honestam, ac gloriosam obiit : eratq; Renatus eam turrim recepturus, nisi à tergo subito, atq; improvise cum ingenti clamore, & alacritate hostes inuecti terrorem intulissent. Potissima verò causa trepidationis fuit (quod plerunque ludente fortuna in bello accidere cōsuevit) res vtrique parui momenti. Nam equus quidam fortè captus, & inessus à Petro Martino, vel (vt alijs placet) Sancio Barilio Alphonfi milite, per mœnia urbem ingressus, in hostes inuectus opinionem praeiit capta, & refracta porta proxima. Is verò equus Sarni Brancatij fuerat, praestantis equitis & Renato percari, qui dum fortè per ea loca excurrere in hostes incidisset (adempta ei ob via angustias fugiendi facultate) captus fuerat. At Renatus primum cohortatus qui aderant, in hostes fortiter inuectus, eorum impetum paululum repressit. Mox verò, vt crescente hostium numero, suos exterritos animaduertit: nec posse diutius impetum sustineri, sensim referre pedem coepit. Alphonfus interea ad Diui Ianuarij portam, quae erat aliquanto remotior, quibusdam oppidanorum, quos belli satietas ceperat, suadentibus, contendere partem suorum, & appulsis scalis eam portam effringere imperat. E quibus Lupus Simenes, Raimundus Buillus, atque Eximenus Corella, cuius potissimum opera in ea re usus Rex fuerat, superatis mœnibus primi omnium urbem ingressi, plerisque alijs vt intrarent, animos dedere. Quae vt Renatus sensit, cui potissimum parti, aut loco succurreret, incertus (omni spe defendenda urbis abiecta) in pralio omnia expertus eam victori concessit. Tum & à Fori Boarij porta, quae ad Castrum maris fert, & ab alijs

alijs diuersis muri partibus irruptio in urbē facta, omnibus stationes præ metu deserētibus: atq; ad prædant discursum: à cadibus tamen temperatum: mox verò ingresso Rege, & præda quoque finis factus. Postridio eius dici, duæ ingentes Cenuensium onerariæ, quibus comineatus deferēbatur, ignara urbis capta supra portum apparuerē: propiusq; profecta ut viderunt solitos letitiæ clamores à ciuibus non edi, illico suspicati res immutatas esse, sub arcem cōcesserunt, frumentoq; exposito, vini & comineatum causa Surrentum (quā vnā ciuitas in Renati fide permanserat) petiere, atque octavo fermē die Neapolim reuersa: quā proximē potuere sub arcem anchoras iecerunt. quæ si pridie ante captam urbem aduentassent: naualesq; socios in terram exposuissent, dubiam facere victoriam poterant. Per hunc modum Alphonsus Neapoli vrbe nobilissimā, ac vetustissimā, anno ab initio belli vno & vigesimo, poritus est. In quo nescias profecto, magis nē eius fortitudinē & constantiam, an clementiam, ceterasq; virtutes laudes: an felicitatem admirere. Namque in aggradiendis rebus impiger, nec labore vllō defatigabatur, nec periculo cedebat vlli: tantamq; animi fiduciā in his agendis præ se ferebat, ut sæpe eius milites cum pluribus, ipsi pauciores, dimicare non dubitauerint: in bello gerendo adeo constans, ut eum nec calamitas vlla accepta, nec pecuniæ inopia, nec belli diuturnitas, nec comineatum penuria, nec hyemis magnitudo ab incepto reuocauerit. In victoria adeo clemens, & moderatus, ut de ea laude possit cum quouis antiquorū principum decertare. Clemētiæ par facilitas, ac liberalitas erat: famis, sitis, frigoris, calorisq; inaudita patientiæ:

ad quam per assiduos venandi labores obduruerat, adiuncta erat. Ad hac literarum amor (is enim vnicus doctorum hominum cultor sua tempestatis fuit) & vini abstinentia accedebat, quod aqua infusum vix quicquam vini simile referret. Has tantas regias virtutes consilij magnitudo, rebus belli, ac pacis pariter perspecta aquabat. Ita porro felix, fortunatusq;, vt perraro vnquam vlla accepta clade ipse vnus omnium regum fortunam in potestate habuisse videatur. Sed hac alterius sint loci: nunc ad rem gestam redeo. ingressus urbem Alphonsus praconibus paulo post per urbem dimissis, vt populationibus modus statueretur, edixit: ac plerisque ciuibus, qui ad se supplices confugerant, bona iam a militibus occupata, cum adibus liberè restitui iussit. Nec post id temporis hostile quicquam in tota vrbe perpetrari permisit. Quippe existimauit, & prestantis regis esse victis ignoscere, & sapientis integra, quam euersa ciuitati dominari malle. Quo quidem facto vel inimicorum animos sibi maxime placauit. Vnus supererat expugnandarum arcium labor: haec autem tres erant, Capuana, Montana, & Regia: in quam se Renatus amissa vrbe receperat. haecq;, omnes tum situ, tum valido praesidio munita erant. Ceterum rei frumentaria inopia laborabant, praesertim Montana, & Capuana. Itaque eas obsidere statuit, & inprimis Capuanam vt pote infirmiore, & Regia iunctam: vixq;, quartus ab obsidione intercesserat dies, cum Ioannes Coxa, vnus ex ijs qui in regiam cum Renato confugerant, a Renato petijt, vt sibi liceret cum Ioanne Caraffa de arcis ipsius deditioe agere. Is enim Capuana arcis praefectus, in eam vxorem ac liberos habebat, nec ignorabat

bat arcem ipsam ob commeatus inopiam defendi non posse. Cui Renatus cum iam arci subueniri non posset, ut salutis suorum consuleret, permisit: atque ut paucorum quorundam dierum inducias peteret, iussit: quas cum primo Alphonsus abnueret, ne Renatus ea occasione noui quippiam in vrbe moliretur, mox mutato consilio, missis Lupo Vrreo, ac Raimundo Buillo ad Maria Coronata templum, quod Coxa conuenerat, inducias concessit. Post hac Ioannes vxore, ac liberis cum omni prasidio, atq; omnibus rebus eductis, haud cunctanter arcem dedit. Recepta arce Capuana, totaq; vrbe in potestatem redacta, Alphonsus uti omnes arma ponerent, edixit. Haud multo post Renatus cum pecuniam non haberet, unde arcem tueretur, & amissam urbem recuperare se posse diffideret, summaq; iam rerum omnium desperatio animo obuersaretur, abeundi consilium cepit: potissimum cum haud sciret, an postea nauium potestate, quibus se tuto mari committeret esset habiturus. Quum igitur ita statuisset Antonium Caluum à quo grandi pecunia adiutus fuerat, arci praefecit: Montana arcis custodia Mazario Gallo permissa. Deinde nauem ingressus est. urbem quam amiserat cum gemitu saepe respiciens, ac fortuna iniquitatem incusans, Otino Caracciolo, Georgio Allemanno, ac Ioanne Coxa tam molesti discessus comitibus. Isq; secunda tempestate vsus ad portum Pisanum, inde terrestri itinere Florentiam ad Eugenium pontificem, quo amico utebatur, profectus est. Post cuius discessum Alphonsus belli reliquias confestim persequi statuit. Itaque cum accepisset Antonium Caudola cum Ioanne Sfortia Francisci fratre copias contrahere, aduersus eum proficisci

instituit: debellatū prorsus existimans, illos vno modo praefo vicisset: retinebat enim Franciscus complura in Apulia oppida. Vrbe igitur primū praesidio firmata, atque eius custodiz reliquis Neapolitanis compluribus: quorum praecipuam erga se fidem in eo bello cognouerat: primū ad Capuam in campos prosectus, mox coactis maioribus copijs, postquā se satis firmum atque instructum existimauit: inde ad Populi Fontem mouit, ac postridie Iserniam, quae adhuc in paribus Antonij erat petijt. Cuius aduentu conterriti oppidani, admissio eius praesidio, oppugnationem non tulere. Inde Carpenonum belli caput ducit: ibiq; castra ponit. Quod vbi Antonius accepit, confestim cum copijs proficisci statuit, priusquam Ioannes Sfortia quem Franciscus frater in Picenum reuocabat, copias ab se abduceret. Namque Franciscus cognita rerum Neapolitanarum immutatione, de rebus suis sollicitus retinendum fratrem, suaq; potius defendenda, quā aliena oppugnanda censebat. Inter haec Paulus Sangrus, deserto Antonio, cum equitatus parte ad Alphonsū in castratransgressus, quanta hostium copia essent, docuit. Alphonsus eum collem ante omnia occupandum putauit, per quem Antonium iter facere oportere cognouit. Itaque confestim in eam partem transfert: trecentisq; peditibus Saxonū (quod castellum in propinquo erat) missis, cum collem, per quem ad Carpenonū iter erat, valido peditatu firmavit. Quem ut Antonius ab hostibus captum, & infessum comperit, ad Pesculantianū (ita id castellum incolae vocāt) cum copijs substitit, qui locus a Carpenono haud multum aberat. Carpenonum oppidum in colle positum, despectum vndique procliuem

rem habet : ab eo colle exiguo interuallo, alter sese attollit mons pari fermè altitudine, per quem, vt ostendi, ad oppidum iter erat. haud procul inde à dextra situs est mons alius, in quo Alphonsus castra posuerat. Postridie Antonius, vt fiduciam ostenderet, copias in aciem educit, quod vt Alphonsus animaduertit, & ipse pro castris acies instruxit, multis verò haud dimicandum censentibus, quod maiores essent hostium copia, quum Ioannes Vintimilius rogatus sententiam diceret, si absente rege, penes se vnum summa rerum esset, sese intrepide hostes aggressurum, caterum non audere se tale quidpiam regi suadere, quod in eius capitis salute tot populorum salus contineretur. Conuersus ad eum Alphonsus, per me igitur, inquit quo minus fiat tam memorabile facinus, steterit? auertant id superi à genere nostro dedecus, vt metu pugnam detrectasse videamur. Simul his dictis galeam capiti induit, aciesq; producit. Exiguus amnis inter vtraque castra excurrebat. Isq; cursus tarditate in tra conuallem pluribus locis stagnabat. Hic Antonius de industria expectabat, si fortè prior rex initium transeundi faceret, quod is locus iliquantum accliuus tras flumen erat. At Alphonsus paulum è castris cum paucis digressus, vt hostium aciem & loci situm diligentiùs specularetur : postquam cuncta cognouit, reuersus, vt vidit hostes citra flumen illici non posse, confestim tres acies trans flumen mittit: quibus Petrus, atque Alphonsus Cardona, ac Gulielmus Raimundus Moncata viri fortes præerant, hiq; celeriter amne transmissis, magno impetu in hostes inuecti, insignem pugnam ediderunt. Sed cum plures hostium acies his sese circumfudissent: nec videretur diu-

tius eorum vim sustinere posse, quarta Alphonsi iussu
 successit acies, quam Raimundus Buillus ducebat: Et
 item quinta, cuius princeps erat Lupus Vrrreus, vir præ-
 ter bellicas artes, eximys natura, ac fortuna dotibus
 præditus. Hos Alphonsus paulo infra eum locum, ubi pu-
 gnabatur, circumducere acies, atque hostium latera
 iubet inuadere: quorum interuentu, eorum qui iam
 cessuri videbantur confirmatis animis, prælium redin-
 tegratum est. Inter hæc pedites, quos ad Saxanum cō-
 stitisse dixi, impedimenta hostium aggressi prædam a-
 gebant. Quod cum Antonius animaduerneret, conse-
 cit aciem vnā is subsidio mittit. Tum Alphonsus
 cū reliquis aciebus in hostes fertur, militesq; alios ex-
 hortando, alios castigando in pugnam accendit. In eo
 quoque prælij ardore Inici Gheuara, viri acris, atque
 impigri, tum commilitones animando, tum manu cū
 hostibus fortiter rem gerendo, virtus spectata, & lau-
 data est. Pugnatum est aliquandiu aquo Marte, nec in-
 cruento, cum neutri cederent. Demū hostes terga dāt,
 quos regis consecrati (direptis impedimentis) magnam
 eorum partem, in queis Antonium inter primos limi-
 cantem ceperunt, reliqui copiarum duces (abiectis ar-
 mis) sibi salutem fuga quaesierunt. Castris capte im-
 pedimentisq; direptis, cum hostes nullum fugiendi si-
 nem facerent, Alphonsus receptui cani iussit. Post hæc
 cū clementia sua in captiuos uti statuisset, perducto
 ad se Antonio, veniamq; erroris postulanti, non modò
 ignouit, verum etiā oppida, quæ a patre accepta heredi-
 tario iure possidebat, reliquit, ceteris captiuis perhu-
 maniter habitis: nec quicquam ex Antonio suppellekti-
 le, quæ erat ingens, præter Christallinum calicem ce-
 pit.

pit. Secundum hoc praelium Alphonsus per Pelignos, ac Marfos, gentem bellicosam victricia arma circumtulit, totamq; eam regionem breui subegit. Deinde in Apuliam se conuertit, vt belli reliquias conficeret (nondum enim Apuli, qui Francisci Sfortiae dominatu tenebantur, arma posuerant) castrisq; primò ad Manfredoniam oppidum ad mare situm motis eam vrbe, præter arcem, oppidanorum quorundam opera statim recepit: in ea Victor Rangonius, quum sese aliquot menses tenuisset, desperato ad extremum auxilio, deditio-
ne facta, rebus suis consuluit, Troia interim, & ceteris oppidi Francisci receptis. Dum hæc aguntur, Renatus, quem profectum ad Eugenium dixeram, quum sese arcem regiam tueri posse diffideret (nam Montana ob frumeti inopiam, iam antè recepta per deditio-
nem fuerat) quòd ipsius regia tutela magno sumptu indigebat, nec absque Genuensium nauibus, frumeto, ac rebus necessarijs prouideri poterat, eius dedenda potestatem Ioanni Coxa permisit: ipse mari in Galliam redijt. In deditio-
nis verò conditionibus, quum esset postulatum vt Georgio Allemanno, Otino Caracciolo, Ioanni, & ceteris, qui Renatum sequuti essent, ignosceretur, in eos sese facilem & perhumanum Alphonsus exhibuit. Hoc tam graui, & tam diuturno bello confecto, omniq; demum regno pacato, Alphonsus Beneuentum concessit: ibiq; conuentum agere instituit. Quod postquam vulgatum est, Neapolitani ciues, regniq; opti-
mates honestius arbitrati, conuentum Neapoli agi, quæ vrbs esset regni totius caput, ibiq; regem honorificentius, quam vsquam alibi excipi posse, legatos ad eum misere oratum, vt i apud se mallet conuentum agi. Fuit

ea legatio Alphonso periucunda: quòd quàm grata sua victoria Neapolitanis esset, ex eo maximè iudicabat: itaque Neapolim conuentum edixit. Post hæc ex Beneuento digressus, Neapolim ad diui Antonij templū sub urbem, ad quingentos fermè passus, concessit: ibiq; moratus est, donec, quæ ad triumphi magnificentiā pertinebāt, parata essent. Quibus compositis, ad eam partem quæ Salernum fert, accessit. Neapolitani primum indignum existimantes tam celebrem tot victorijs regem portam urbis subire, quandam muri partem, quā triumphans introiret, nouo Romanorum imperatorū more, discere. Huc ductus est currus inauratus: quem vestes purpura, atque auro distincta longè illustrabāt, & in eo sella curulis aequè exornata. Currui alligati erāt quatuor eximij candoris equi, quos vnus aequè albus precedebat: ijq; omnes frenati auro, pictisq; sericis instrati. A dextra, leuaq; currus incedebant bis deni è nobilitate Neapolitana lecti viri, singula manibus hastilia gerentes: quibus illigatum velamē erat auro distinctum, quod supra currum deferebatur. Alphonusus vt regem decuit, antequam in currum tolleretur, habendam rationem hominum de se benemeritorum, quorum opera fidei, ac forti in bello vsus fuerat, arbitratus, hos pro meritis, varijs honoribus, & premijs affecit: deinde currum inscendit, regali cultu, ornatuq; decorus, ac longè cōspiciuus. Lauream coronam, triumphantium veterum more, quamuis amici suaderent, renuit. Id honoris superis tantū tribendum inquit. Circūstabat infinita hominum multitudo eius visendi studio, præsertim triumphi ex longa antiquitate repetiti spectaculo, vel ex longinquis profecta. Moneri

deinde

deinde agmē cœpit: cuius ordo huiusmodi fuit. Primi omnium sacerdotes diuinum carmen canentes, altariaq; & sacra corpora gestātes ibant. Sequebatur ē diuersis ordinibus ingens tū ciuium, tum externoū numerus. Proximi ibāt coplures partim Florentini, partim Hispani Punico habitu: hiq; varia spectacula edētes, alij moraliū, alij sacrarū virtutum, cū titulis, atq; insignibus ex quibus dignoscerentur: alij Caesaris, & aliorum quorundā, qui florere, principum personam referebant: regemq; pro dignitate alloquētes, ac laudibus in cœlum certatim extollentes, cum incredibili circumstantium voluptate: hunc pro se quisq; ad virtutum studia, ad gloria cupiditatem, ad diuina religionis cultum accendebant. Post hos aliquanto intervallo rex procedebat, tum habitus magnificentia, ac nitore admirabilis, tum rerum à se gestarum magnitudine longē admirabilior, atque illustrior. Currum pedibus sequebantur totius regni reguli & optimates. Voluit enim quos vicerat, hos triumphi sui participes efficere, nō de his, veteri Romanorū more, triumphare: nulli ante currum captiui ducti, nulla spolia prelata. Nouerat enim regna vt fortitudine comparari, siq; mansuetudine, & humanitate conseruari. Nihil verò à Neapolitanis pratermissum est ad vicorū ornatum, per quos iter facturus esset. Omnia floribus constrata: varia odorum, ac vaporum suauitate fragrant. Hoc modo letis salutantium, & congratulantium vocibus, omnes vrbanas sēsiones, curru triumphans, prateruectus est. Nanque omnis Neapolitana nobilitas, que lōgē clarior, & potentior olim fuit, in quinque illustres sēsiones, siue confessus appellare quis malit, diuisa

est. Erant enim hae sessiones, tum pulcherrimis aulaisq³, pictisq³ stragulis ornata, tum cultissimarum virginum, & nuptiarum choris ornatiores; quae pulsu pedum tibia sonum modulantes, rege conspecto hunc ut communem patrem, ut decoris, ac pudicitiae suae tutorem veneratae sunt. Demum in arcem Capuanam, die iam in vespertinam inclinante, se recepit.

BARTHOLOMAEI FACII RERVM SVO TEM- PORE GESTARVM LIBER VIII.



COMPOSITO regni statu, incotiusq³ bello fessis quiete reddita, omnes vno ore Alphonsum miris in cælum laudibus ferebant, se per eum intolerandis laboribus, periculis, miseris liberatos predicantes. Qui arua colere consueuerant sese ad agrorum culturam contulerant. mercatura, quam bellum sustulerat, aduenarum concursu atq³ commercio in usum reuocari coeperat: eratq³ earum rerum iucunda recordatio, quas graues, atque asperas perpeffi fuerant. Regum, ciuitatum, nationum legati ad eum gratulandi gratia frequentes ventitabant. Illa modò cura regi fere reliqua erat: Nāque Eugenius pontifex maximus, de quo superioribus libris mentionem fecimus, agrè ferens Renatum regno pulsum, adhuc cum eo inimicitias gerebat. Cuius opes, quamuis rex parum timeret, tamen ne contra Roma-

nam

nam ecclesiam, cuius erat maximè obseruans, bellum gerere videretur, ei reconciliari optabat. quare data occasione, non destitit, quoad dissensio, ac bellum omne sublatum est. Nanque Eugenius quum videret frustra à se suscepta arma retineri, nec iam amplius Renatum, qui postea regni spe abiecta in Galliam abierat, restitui posse, Ludouicum Cardinalem Aquileiensem appellatum, magno animo, & cōsilio virum (cui admodum fidebat, cuiq; rerum suarum summā commiserat) qui cū eo de pace ageret, legatū ad Alphōsum misit. Fuit autē hic annus à natali Christi Domini nostri quadragesimus tertius, & quadringentesimus supra millesimū. Legatus vbi Priuernū peruenit, missis, qui suam profectionem regi significarent, substitit. Quod postquā rex agnouit, Alphōsum Borgiam Episcopum Valentinum, nonnullosq; alios viros claros, quorum consilio utebatur, qui eum salutarent, continuò ad eum misit. orta verò inter eos cōtrouersia, quòd Ludouicus se pro legato à rege suscipi peteret, & Alphonsus episcopus, ac ceteri regij negarent id æquum esse, ne iam tunc rex sese Eugenij autoritati, sibi adhuc aduersarij, subiecisse videretur: continuò rex vbi id resciiuit, eam controuersiam tolli iussit, atq; vt cum legati insignibus ad se iret, permisit. Multisq; principibus viris ad quatuor millia passuum à Terracina obuiam aduentanti præmissis, ipse quoque vbi eum appropinquare accepit, ad mille passus processit, comiterq; ac benignè accepit. Interim ostendit placere sibi quæ de pace agenda essent, ea nullò interprete per se ipsos agi, nec cum suorum præterea quoquam communicari, sic ea cautiùs, meliusq; confitti posse. Cuius cōsilio approbato Legatus, id quoque sibi

placere respondit. Eoq³ ipso die ad eum; ne quid tempo-
 ris frustra laboretur, quum esset profectus, priusquam
 de pace colloqueretur, rex pro sua humanitate prius lo-
 qui orsus, ostendit sese iuris sui tūcēdi gratia; quod ali-
 ter tueri non posset, contra Eugenium bellum suscepisse,
 se, quem cum a Ioanna regina filium, ac regni succes-
 sorem institutum sciret, ac pro statu suo conseruando
 infinitos labores, ac pericula adūsse, Renato posthabuisset,
 cui & aperte fauisset, & opitulatus esset. quæ ideo
 se grauius tulisse, quod nulla sua iniuria laceſitus pō-
 tifex, ipsum adeo pertinaciter oppugnasset. neq³ enim
 meminisse se, à se quidpiam, cuius rei causa is sibi in-
 sensus esse debuerit, admissum. non personam. sed cau-
sa equitatem ab illo spectandam fuisse, qui commu-
 nis omnium aequo iure sit parēs, nec magis hunc, quàm
 illum aut amare aut odisse debeat. Multa praterea ma-
 iorum suorum exempla retulit, qui pro Ecclesie digni-
 tate, & auctoritate conseruanda multa discrimina o-
 bire non dubitassent. sui verò erga sacrosanctam Chri-
 sti ecclesiam animi Gerbiniam expeditionem, quam
 pro Christiani generis gloria suscepisset, imprimis te-
 stem esse. quapropter quæ egisset non voluntati, sed ne-
 cessitati attribui oportere. pacem se libèter & accipe-
 pere, & dare: si modò aqua postularentur, concedan-
 turq³; hanc suæ voluntatis, atque consilij summam esse.
 Postquam dicendi finem fecit, Legatus, quibus potuit
 verbis, bellum à pōtifice gestum excusauit: docens non
 odio, sed humanitate compulsus, aduersus eum bel-
 lum gessisse: neque potuisse Renati à se auxilium im-
 plorantis preces auersari. sed postquam ille regno ex-
 trusus esset, remota belli causa pontificem ad pacem
 mentem

mentem conuertisse: seq³ eius rei auctorem imprimis apud Eugenium fuisse. admiratum iampridem tum animi, tum consilij, tum rerum ab eo gestarum magnitudinem: summam præterea in bello constātiā, amicitiam illius ultro expetisse: qua quidem per pacem sibi perfrui liceat. Post hæc cum de pace aliquandiu colloquuti essent, ab eo sermone vterque spe plenus discessit. cepit autem vtrinque ex eo sermone mutua virtuti, atque prudentia ingens opinio, atque admiratio: idq³ ad suos reuersi, alter alterum magnificis, atq³ amplissimis verbis extulerunt. Postridie autem rex ad legatum profectus, quum non concederentur postulata, ita ab eo discessit, vt omnes intelligerēt, spem pacis nullam esse. & iam vterque quasi desperata pace abire se inde velle pronunciauerat. iamq³ ad discessum parabantur omnia, quum mox legatus frustra a se susceptū iter dolēs per interpretem rem componi posse arbitraretur, Alphonsum Protonotarium (ea dignitas apud pontificem haud contemnenda existimatur) cuius fidem erga se norat, peridoneum censuit, per quem inchoata, ac iam desperata pacis mētio reuocaretur. Norat quippe in eo viro haud minus prudentia, quā fidei rebus geredis inesse: & quod erat genere Hispanus, propter lingua peritiam, qua sibi obscura erat, hoc illi magis cum rege conuenturum putauit. Vocato igitur ad se Alphōso, mandat, vt i regem adeat, eumq³ facta loquendi potestate, à quibusdam postulatis, quæ minus æqua censebat, auertere conetur. Scripsi: q³ ad regem orans, ne grauaretur secum, de ijs quæ ad pacem pertinerēt, rursus agi, Alphonsi fidei quæuis magna, & arcana committi posse. Multa sæpe, quæ inter ipsos re-

rum autores effici non potuerunt, per internuncios composita, atque confecta esse. Acceptis mandatis Protonotarius è vestigio ad regē profectus, primū nequid rex miraretur, quod quū is genere Hispanus esset, aduersus eum superiore anno arma cepisset, id factū excusauit: deinde edocuit, quantum nomini, gloriaq; eius pontificis pacem, & gratiam conducere existimaret. Namque ut turpe ad famam videretur tantum regem cum pontifice bellum gerere, etiam si esset fortasse iustum; ita posita cōtentione, eius auctoritati parere, & aduersus Romanum Pontificem minimè contumacem esse, gloriosum haberi. Post hac quum rursus de pacis conditione agi cœptū esset, in alias rursus difficultates inciderunt. Atque cum nihilominus pacem effici posse, alia quadam via demonstrasset assensus rex, Alphonsum Episcopum ad legatum misit, qui rogaret, ne eo die discederet, quod pacem componi posse rursus in spem venisset. Quod cum illi placuisset, consilium manendi cepit, posteroq; die ad regem profectus, Alphonsum vnā secum sermoni, quem cum rege esset habiturus, interesse voluit. Rex itidem Franciscum Vrsinum (Romā praefectus perpetuus is erat, qui honor in Italia amplissimus habebatur) ad se vocauit: usq; multa inter se de pace colloquūtis, post longam disceptationem pax ad postremum his verbis dicta, atque conscripta est: Eugenius pontifex Alphonsum Neapolitanorum regē constituat, appelletq; de more ipsum regem, & regni iura omnia ei liberis, posterisq; libera in perpetuū tradat, quemadmodum prioribus regibus à pontificibus tradi consueuissent. Ferdinando Regis filio, cui rex post mortem regnum destinauerat, succedendi potestatem faciat:

faciat. Alphonsus cōtrà Eugenij auctoritati se subjiciat, atque opituletur ad agrum Picenum, quem Franciscus Sfortia armis occupauerat, vindicandum. Si quando pontifex aduersus Turcas, aut Afros bellum suscipiat, rex cum classe adiuuet. Sacerdotio preditos, sub concilij prætectu Basileam profectos reuocet, nec patiatur tres è suis qui Cardinales ab Amadeo Sabaudiesi creati fuerant, reuertentes, pro Cardinalibus suscipi, haberiue. Si posito eius honoris titulo venire renuant, ipse pontificis edictum cum cura in eos exequatur. Erat hic Amadeus Sabaudiensis dux sanè inter principes sui temporis existimatione, atque extra hanc immoderatam pontificatus cupiditatem, omninò clarissimus. Is enim sua industria sine armis, ac sine exercitu propè villo, paternum imperium plurimum auxerat: in tantam perro dignitatem, ac potentiam euectus, vt amplissimorum regum filias liberis desponderit, ipse filias maximis regibus collocauerit. Pontificatus titulum per sacerdotum, ac principum discordiam adeptus, Eugenij auctoritatem penitus contempsit. Quo mortuo, Nicolao qui Eugenio successit, facti pœnitēs, posito pontificio nomine, & Cardinalis recepto, paruūt pauloq; post cum laude mortem obiit. Postulabat rex præterea, vti Terracinā vrbs in confinio regni sita, firmissimum ipsius regni claustrum, itemq; Bencuentū vrbs in Saninitibus clara, ac potens, sibi posterisq; traderetur. Legato quidem ea oppida regi tradi placebat, quoad ei vita contingeret, sed in hæredes transferri inconsulto pontifice nolebat. Hac igitur re vna suspensa, quum de cæteris cōuenisset, Priuernum Legatus redijt, Alphonsus apud regem relicto, qui id ageret, curaretq;, vt quæ

de pace acta erant, publicis monumentis mandarētur. Qui cū vtriusq³ gratiam promereri cuperet, ne id vnum obstaret, quo minus pax conficeretur, aequum statuit, si rex ea oppida recepta in heredes quoque transferri vellet, vti pro ijs ipse Matricem ciuitatem, atque Accumulum, in Marcis oppida Romana ditionis faceret. Quae conditio cū regi placuisset, iubente pontifice, à Legato recepta, atque coprobata est. Postridie eius diei, quo hac effecta sunt, Nicolaus Picininus regis vocatu Terracinam venit, triremibus regijs aduectus. Hic est ille Nicolaus, de quo prioribus libris mentionē fecimus, qui Bracij praestantis copiarum ducis artibus, ac praeceptis militaribus institutum ipsum etiam Bracium rerū gestarum magnitudine, gloriaq³ postremo superauit. Cum eo de rei militaris principatu qui posset concertare, vnus ex omnibus copiarum ducibus suae tempestatis inuentus est Franciscus Ssortia, vir in armis plurimum excellēs, fecitq³ dubium vter alteri anteponeendus esset. Nam cū scientia rei militaris, atq³ autoritate pares putarentur, diuersa tamen vtriusq³ consilia in bello erant. Nicolaus vtique dimicare paratior, praelium ex occasione protinus sumere, hostem celeritate praeuenire, excursionē fatigare, leuis armatura equite magis quā pedite vti, fortes modo, atque asperos milites amare, hostium numero non terreri. Franciscus verò arte, ac solertia magis nitens, raro nisi ex destinato confligere, sedendo atque obsidendo hostē frangere, peditatum multifacere, argento, atque auro cultos milites habere, potentiorē se hostem non temerē aggredi. Denique Nicolaus in milites indubgentior, Franciscus saeuior habebatur. Erat inter eos nō

emulatio

emulatio modo ob rei militaris gloriam, cuius primas partes sibi uterque arrogabat, verum & simultas ingens ob veteres inimicitias, quæ olim inter Bracium, ac Sfortiam fuerant. Quorum alter, ut ostendimus, Frâncisco pater, alter Nicolao magister & dux fuerat. Atque idcirco non tantum ut hostes, sed ut inimici inter se bellum gerebant, nec sub vno eodemq; principe, ut militarent, adduci poterant. De quibus hoc loco hac effari libuit, quoniam ij duo omnes memoria nostræ copiarum duces virtute, ac rebus gestis, consensu omnium vicerunt. Erat autem Nicolaus philippi copiarum dux, quibus multos annos cum imperio præfuerat. Cum autem Franciscus præter agrum Picenum, pleraque Romanae ditionis oppida occupasset, per finiti stipedium speciem à Philippo dimissum, ac Romam profectum, copiis eum præfecerat. Is verò, eo tempore, ad Tuscanellum (quod oppidum Francisci præsidio tenebatur) castra habebat. Expectabat rex eius aduentum, ut vna secum de Picena expeditione, quam iam animo instituerat, consultaret. Profecto Terracinam, ingens ad eum videndi desiderio concursus fuit. Multi enim virum illum fama cognitum, ob res ab illo gestas videre cupiebant. Triduo de ratione belli adversus Franciscum gerendi, quantisq; copiis opus foret, consultatum est. Quibus constitutis, inde digressus primum ad Civitatem Veterem (quam Centuuncellas quidam olim appellatam putant) atque inde Tuscanellam, in castra rediit. Post hac Alphonsus Caietam se recepit, dimisso à se protonotario cum pacis fœderibus ob signatis, ut ea quoq; à Legato, qui apud Priuernates constiterat, confirmarentur. Qui re quamprimum absoluta, celeriter ad re-

gem reuersus, ea ritè obsignata tradidit. Per id temporis Simon Guilinus ac Gunifortis Bergomensis bonarum artium peritia clarus, legati à Philippo ad Alphōsum profecti sunt. Hiq; pro amicitia ea, qua Alphonsus ac Philippus deuincti erant, regem oratum venerè, vti Picenam expeditionem vel sua causa haud grauatè aggrediretur. Placere Philippo Franciscum, qui mutato animo alienas partes sequi videbatur, è Piceno summouere. Dederat ei vxorem Philippus Blancam filiam, qua illi vnica erat: & quanquam illa haud ex vxore suscepta, at quam vnice amaret. Postqam verò eum à se abalienatum cognouit, rursus inter eos graues inimicitiae exorta sunt. Maxima verò ab alienationis eius causa putabatur, quod Philippus Nicolaum, què vniuersis copijs praefecerat, in magno honore habebat. Vsq; adeo verò illius processit indignatio, vt non ante Nicolai mortem, quamuis rogantibus amicis, Philippo reconciliari potuerit. Rex legatis respondit, se quoad fidem suam pertinere id sciret, bellum suscepturum: & quoniam id illi quoque placere cognosceret, hoc se impensiore cura persequuturum: id modò se rogare, vti Philippus in proposito permaneret. Turpe enim postea fore inchoatam expeditionem deserere; ne id factū metu, aut minus honesta causa putaretur. Sperare se Dei Optimi maximi opè, qui sanctissimam Christi religionem impunè violari non sinat, Romani pontificatus opes restitutum iri. Ad ea legatis hanc esse immutabilem Philippi sententiam: pergeret modò, & copias in Picenum mitteret. Quibus compositis Arnaldum Vrgelensem Episcopum, excellentem virū, Franciscum Vrsinum, Berengarium Harilium legatos ad ponti-

pontificem misit: qui ei de pace congratulātes, seq̃ eius auctoritati sunmittentes suo nomine officium praestarent: ijq̃ benignè à pōtifice suscepti sunt. Post hac protonotario ad legatum, atque inde ad pōtificem reuerti iusso: qui quae acta de pace fuerant, comprobari, atque ad se afferri curaret: in bellum Picenum toto iam animo incumbens, Neapolim redijt. Ceterum quod magis suam voluntatem & studium erga Romanum pontificem testatū apud omnes faceret (licet per pacis conditiones haudquaquam teneretur) ipse in eam expeditionem proficisci statuit: nec per vicarium, sed per se ipsum bellum gerere: cumq̃ vniuersis copijs in Picenū contendere. Atque ita nulla interposita mora in prae Campaniam, copijs omnibus celeriter coactis, primo quoque tempore per Pelignos, ac Marsos iter faciēs, quinque millia passuum ab Aquila castra fecit. Erat ea vrbs armis virisq̃ in primis pollens: praeualebatq̃ in illa ea factio, quae Renati partes in bello sequuta fuerat. Ea Campanisca appellabatur: cuius princeps dignitate atque auctoritate erat Antonutius vir rei militaris, sed iam senior, peritissimus: atque ob id eius fides nonnullis, qui apud regem erant, suspecta habebatur. Cūque in castris rex esset, non contemnendi quidam aduersae factionis homines ad eum clam profecti monuerunt, ne urbem intraret: comparatam enim esse ab Antonutio magnam clientium manū: qui eum urbem ingressum obtruncarent. Quae rex tanquam vana aspernatus nihilo secius postero die, vti constituerat, nullo suspicionis signo edito ingressus urbem est. Nec quisquā omniū fuit, siue eos regis fiducia deterruerit:

siue is nuncius (quod quidem plures existimarunt) uanius fuerit, qui non obedientissime regi officium praestiterit: nullo prorsus honore erga eum ab Antonutio, illiusq; factionis hominibus praetermissio. Vrbe transmissa, quina millia passuum inde castra posuit. Inter hac protonotarius, quem ad pontificem profectum diximus, Senas (ibi enim per id temporis Eugenius agebat) profectus, nonnullos Cardinales partim Italos, partim Gallos omni studio, ne pax rata haberetur, apud pontificem intercedentes reperit. Ceterum ubi protonotarium audiuit, is reiectis paci & ipse annuit: quaeq; legatus egerat rata habuit, comprobauitq;. Postquam regis legati ad pontificem profecti mandata exposuere: regem sese subycere eius auctoritati pronunciarunt. Quibus benigno responso dato, Eugenius rursus protonotarium ad regem misit qui & pacis, & confirmati regni diplomata ad eum deferret. Quorum alterum, quo pacis & foederis comprobatio continebatur, accepit: alterum de regni confirmatione, quod in eo nonnulla addita erant, quae sibi haud satis placebant, respuit, quanquam ea superiores reges pontificibus prestare mos esset. Et quoniam regi nonnulla suspicio iniecta fuerat pontificis ac Philippi conspiratione, sibi in Piceno insidias parari, cum iam Picinus Picenum versus cum exercitu contendisset, aucta est ei nonnihil suspicio, nec non satis sincera fide Eugenius secum ageret, qui ea in eo foedere comprehendi uoluisset, quae se haudquaquam praestitutum sciret. In primis uero Ioannes antonius Tarentinus princeps, alijq; nonnulli regni procures, quos in ea expeditionem ducebat, ne ulterius progrediretur, suadebant: quae quidem res illum nonnihil consilij incertum reddidit.

reddidit. Tandem omnibus circumspectis, quum sibi redditum turpem fore existimaret, ne vnum Picininum in discrimen misisse videretur, qui iam ad Bisium castra posuerat, nec par copijs Francisco erat, aduersus eum (ita enim fama erat) aduentanti progrediendi consilium cepit, Ioanne Liria, claro equite cum peditibus mille ad eum premisso: quem virum non fide tantum, morumq; elegantia, verum etiam ob grauias sepe adita pericula dignitatis sua tuenda causa valde diligebat. Qui cum Picinino coniunctus permagnum castris momentum accessit. Cumq; rex è protonotario suspensiones in quas inciderat, falsas esse cognouisset, constituit fallax potius consilium subire, quam à suscepto semel consilio discedere. Atque ita castris motis, continuato itinere, Nursiam versus profectus est, eo consilio vt Bisium (qui locus à Picinino obsidebatur) peteret. Ibi eum Nicolaus cupide expectabat, propterea quod vulgo increbruerat, vt diximus, Franciscum eò cum omnibus copijs, vt obsessis opem ferret, propediem venturum. Nec dubitabat postquam se cum rege coniunxisset, fore, vt Franciscus consilium mutaret. Cumq; ad septem millia passuum à Nursia castra posuisset, venit ad eum Picininus, qui tantisper copijs praeesset, in castris relictis. Ad viginti equites magni, & clari in armis viri cum eo accessere. Aberant autem castra regia à Bisio haud amplius sexdecim millibus passuum. Fuit illius aduentus regi perquam gratus, praesertim quod tam liberè ac paucis comitatus equitibus ad eum venisset, multumq; ex ea animi fiducia, quam ille in omni sermone praese ferebat iam omni suspitione posita, confirmatus est. Neque enim videbatur dubitare Nicolaus, quin vbi

vires in vnum contraxissent, hostibus superiores foret.
 Animaduvertebat enim egrogiam bello manum cum
 rege aduentasse. Florem nanque totius regni, ac præ-
 terea Hispanos, Siculos complures, fortes viros, in eam
 expeditionem rex assumpserat, quod sciret sibi cū duce
 haudquaquam contemnendo, cūq; validissimis co-
 pijs rem futuram. Postero die motis inde castris, rex v-
 pi cum Nicolao Bisium ire porrexii. Quumq; oppido
 appropinquaret, aduentu eius cognito, oppidani con-
 territi, pontifici absque certamine deditionem fecere.
 Eam enim deditionem sibi fieri rex non est passus, vti
 omnes Picentes populi agnosceret, sese pro Ecclesia di-
 gnitate non pro suis commodis gerere bellum, neque
 vllum postea oppidum aliter dedi permisit. Caterum
 quoniam locus castrorum, ob angustias tantorum exer-
 cituum minime capax videbatur relicto ibi Nicolao,
 ipse ad Plebem Taurinā agri Camerinatis progressus,
 castris positis, Nicolaum praestolatus est: quò postridie
 niane Nicolaus profectus, ac per media regis castra
 transgressus, vltra eum locum circiter sex millia pas-
 suum & ipse posuit castra. Eo die rex quo exercitum
 recrearet, ibidem substitit, posteroq; die digressus Ni-
 colaum cum omnibus copijs in armis reperit. Ibiq; cō-
 iunctis exercitibus vltra eum locum quē Portam Ser-
 ravalis vocant (angustia quadam sunt difficiles tran-
 situ) profectus iuxta ripam Clentis fluminis castra po-
 suit. Quo in loco agnouit Franciscum haud procul à
 sancto Seuerino oppido abesse, & cum eo Sigismundum
 Malatestam, qui gener socero in auxilium cum copijs
 haud contemnendis venerat. Erant in hostium exer-
 citu ad octo millia militum. Constituerat autem rex
 eo die,

eo die, commeatuum inopia, quorū quidem magnam vim parari oportebat, conquiescere. Ceterum ut accipit Franciscum vnius modò diei iter à se abesse, mutato repente consilio, circiter secundam noctis vigiliam ulterius progredi cœpit, omissoq; recto itinere (quod Tolentinū ferebat) ad lauam flexit: ea enim est via rectior ad sanctū Seuerinū contendēti, quo in loco Franciscum castra metatum diximus, quamuis propter locorum asperitatem equiti aliquanto incommodior esset. Cumq; iam orta luce, rex ad collem Lucij (ita castellum vocant) peruenisset, qui locus à sancto Senerino haud multum aberat, factus est certior, Franciscum cognito eius itinere, motis properè castris Cingulum concessisse. Erat ea regio plurimum montana, & ob id Franciscus hostem maiore periculo ea loca subiturum putarat. Quod postquam in castris auditum est, maximis clamoribus milites à rege postularunt uti castellū, de quo antè diximus, quo militiam haud segnem agerent, à se oppugnari sineret. Quorum studio perspecto rex, quanquam inuitus propter castellanorum calamitatem, id postulantibus concessit. Mouit etiam nonnihil regem commeatuum indigentia, quos vndiq; comparari quacunque ratione necesse erat. atque ita bipartito exercitu, iussit ut ab vna parte Nicolai copia, ab altera sua castellum inuaderent. Quumq; iam pugnari cœptum esset, Sansseuerinates, qui Franciscum metu regis sese Cingulum recepisse cognouerant, missis ei obuiam legatis antequam propius accederet, allatis portarum clauibus, deditiōē facere constituerunt. Qui cum sese ad pedes eius supplices proiecissent, traditisq; clauibus, nulla pontificis mentione facta, deditiō-

nem facerent, rex ijs longa oratione ostendit se nulla sui commodi spe, aut dominandi cupiditate, sed pro Romana ecclesia dignitate, & commodo eam expeditionem suscepisse: gratam sibi accidisse talis erga se animi significationem: caterum equum esse, cum pro pontifice bellum gerat, ei quoque (id quod omnino sibi constitutum sit) deditionem fieri. Cuius illi voluntati cognita pontificis legato deditionem fecerunt, cui & claves ad se allatas rex tradi iussit. Inter hac quum castellum diutius resistere haud posse videretur, idem legati suppliciter a rege petierunt, uti suos a dimicatione revocaret, nec castellum everti, atque proponi ad pradam pateretur: facturos haud dubie Castellanos, quod Sanseuerinates secissent: itemque omnes populos qui sui iuris ac ditionis essent. Quorum precibus permotus, quamquam victoria iam in manu esset, receptui cani iussit. Post hac cingulum versus mouit, quod Franciscum sese recepisse docuimus: triaque modo milla passuum a Castello progressus, haud procul ab anne Potentia castra posuit. Eodemque die, quo fortiori, ac fideliori opera Nicolai Picinini vteretur, simul ut omnis exercitus ad pericula subeunda paratior fieret, eum copijs omnibus praefecit, congestis in illum maximis laudibus, nullaque re, quae posita sit in honore verborum, praetermissa: nec quisquam e regijs fuit, qui non maxime consilium eius comprobauerit. Post die eius diei rex motis castris Potentiam versus ire coepit. Cumque in itinere certior factus esset, Franciscum locorum oportunitate fretum statuisse in his locis consistere, quanquam multi essent, qui huiusmodi profectionem, propter viarum iniquitatem, dissuaderent, nihilominus, ut Nicolaum contra-

ria sen-

ria sententia esse animaduertit (tantum illi viro in re militari tribuebat) ceptum iter persequi instituit. Ceterum quod diei haud multum supererat, & itinera esse diligentius exploranda videbatur, tum quod fessos continuatis itineribus milites recreari oportebat, eo die Potentiam non est ventum. Franciscus autem, cognito eius itinere atque consilio, cum varias suorum sententias cerneret, dispositis per oppida quaeque praesidijs ne cum rege dimicare cogeretur, e Piceno cedere constituit, missoque Firmum, quod est Picentium caput, Alexandro fratre viro forti: Ioannem Tolentinum cum sexcentis equitibus Auximum, Troilum Esim, Robertum fratris filium cum quibusdam alijs copiarum ductoribus, Roccam Contratam (ita appellabant id oppidum) praesidio ire iussit. Quo digresso, Petrus Brunaurus unus e copiarum eius ductoribus, quo multum uti solebat, siue regis pollicitationibus ductus, auctore, Inico Gheuara, vno e purpuratis regi percario, cum is ad Franciscum colloquia postulantem aliquanto ante missus a rege isset, siue is aliquid grauioris ira aduersus Franciscum concepisset (ad octingentos is equites ducebat) mox ad regem cum copijs transit. Quare cognita Franciscus in grauiiores rursus curas incidit. Cogitabat enim, quantum sibi roboris detractum fuisset, tantum hosti accessisse. Rex autem consilij eius nescius, in consultando de ratione traducendi per montes exercitus, mittendisque in diuersa exploratoribus, ut sciret quam itinera ad hostem expeditiora essent, eum diem consumpsit. Postridie vero itinere comperto, cum iam moturus esset, factus est certior, Franciscum cum reliquis copijs eo animo ut nusquam cum eo congrediretur, ex his locis di-

fecisset. Cumq; cognouisset eum iam abesse, quantum
 vno die itineris conficere ipse non posset, ne nequicquā
 in persequendo hoste tempus tereret (mutato consilio)
 eo die inter montem Melonem quem appellant, ac Mō-
 ticulum, copias duxit. Ad cuius primum aduentum op-
 pidani perculsi, praterea Maceratenses, ac Tolentina-
 tes, quod Franciscum copijs imparem regi norant, pon-
 tificis legato deditioem fecere. qua Francisco renun-
 ciata eum vehemēter sollicitum habuere. Nam nec vlla
 praesidia, quae per oppida distribuerat, satis firma post-
 hac fore existimabat, nec dum satis sciebat, quam
 ratione tanta exorta subito tempestate occurreret.
 Quamuis enim Florentinos, ac Venetos, quorum ante
 bello dux opes ac gloriam auxerat, fautores haberet,
 tamen in tam subito casu, ac tam aduersis suis rebus,
 praesertim cum adhuc bellum ijs cum Philippo esset, eo-
 rum auxilia desperabat. Instabat enim Alphonsus ac
 protinus cedentē vrgebat, ex quo fiebat, vt sese haud
 satis tutum vllis murovū munimentis putaret. Popu-
 lorum enim inconstantiam verebatur, quam partim
 rumor regie potentiae, partim religionis metus, vt sese
 aliquando impie rebellionis nota liberarent, faciebat.
 Et Florentini quidem, & Veneti eum ē Piceno summo-
 ueri agrē ferebant, sed auxilium ferre nō poterāt. Nec
 verò existimauerant fieri posse, cum scirent quantas
 Franciscus copias haberet, quantaq; is virtute bello ge-
 rendo esset, vt tam facile hostibus cederet, concilio mo-
 dō, & spe (quod vnum in rebus tam subitis poterāt) il-
 lum adiuvabant. Is igitur ad artes conuersus quando-
 quidem nulla alia apparebat resistendi ratio, simulanda
 cum Philippo censuit reconciliationem, eius con-
 filium

filium Venetis, ac Florētinis approbantibus. Misit igitur è suis, qui Philippo nunciaret sese in gratiam eius redire cupere, nec amplius eius voluntati refragari decreuisse, quem sibi parentis ac Principis loco vnum esse colendum constituisset, & à quo summis beneficijs sese ornatum esse meminisset, modò is posita animi acerbitate, atq; iracundia, praterita animo oblitteraret. Quæ cum audisset Philippus (is enim illum non tam omnino fractum quàm debilitatum, & imminutum, quò eo liberius vteretur, velle existimabatur: sit enim natura, vt quæ optemus, ea facilius in sensus nostros irrepant) confestim misit vnum ex ijs quorū opera vti consueverat, si quando quempiam citra legati nomen, & dignitatem mittere volebat, qui quæ ille vellet, peteret, & percontaretur. Ad quem Franciscus longa oratione usus (vt erat homo ad persuadendum non natura modò, sed etiam quadam arte compositus) praterita purgare ostendit, quæ egisset aduersus Philippi voluntatem, ea sibi molesta esse, & quādo ea infecta fieri non possent, sese illa perpetuo obsequio emendaturum. Quæ tamen non ipsius odio, sed magis inimicorum iniurijs, & contumelijs impulsus stimulatusq; effecisset. Quorum semper in id vnum studium vehemens fuisset, vt ipsius Philippi animum per calumnias à se auerterent, quibus tam facile credi, haud par fuisse: Philippum debuisse existimare neminem sibi fideliozem, aut dignitatis amplitudinisq; suæ cupidiozem, quàm se esse, quem sibi generum ex tam multis claris principibus delegisset, cuiq; post mortem tantas opes, tantum imperium esset relicturus. Miratum verò se magis fuisse, quonā modo adduci potuisset, vt aduersus se copias

mitteret, nisi eum, qui missus est (designabat autem Picinum) propter veteres inimicitias tam cupide contra se profectum intelligeret. Hac, atque alia huiusmodi, cum dixisset, & purgasse praeferitam contumaciam sibi satis visus esset, quae à socero vellet, adiecit. Idque in primis ut à rege postularet, ut è Piceno exercitum reduceret. Scire se regem pro ea amicitia, quae illi summa cum Philippo esset, eius voluntati facile obsecuturum. Quo nuncio placatus Philippus, illi in gratiam recepto, postulata concessit, atque hac clam rege omnia. Nec mora Ioannem Baldicionem ad regem misit, qui is de rebus eum certiore factum oraret, uti ommissa expeditione cum exercitu è Piceno discederet. Francisci incolumitatem sibi, ut generi, ac filij, curae esse. Nec tamen quenam essent pacis inter se conditiones, atque an is rex ipse nominatus esset, quicquam nunciandum curavit. Hac regi nunciata nonnihil eum conturbaverunt: potissimum cum iam usque adeo progressus esset, ut referre pedem, absque dignitatis ac nominis sui iactura aliqua non posse videretur. Nam cum pontifici fidem dedisset, non quieturum, donec Picentes Francisci dominatu liberatos in illius potestatem rede-gisset, hanc à se deferri causam honestè non posse existimabat. nec verò deerant, qui Philippum tam facile illum in pristinam gratiam reuocasse opinaretur: quod esset veritus, postquam rex Franciscum è Piceno summouisset (erat enim natura in suspicionem pronus) ne res suas, ubi aliqua dissensio exorta esset, cum vellet, perturbaret: praesertim cum ab eo, una prope excursione maximam agri Piceni partem Francisco ademptam cognouisset. Quapropter coeptam expeditionem, ac magna iam ex

parte

parte confectam persequi instituit, Balditioe edocto, cur sibi non liceret susceptam semel pro pontifice causam destituere: quam, ut toto studio persequeretur, pontificis legatus instaret. Post hac oppidis, quæ ad Eugenij imperium redierant, presidio firmatis, ad Cornicis saltum, haud procul à Cingulo castra fecit. Cuius consilio atque itinere comperto, Franciscus properè inde movit, ne aut in oppido obsideretur, aut cum rege necessariò decertare cogeretur. Itaque oppidani cum sese destitutos eius auxilio animadverterent, & ad obsidionem res spectare videretur, missis ad regem oratoribus, triduo post deditionem fecerunt. Inde ad Castrum Planum profectus, cum oppidani deditionem detrectaret, ac propter opinionem resisterent, id continuò adnotis copiis cepit. Et quo cetera oppida minus recusarent in ius ac potestatem Romani pontificis redire, oppidanorum bona legati iussu militi in prædam permisit. Dum hac aguntur, Philippus Francisci gratia rursus ad Alphonsum literas per tabellarium in eandem sententiam misit, sed prioribus aliquantò urgentiores, orans, atq; obsecrans ut omisissis Piceni rebus, exercitum in regnũ reduceret. Erant autem conscriptæ ea literæ apud Franciscum, ab eo quæ Philippus ad se miserat, quibus verbis Franciscus ipse dictauerat: cumq; his literis alteras idem tabellarius attulit à Simone Guilino, qui pro Philippo fœdus apud Terracinã renouarat: in quibus scriptum erat, reminisci Alphonsum debere fœderis ipsius legibus contineri, simulatq; is intellexisset Philippo placere, esse exercitum in regnum reducturũ. Quibus rebus Alphonsus grauiter commotus, præsertim cum ea expeditio Philippi potissimum hortatu à se suscepta

esset: nec vera essent, quae Guilinus scripserat: mittere quempiam à suis ad Philippum constituit, qui cum illo his de rebus exposculetaret. Itaque vocatum ad se Matthaeum Malferitum virum, & iuris scientia, & consilio clarum, cuius erga se fidem, ac diligentiam antea alijs in legationibus expertus fuerat, ad iter comparari iussit: atque quò tutiore, & commodiore via profiscisceretur, expectandum illi ait Sigismundum Malatestam, qui ad se quàmprimum venturus esset, per eius agrum breuius iter fore. Erat quidem Sigismundus ex nobili Malatestarum genere: ex quo multi illustres viri belli & pacis artibus orti sunt. Hic eum sua ipsius gratia, cum Fràncisci, cuius gener erat, fauore sublatum inter copiarum duces clarus habebatur. Qu cum furentis procella venientem in se impetum sustinere se posse diffideret, regis amicitiam à se expeti simulauit: eam vnam rerum suarum salutem arbitratus: & quò tuto iret, fidem à rege petierat, impetraueratq;. Caterum tum per exploratores certior factus esset, regem procul à se iter facere instituisse, eius adeundi consilium immitauit. Quom frustra expectatum, vt rex ad se non ire animaduertit: ratus (id quod erat) illum aliquid noui consilij cepisse, cum ab eo iter iam deflectere coepisset: haud amplius differendum ratus, Matthaeum ad Philippum abire iussit, & vnà cum eo Ioannem Nucem: quod is rerum in Insucribus, vnde erat oriundus, ac praeterea Philippi morum peritus putabatur. Qui statim Vrbinum versus arrepto itinere per Piceni montana in Flaminiam primum, atque inde in Insucrias profecti, Mediolanum peruenerunt. Quorum aduentum cognito Philippus, qui eos in urbem deduceret, summos viros

viros obuiam misit: atq; ijs diuersorium & lautia dedit. Eo die ad Philippum salutandi gratia in arcem intrant: a quo benigne, comiterq; excepti sunt. Hinc facta modo salutatione, constituit Philippus tres viros, quibus cum agerent, quae agenda essent: hi fuerunt Vignatio Contrarius, Nicolaus Gaerrierius, ac Franciscus Castellioneus: quibus constitutis rebus domum reducti sunt. Postridie eius diei, tres viri à Philippo his audiendis delegati ad eos venerunt, quidnam à rege petulissent cognituri. Ad quos Matthaeus post primos congressus silentio facto, hunc in modum locutus est: Miratur vehementer Alphonsus rex cum Picenam expeditionem Philippi potissimum hortatu atque impulsu aduersus Franciscum Sfortiam suscepit, ac Picenum ingressus, intra paucos dies multa illi oppida ademerit, atq; in extremos iam Piceni fines compulerit, venisse ad se à Philippo Iouannem Baldicionem cum mandatis in quibus erat, se Franciscum Sfortiam omni posita contentione in pristinam gratiam recepisse: ac proinde magnopere orare, uti ea omissa expeditione, illum oppugnare abstineret, id sibi per gratum fore, quandoquidem illi fidem dederit, sese eum tanta belli mole leuaturum: in eoq; Philippum hoc se faciliorem prabuisse, quod nisi Franciscum tantis rerum angustijs oblectantem; sibi reconciliari passus esset, eius amicitiam, atque opera in omni tempore perdidisset: quoniam is se perpetuo fœdere Florentinis, ac Venetis iuncturus esset, ne fortunis omnibus euerteretur. Ad hac venisse paucis post diebus tabellarium quendam cum binis ad se literis, alteris à Simone Guilino scriptis, eodem prope argumento, nisi quod haec aliquanto duriores videbantur, quas quidem

litteras regi constaret, apud Franciscum, quibus ei placuerat verbis, per Philippi scribam fuisse conscriptas. Guilini autem litteras paulo insolentiores iudicatas esse, quibus regem monebat, uti eorum reminisceretur, qua apud Terracinam fœdere comprehensa essent: non debere igitur eum fugere, se promississe, simulac Philippo libuisset, se ab ea expeditione discessurum: ac proin vellet id fœdus ratum esse. Hac autem atque alia eiusmodi sunt, inquit, qua regem in summam admirationem adduxerunt. Primum verò omnium quod Philippus tam facile sibi persuaderi passus sit, Franciscum sincera secum fide in gratiam redire, quandoquidem per Petrum Brunaurum exploratum habet, qui omnium Francisci consiliorum est conscius, eam reconciliationem Venerorum ac Florentinorum consilio à Francisco cōfectam esse, quod breui rei exitus est indicaturus. Quae quidem omnia rex ipse ex Troilo altero è copiarum Francisci ductoribus, qui hac ad illum scripsit, vera esse comperit. Miratur autem rex haud minus quod de cōditionibus renouati cum Francisco fœderis nihil à se cognosci voluerit, praesertim ijs de rebus, quae pontificis, et sua quoque intersint, cum adhuc nonnulla oppida Franciscus in Neapolitano regno occupata detineat. Nā in ipso fœdere discrete comprehensum est, si quando Philippo, mutata sententia, placuisset regem à suscepta expeditione abstinere, prestare Philippū debere, uti Franciscus ex omnibus primū regni oppidis praesidia educat, quod quidem à Philippo perinde neglectum est, ac si nihil omnino ad regem pertineat quicquam de Francisco cognoscere. Quibus profecto de rebus grauius questurus fuisset, si cum alio illi quā cum Philippo res esset, qui-

Et, quicum statuit sibi firmā, atque incorruptam amicitiam futuram. Quod autem ad causā honestatē pertinet, considerandum Philippo etiam atque etiam est, cum id bellum rex pontificis maximi iussu cuius Neapolitani regni iura sunt, eoque ipso maxime, & autore, & impulsore suscepit gesseritque, non licere regi ab armis discedere, ne iusta de se querimonia causa pontifici exhibeatur. Præterea (quod ad dignitatē suam attinere rex putat) multo sibi turpius existimaret, si repente medijs gerendis rebus, præsertim in tam prospero victoria cursu, quā si nondum inchoata expeditione, hoste tantum irritato, exercitum reduceret. Iam enim nequid ignoretur, in pontificis potestatem supra quinque & viginti oppida, præter castella plurima redegit, speratque breui fore, ut eiectis Francisci presidys, reliquam Picenum in pontificis potestatem vindicet. Quod ut perficiat quotidie à pontifice per literas, ac nuncios rogatur. Nec verò rex inficiatur, respondisse se Simonæ Guilino reducturum se inde exercitum, simul ac certior factus esset, Franciscum cum Philippo in gratiam redisse. Sed ea lege ubi pontifici primum satisfactum esset, ac sibi Ciuitella, Theanum ac reliqua regni oppida restituerentur. Quod si Philippus rerum suarum securitatem respiciat, certè illi optandum est, Franciscum Picenum adimi, ut eo tot oppidis priuato, faciliore vti posset, quem tanta opes aduersus eum contumaciorum fecerunt. Tandem verò si Philippus in eo persistit, ut velit regem ab armis discedere, perficiat ipse (quod illius fides postulat) ut absque pontificis querela sibi facere id liceat. hoc certè præstare Philippus debet, cuius voluntati obtemperare, ob accepta ab illo beneficia, rex

inprimis cupit. Cùm hac dixisset, nullo ei responso dato, hac se ad Philippum allaturos, ac de illius sententia responsuros, dixerunt. Nec multò post Philippus ijs in arcem vocatis magis mirari se ait, quòd Alphonsus (veteret de pontifice maximo, qui maior eo in terris esset, ut nihil de Nicolao Picinino diceret, quem virum probum, & sibi fidelem cognouisset) aliorum quorundam impulsu non esset ei in re Francisci obsecutus, quodq; alio magis, quàm sibi credere de ipsius animo, ac voluntate perseverasset, ijs precipue, qui vbi usus postularet, pro regno eius tutando, quantum ipse paratus esset, effundere non sustinerent: debuisse certe Alphonsum plus sibi in eare fidei habere, quàm ceteris omnibus, qui illam sibi in generum, filiumq; adoptasset. Se quidem, si casus contigisset, ei facile obsequiturum in eiusmodi re fuisse. Satis sibi constare Franciscum sincero animo eam reconciliationem quaesisse: ac proin illum à se in pristinam benevolentiam receptum esse: cupereq; admodum prestare posse (quod quidem pepigisset) vti à rege illius vexandi finis fieret: hoc vno, quod apud regem posset, sese indicaturum. Post hac ad Matthaeum conuersus, Te, inquit, Matthae appello, qui regi natione es propior, & multis annis (quantum ex sermone tuo iudicare possum) in Italia versatus es. Non es, ut opinor, nescius & quantum ego Francisco, & quantum mihi is debet: sed doleo me toriens, ac tam multis precibus frustra à rege contendisse, vti à suscepta expeditione abstinat: praesertim cum sciat quàm eius amplitudini, gloriaeq; faueat. Ad hac Matthaeus, haud dubium se Philippus etiam arbitrari Alphonsum non minus sua ipsius, quàm pontificis voluntate aduersus Franciscum bellum suscepisse: quòd

quòd illum contumaciorem in se factum & cum hostibus suis consentientem videret: quòd Veneto bello, praesertim postquam is à se digressus Picenum occupasset manifestò apparuisset. Neque enim tam facile regem in Picenum profecturum fuisse, quò exercitū à se mit-
ti satis erat, nisi eum Philippus tantopere rogasset, quo etiam grauius regem tulisse, tanta à se cura Philippum postulas-
se vti omīssa expeditione in regnum exercitum reduceret: praesertim cum sibi per Petrum Brunaurū, ac Troilam constaret, eam reconciliationem simulata esse, idco, vt tantam à se vim tempestatis auerteret, quam aliter in re tam subita declinare non posset, idq; omne Venetorum, sociorumq; consilio factum esse, breui palam fore: quandoquidem ab ijs ad Franciscum auxilia sub finiti stipendiū specie (ita enim fama erat) propediem ventura essent. Nec verò Venetos id facturum fuisse, nisi hac ficta reconciliatio de eorum consensu facta esset. Cui enim verisimile videri, si inimici animo in Franciscum essent, eos illi opem laturos. Plura accere volentem Philippus interrupit. Subsecutum tunc silentium, dataq; venia, oratores domum reduci iunt. aliquot postea diebus de eadem re actum: cum tamen in eo Philippus perstaret, vt vellet regē ab armis discedere. Qua propter legati vt videre tempus ibi nequicquam teri, abeundi consilium ceperunt. Quibus facta discedendi potestate, Philippus regi renunciari iussit, & illum sibi patrii loco constituisse, proin in quibus vellet sua opera liberè vteretur. Ad hac si quā ipsi proficiscentes audirent, quae eorum animos offenderent, bono ea consilio à se facta esse. Quae tunc haud satis intellecta, mox de pace, quam cum Venetis ac socijs clam rege fo-

cerat, dicta esse cognouerunt. Nam quo die ipsi Florentia egressi sunt regnum repetentes, siue id fortuna acciderit, siue dedita opera à Florentinis factum sit, his audientibus Florentia promulgata est. Inter hac rex Estm cum exercitu ire perrexit, cui oppido copiarum ducem, quem ante nominauimus, Franciscus praeceperat. huic etenim viro maxime fidebat. Nam prater quā quod sub eo multos annos in equitatu primos ordines duxerat, sororem ei uxore dederat opinione adductus quam de illius viri virtute haud mediocrem conceperat. Sed erat is quidem praeferoçi (qua quidem re multos sibi infensos fecerat) ingenio. Hic (quacumque tandem ea causa fuerit) siue quod & Fracisco quoq; propter acerbitem morum se inuisum sciret, siue quod maiora premia à rege speraret, siue quod simulato transfugio aliquid noui cogitaret, quo Franciscum, et afflictae, ac perditae restitueret, aliquanto ante pepigerat per Inicum Gheuarā, eis qui clam ad se missi fuerant tradita vrbe; ipse ad regem transiret. Itaque Estm petenti regi obuiam profectus, haud cunctanter urbem tradidit. Fuit eius transitio Alphonso perquam grata, quoniam prater receptam urbem tam validam, intelligebat hostem magnā virium parte per eius viri discessum nudatum esse, qui & magnas copias in exercitū eius ducere; & magnā existimationis & nominis haberetur, tum propter rei militaris scientiā, tum propter eam, qua illi cum Francisco erat, affinitatem. Cogitabat duos praestantes duces, quorum vtriusq; consilio, atque opera forti, in praelijs vti consueuerat, & in quibus bonam spei partem reposuerat, et prope tēpore illi ereptos esse, quibus auxilijs destitutus

nec aquo

nec a quo campo dimicare, nec reliqua oppida satis tue-
ri se posse confideret, præsertim cum ab ijs elusus, qui-
bus maxime fidebat, cæteris ductoribus parum fidei ef-
ferret habiturus. Rex inde recepta Esi, ac legato tradita,
continuato itinere aduersus Franciscum recta ducen-
ditm censebat. Nec prius consistendum, quam illum à
toto Piceno pepulisset. Cæterum Nicolæus spe sibi alla-
ta Rocca Contrata potiundi, vt consilium immutaret,
effecit, docens, in eius vrbis presidio, esse qui sibi clan-
destinam aditum polliceretur. Qua spe adductus Rex
cum exercitu eo profectus, castra vrbi quàm maxime
potuit, admouit. Quæ quidem res satis cause fuit, ne
Sigismundus Malatesta ad eum accesserit, arbitratus
sibi satis temporis dari ad munienda oppida, dum Rex
in eius vrbis obfessione occupatus foret, quod eam sita
atque mœnibus, validoq; insuper presidio munitam,
obsidionē diu laturā non dubitabat. Alphonsus ea vrbe
obsessa, tentauit sapius (derivationibus pluribus locis
factis) si quā posset aqua vsum, quæ proxima vrbi erat,
oppidanis auferre, quo eos aquandi cōmoditate subla-
ta, ad deditiōis faciendā necessitatem arctius cōpel-
leret. Erant in eo oppido complures equites, quorum
dux erat Robertus Nequus, è sancti Seuerini proceri-
bus, qui cum equitatu, atque oppidanis, hostibus sese
obijciens, omnes eorum conatus frustrabatur. adhibita
intus diligentia nequi noui motus concitarentur. Itaq;
ea res sapius attentata, cum non succederet, motis in-
de castris Barbaram (id ei loco est nomen) atque inde
ad Metaurum amnem supra Fortuna Fanum quò se
Franciscus cum reliquo equitatu receperat, continua-
te itinere copias duxit. Quod postquā Franciscus ani-

inaduertit, suos intra urbem continuit. Leuia tamen
 praelia quotidie committebantur, quibus sepius Fran-
 cisci equitatus intra moenia repulsus est. Per eos dies
 Ioannes Balbus ac Petrus Cotta legati à Philippo ad
 Alphosum profecti sunt, quo tempore regis legati, quos
 supra memorauimus, Mediolanum petebant. Hiq, ead-
 em, quae priores à Philippo regem oratum venerant.
 Etenim tam crebra litera à Francisco ad Philip-
 pum mittebantur, ut semper in itinere nuncios ad re-
 gem Philippum habere necesse esset. His igitur respon-
 dit, missos à se ad Philippum qui illum de toto ani-
 mo, atque consilio suo certiores facerent, ex ijs satis
 cogniturum Philippum, quae vellet, quaq, sua sententia
 esset. Post hac paucis rerum summam, quae legati ad
 Philippum pertulissent, edocuit. Fortè autè cum apud
 Alphosum essent, tubicen quidam à Francisco in ca-
 stra regia profectus est, impetrataq, à rege pro eius or-
 dinis more atque instituto liberius loquendi licentia
 multa nefaria in Nicolaum praesentem ipsius Fran-
 cisci nomine probra congeffit, proditorem, ac perfidum
 appellans, ac proin regi admonens, ne quid illi fidem
 haberet, nihilo fideliores eum sibi, quam ceterum prin-
 cipibus, quorum exercitus dux erat, quamq, ipsi Fran-
 cisco, fore, cui fidem dedisset, quo tempore apud Marti-
 nengum pax facta est, communi consilio aduersus regem
 bellum suscepturum. Nec verò illum ausurum fuisse suis
 modo armis, suisq, copiis in Picenum, sed regis viribus
 confisum, descendere. Postremo eum ad certamen Fran-
 cisci verbis prouocauit, in quo & duces pariter & mi-
 lites de gloria, ac dignitate certarent. Apparituram
 quidam vno praelio eorum simul, & militum virtutem,
 eundemq,

eandemq, diem eternā aut gloriam, aut ignominiam
 eorum alteri allaturum. Cum hac dixisset, Nicolaus
 iam inde ab initio orationis suae cōmōtus, multis haud
 leuioribus conuictis in Franciscum absentem coniectis,
 fidem suam exemplis multis comprobans, atque illum
 perfidia arguens, respondit, Sibi pergrauē esse, quod nō
 esset ea valetudine, qua ante acceptum in ceruice vul-
 nus extitisset, ostensurum se fuisse singulari certami-
 ne, vter eorum proditoris infamia notandus esset. Sed
 quando fortuna hanc sibi facultatem debilitato iam
 corpore abstulisset; oblatam cōditionem leto se animo
 cum bona regis venia accipere: posteroq, die cum om-
 nibus copiis, sub ipsam urbem Fanum, patenti campo
 processurum. Quod cum à se postulare Nicolaum deco-
 ris tuendi causa rex animaduerneret, vtriusq, partis
 securitati sese consulturum recepit. Quibus constitutis,
 nuncius in urbem reuersus, quae egisset, quae vè esset Pi-
 ccinini mens, Francisco renunciavit. Quae cum audisset
 letissimam vultu praesendens, parari suos ad tanta gloriae
 certamen in posterum diem iussit. At in regis castris
 ingens clamor, atque alacritas animorum fuit. eaq,
 qua vna intercedebat nox, alijs pugnādi, alijs spectan-
 di desideria affectis, nunquam finem habitura videba-
 tur. Adeo omnes duarum praestantissimorum totius Ita-
 liae ducum, duorumq, exercituum ac fortissimorum
 totius Italiae equitum pugnam spectare cupiebant. Atq,
 animis iam sibi representabant pulcherrimū illud spe-
 ctaculū, in quo de gloria ac praestantia rei militaris a-
 geretur: vter vè melior dux esset, quod diu antea du-
 bium fuerat, eum diem testaturum. Postridie Nicolaus
 haec constitutus in campū cum suis processit. Rex vtrū

procul inde ad mille passus cum exercitu cōsedit: liberum uti conuenerat, utrique parti campum præstaturus. Mansit in armis Picininus ultra horam tempusq; præstitutum; Franciscum cum suis egressum præstolatus. Ceterum id frustra fuit. Nanque Franciscus (qua tandem illum ratio aut causa mouerit, siue partam gloriam in discrimen, de qua eo die haud dubie iactabatur alea, adducere dubitarit, siue quid aliud pertinere rit) intra urbem suos continuit. Quo viso Nicolaus tamquam victor manibus insultans, usque ad portas tucurrit, hostem voce compellans, increpitans, in eumq; conuitia iactans. Cumq; nemo obuiam exiret, exultantibus atque triumphantibus suis in castra se recepit. Post hæc Alphonsus quum in his locis tempus nequisquam teri cerneret, nec propter naturalem situm obsideri eam urbem posse, quoniam mari allueretur, qua commectus commodè importari possent: & Francisci presentia eam obsidionem laboriosiore faceret: dimissis à se legatis retro ducere exercitum instituit: diuisisq; copiis Nicolaus Montem Aureum, ipse montem Arborum (ita appellantur ea oppida) contendit. Ex quo quidem contigit, Franciscum inter duos hostium castra mediū esse. Rex deinde continuato itinere, Esim, atque inde Auximum, que oppida in pontificis ditionem sua uoluntate redierant, atque inde Firmum duxit. Cumque iam ad alteram oppidi partem que ad portam vergit, castrametaretur, Alexander Francisci frater, vir acer, qui eius urbis, ut ostendimus, custodia præerat, subita eruptione facta (habebat enim ad sexcentos equites): postremum agmē, quod Ioannes Vintimillus ducebat, à tergo aggressus terrorem intulit. Quod ubi rex per

clamores

clamores à tergo exauditos agnouit, rāpta confestim signa in hostem conuertit, castrorum opere intermisso: hostesq; iam pugna implicitos facile in fugam versos, intra urbem repulit. Insigne praelium ante portā fuit: regū superiores, antemurali, quod pro vallo stabat, vi capto, vsq; ad portam pugnando progressi sunt. inde ad munienda castra continuè reditum. Erat ea vrbs magna atque opulenta, totius Piceni longè munitissima. in ea eminebat rupes quadam tanta altitudinis, vt ex ea perinde atq; è specula quadam excelsa, omnis prope Piceni ager despectaretur. in eius rupis cacumine plantities modica inerat: quae muro cincta crebris turribus interpositis arcem inexpugnabilem fecerat. Eam verò arcem quod in orbis prope formam, natura circumsa rupes fuerat, Gironem vulgò appellabāt. Quam qui tenebat, vniuersam Picentium prouinciā tumultu ac terrore quatiebat. Itaque Alphonsus prospecto vrbs situ, quam quidem non vt obsideret eò venerat, sed vt experiretur, an suo aduentu motus aliqui in vrbe fierent: cum nonnullos ciues esse accepisset, qui pulso Frāncisci praesidio Romano pontifici dedici perent, paucis post diebus motis inde castris ad Turrim Palmarū composito agmine profectus est, eo videlicet consilio vt tentata prius Asculo vrbe exercitum in regnum hybernādi gratia recūceret. Quo ego tempore à Genuensibus missus, quibus cum rege tum bellum erat, vt de inducīs agerem, pridie quam moueret, ad quoddam castellum, haud procul à Firmo perueni. Cumq; postridie mane ad eum iturus essem, ex statinorum incēdijs castra inde mota agnouī. subssecutusq; confestim citatē equis, non sine discrimine propter hostes, quibus mor

digredientium à tergo agmen insequi, haud prius affectus sum quam Marranum, quo in loco castra fecerat, peruenit. Et quoniam nax iam suberat (nunciato ei tantummodo per Lupum Vrrum, qui tum castrorum praefectus, omnibus purpuratus longè praestabat aduentu meo) nihil propterea eo die egi. Eodem verò die paulò ante quàm in castra peruenissem, Petrus Brunaurus, ac Frcilus, de quibus supra mentionem fecimus, de proditione suspecti comprehensi sunt, armis & equis, atque omni rerum supellectile direpta. Nec ita temperari militum furor potuit propter rei atrocitatem, quin & omnis eorum equitatus eandem subierit calamitatē. Quod tamen iniussu regis effectum est. Suspicionem de his prater cetera, fecerat epistola quadam à Francisco, ut videbatur, scripta, & cum nuncio intercepta: qua rogabantur, ut cogitata maturarent, nec amplius differrent. Quos postea Neapolim perductos, in Hispaniam missos rex in arce Setabia vrbs Valentini agri, custodiri imperauit. Postridie cum rex inde inquisisset, in itinere cum saluarent, litterasq; ad eum scriptas tradidi. Quibus lectis cognita aduentus mei causa, sese castris positis quae attulisset auditurum inquit. Caterum eo die nihil ea de re, quoniam serò castra posita essent, agi potuit. Postridie eo iter persequente ventum est Asculum urbem in Picentibus validam, situq; nobilem, quam ab altera parte mōs sublimis, in quo sita est arx, ab altera Truentis amnis ripis praaltis munit. Vrbis ipsa plano ac parenti campo posita atque adificijs perfrequens. Eius oppidi aliquoacines, patria per seditionem pulsi, cum ad Alphonsum profecti essent, eiq; spem fecissent intesti-

MORUM

horum motuū ubi cum exercitu appropinquaret pro-
 pter clientelas quas in vrbe haberent, ne tata occasio-
 ni deesset, magno prasidio Franciscum nudatum in
 arbitratu, si ei tanta vrbs tamq̃, opportunè in ipso Pri-
 ceni agri introitu sita adimeretur, facilioresq̃, fore po-
 stea pontifici aduersus Franciscum belli reliquias, ed-
 confestim duxit, ac sub urbem ad mille passus castra
 fecit. Erat ei vrbi prasidio Ioannes Francisci frater cū
 valida equitum peditumq̃, manu, ipseq̃, impiger. Qui
 ubi regem aduentasse conspicatus est, defensoribus per-
 mania turreseq̃, dispositis, ipse per urbem, ne quid clan-
 destini ciuium conuentus fieri possent, armatorum ca-
 terua cōstipatus, incessanter ibat. Rex verò vt primum
 castra posita sunt, vt vrbs situm propius specularetur,
 trans flumen, qua arx sita erat, cum paucis equitibus
 nullo obsistente se contulit. Inde reuersus in castra reli-
 quum diei ac noctis tempus quieti dedit. Postridie quæ
 vellem, dicendi, sine arbitris potestate facta, hunc in
 modū verba feci: Si rectè animaduertes rex, quæ Ge-
 nuensibus amicitia cum Neapolitanis regibus multis
 iam ab hinc seculis fuerit, profectò bellū hoc, quod te-
 cum gessimus, non odio, aut inuidia, sed officio, & quo-
 dam amicitia iure susceptum à nobis ac gestum esse ite-
 dicabis. Neque enim absq̃, ingratitude, atq̃, impie-
 tatis nota, eos reges, quorum regnum mercatoribus
 nostris aquè, ac Neapolitanis ciuibus semper paruit, ex
 quo frumentum, atque omne genus commeatum ex-
 portare nobis integrum fuit (vt illud ciuitatis nostra
 horreum rectè à nobis appellari possit) in quorum de-
 nique ciuitatibus res, fortunæq̃, ciuium nostrorum
 implicitas cum eorum disionis hominibus habemus,

bello oppressos atque à nobis auxilium postulantes de-
 serere potuissemus. Neque enim quicquam ad nos per-
 tinere videbatur ea disceptatio, videlicet vtri vestrum
 regnum ipsum iure deberetur: contendentibus vobis de
 principatu ad humanitatem, & officium nostrum per-
 tinere duximus ei opitulari, quem & Neapolim regni
 caput tenentem, & Neapolitanorum vocatu in regnū
 profectum sciremus. Nec verò id alia ratione à nobis fa-
 ctum existimare debes, qui nō ignoras quo semper cul-
 tu quaq; obseruantia Hispanos reges, vnde genus ducis,
 profecti fuerimus. Postquam autem Renatus tibi vi-
 ctori cessit, satisfactum officio, & amicitiae arbitrati,
 nihil vltra aduersus te conati sumus. Quin potius ami-
 citiam tuam quemadmodum priorum Neapolitanorū
 regum, nobis vltro expetendā putauimus, certāduq;
 posthac non armis, sed beneficijs, non odio, sed amore
 & sedulitate statuimus. Nec verò tibi Genuensium a-
 micitia, vt opinor, aspernāda est. quippe is amicus, nul-
 la in Italia reliqua gens fuerit, cuius ope, inimici tui
 regnum tuum labefactare possint. habes posthac regnū
 ipsum quietum, ac stabile idq; longo iam quassatum
 bello, liberis aduenarum commercijs, breui in pristinā
 fortunam haud dubie reductum videbis, quod vnum
 profectò rex omnium à te maxime optari debet. si quid
 te gloria amor tangit, cuius ab ineunte etate cupidissi-
 mus iudicatus es. Ea enim vera, stabilisq; principum,
 ac regum gloria est, ciuium, ac populorum quieti, ac
 vtilitate consulere, vt quas calamitates bello accepe-
 runt, resarcire per pacem queant. Hanc ipsam quoque
 pacem Philippo Mediolanensium principi haud mole-
 stam fore (quo respicere videbaris) ex literis eius satis
 nosse.

nosse potuisti. Fuere verò, qui Genua renunciarint, te quoque à pacis consilijs non abhorрere. Quod quia facile creditum est, Legatos scito iam designatos esse, qui Neapolim ad te de pace acturi proficiantur. Ego verò ideo ad te premissus sum, uti inducias in aliquod tempus petam, quò interim suspensis armis, liberiore iam animo, pax ipsa (postquam legati aduentarint) tractari possit. in idq; fidem publicam obstringam, ubi inducias concesseris. Ad hac Rex Non sum usque adedò gloria avidus, ut non multo pacis, & publicae tranquillitatis avidior sim. Neq; verò aut natura, aut consuetudinis nostra est, petentibus pacem negare. idq; semper inhumanum, atque impium duxi. Quis enim tam demens est, qui si possit pace frui, malit bello contendere? Equidem bellum hoc non bellandi gratia, sed ut regno potitus, bello finem imponerem, suscepi gestiç. Nec me praterit, quanta semper amicitia Genuensibus cum maioribus nostris extiterit, ob eamq; causam in amicitia perseuerare potius quàm bellū gerere semper optavi. Verum enimverò ita tulerūt siue fata quadam, siue tempora, ut cōsilia mutare ncesse fuerit. Philippo aduersus cuius voluntatem in ea re nihil agerem, pacem ipsam probari gaudeo. Legatos de pace, ubi venerint, libens audiam, nec per me stabit, quominus pax componatur, si qua æquum erit prestare Genuenses nō grauentur: de inducijs autem (quando quidam per eas pacem quietius tractari posse intelligo) quominus per te agatur, non recuso. Ab eo sermone digressus, cū ijs quos ipse delegit, de induciarū cōditionibus agere cœpi. Hi fuere Lupus Ximenes, Baptista Platonius, ac Iohannes Alzina. lōga mihi cū ijs disceptatio, & cōtrouersia

exiit. Quinā ipsis inducijs cōprehendendi essent, cū
 q̄ pro rege vellent & alios Genuenses comprehendi, qui
 ab Adurnjs per id tempus Genuensem reipub. guber-
 nantibus vrbe pulsī, ad amicitiam regis confugerant.
 Denique cū viderem inducias aliter claudī nō posse,
 rēbus comprehensis, nec mihi id ipsum facere liceret,
 petita à rege discedendi venia, biduo tamen post in ca-
 stris permāsi. Nam propter Asculanos milites, qui pas-
 sim populabundi vagabantur, non poteram absque pe-
 riculo inde euadere. Observabat autem rex, an aliqui
 motus à propinquis proscriptorum concitarentur, uti
 ab initio sperauerat. Cumq; neminem praesidiū metu,
 arma sumere audere animadverteret; ipse flumen cū
 exercitu transgressus sua fidei & Pontifici satisfactum
 arbitratu, cū Franciscum hostem ē Piceno summo-
 uisset, instanti iam bruma, Adriā profectus est. Prius-
 quam Asculo discederet, Therāmitani, qui ad eam diē
 in Francisci fide permanserant; potētiam regis veriti,
 ad eum misere, qui urbem, praeter arcem, in sua pote-
 state esse, ac paratos deditiōem facere, significarent.
 quos benignē susceptos, & collaudatos domum remi-
 sit, misis interim qui vrbi praesidio futuri essent. Post
 haec Ioannem Antonium Vrsinum Tallacotium, Pau-
 lum Sangrum, Iacobum Monthagutam, cum nonnullis
 alijs copiarum ductoribus (ad duo millia equitum e-
 rant) ad Nicolaum, quem apud Montem auxerunt cum
 exercitu constitisse diximus, proficisci iussit: qui quae
 pontifici oppida receperat, vnā cū illo tuerentur: &
 qui restabant in Francisci fide populis bellum inferret.
 Cū autem essent in itinere, audierunt Nicolau, ple-
 risque suorum captis, ab hoste fusum, fugatumq; esse.
 Nang

Namq, Nicolaus cùm sensisset Franciscum aduersus se cum copijs, quas raptim post discessum regis contraxerat, aduentare, aliquot cohortes è suis per aduersum montem circummiserat, quæ pugna implicitum à tergo adorirentur: ratus (id quod rei militaris ratio postulabat) illum in medio circumuentum euadere non posse. Caterùm & qui missi fuerant tardius iter fecerant: & ijs qui in castris remanserant, tanta celeritate, atque impetu superuenit hostis, vt ad induenda arma spaciū vix fuerit. Pauci, qui praesidiij causa in armis erant, eorum impetum exceperūt. Quod cùm Nicolaus animaduerneret, pro tempore exortari milites cepit: vti correptis armis, hosti obuiam prodirent: nec tantam sibi contumeliā in castris inferri pateretur. Caterùm & subitus hostis aduentus, & eorum absentia quos circummissos diximus, quorum nullus apparebat, nullus sentiebatur clamor, tantum ijs terroris incussit, vt magis de fuga, quàm de pugna cogitantes pudori salutem anteponerent. Cluius, in quo castra posita erant, & oppidum proximum dissipatos fuga seruauit. Nicolaus quoque cùm rem desperatam, ac profligatam cerneret, tentatis omnibus, quæ bello clarum ducem prestare equum erat, saluti & ipse consuluit. Hi verò, quos à tergo missos diximus, cùm per exploratores, quos praemisserant, accepissent, suos iam fusos & in fugam versos, nec iam praelium instaurari posse: antequam in hostis conspectum venissent, quæ venerant, ad Nicolaum reuenerunt. Non destiterunt tamen, quib, à rege mittebantur: ceptumq, iter persecuti, sese cum Nicolao coniunxerunt. Quibus copijs auctus, qui adhuc Franciscò parebant, populos vexare rursus cepit.

f

Dum hac in Piceno aguntur, rex Adriam, atque inde ad Ciuitatem Apēninam profectus, Theramitana arsis cura non abiecta, Raimundum Buillum praestantem virum, cum ijs, quibus praerat copijs, ad arcem obsidendam ire iussit. Ceterisq; copijs in hyberna, in loca circumiecta dimissis, ipse Neapolim redijt. Raimundus Theramum, vti iussus erat, profectus, atq; ab oppidanis in urbem haud cunctanter receptus, ante omnia, quod omnem auxilij spem obsessis adimeret, arcē ipsam circumvallauit, non ab interiori modo, verim ab exteriori quoq; urbis parte haud modica latitudinis fossa perducta, praesidiaq; circa eam, vbicunque opus esse videbatur, disposuit, quae neque egredi quenquam, ingrediue, neque vllum commeatum genus inferri paterentur, tētatis interim frustra ceteris artibus, si quā expugnari ipsa arx posset. Sed erat & naturali situ, & opere permunita, atque ideo nec vi, nec operibus expugnabilis. Per hunc modum supra duos menses circumfessi, ad extremum cogente famis metu, cum auxilium desperarent, quod à se tam diu nequicquam expectatum viderant, Raimundo arcem dediderunt, salutem suam, ac fortunarum pacti. Qua recepta, praesidioq; valido firmata, Raimundus Adriam copias reduxit, atq; ibi hyemis reliquum quieuit. Vt autem ad rem Genuensem redeat: rege Truentum amnem transgresso, per Apennini iuga, quā iter est Nursiam, primo in Hetruriam, atque inde Genuam peruasi, prius Rappiaele Adurnio, qui tum princeps Genuensem remp. obtinebat, ijs de rebus, quas egeram, literis certiore facto. Quibus ille cognitis Ioannem Federicum, qui se regis amicum profitebatur (quanquam multis amico-

rum

rum dissuadentibus) Neapolim confestim ad regē misit. Cui cum mandata exposuisset, ei ut legatos Genuā mitteret, persuasit. Satisfacturos ei reliqua Genuenses maxime Raphaëlis ducis opera, qui pacē amicitiamq; eius vehementer expeteret. In id à rege delecti Carafellus Carassa, ac Ioannes Tudiscus cum mandatis Genuam profecti sunt. Cumq; de pace agere cœpissent, atq; in id potissimum instarent, ut regis dignitati atq; honori in primis consulerent, multa proposuerunt, & illud ante omnia, ut Genuenses in eius turris fastigio, qua pratoria domui coharebat, signa regia, uti antea, diebus festis tollerent. Quod cum non reciperetur à Genuensibus, cogitandam aliam quampiam regis placandi rationem duxerant. Quod cum Neapoli, ubi rex esset melius fieri posse visum esset, Baptista Goanus Iuris cōsultus, ac Baptista Lomelinus vir integritatis ac prudentia laude clarus, legati ad regem iam multo antè designati, ut diximus, una cum regis legatis longis nauibus inuecti, prospera nauigatione Puteolos perueniunt. Quibus ipse comes datus sum ut essem, qui pro rep. nostra, qua de pace essent consocienda literis proderem. Erat tum fortè rex haud procul venandi studio profectus, qui ut audiuit legatos aduentasse, latus eonuncio, manere eos Puteolis iussit, donec Neapolim reuerteretur, premisis interim, qui illis domum & lautia prepararent. Qua postquam parata esse cognouit (ipso enim alia via praeerat) Legati Neapolim accersiti sunt, profectiq; in arcem regiam comiter, ac benigne à rege suscepti sunt, eoq; dūtaxat salutato, ac magnificis verbis ornato, nihil aliud eo die egerunt. Post de pace agi cœptum, in quo aliquandiu de conditioni-

bus disceptatum est in eo maxime, quod ad resarciendum regium decus pertinebat, contentio vehemens, multa siquidem in id à rege postulata sunt. Quæ cum legati recusarent, pax haudquaquam futura videbatur. Ad postremum postulatum est, uti Genuenses patram auream (ubi regis pacem vellent) quot annis dono darent, de conditionibus ceteris facile conuenturum. Quod cum legati renuerent, dicerentq, se iniussu ciuitatis id pacisci non posse (re suspensa) missus est ab his cum mandatis qui, quidnam fieri Genuensibus placeret, sciscitaretur. Ea verò res magnas rursus ciuitati curas iniecit, ex altera parte pacis commodi, ex altera gloria iacturam aestimanti. Demum frequenti senatu coacto, publica quieti consulentes, eam conditionem (quum quidem pax haud aliter impetrari posset) recipendam esse censuerunt. Quod postquàm legatis renunciatū est (abiectis ceteris disceptationibus) pax in hæc verba conuenit. Pax, atque amicitia cum Alphonso rege Genuensibus firma, perpetuaq, posthac esto, bello ablata repetendi nemini partium ius competitum: nec regis hostes Genuensis populi, nec rex Genuensium hostes recipito, vllò ve commeatu adiuuato. Si quādo facto aliquo, bellum rursus inter eos exoriri contigerit, vtriusque ditionis homines, qui in alterius oppidis negotiantur, agant ve, eorum bona tuta, liberaq, finito, eorumq, exportandorum potestas esto. Ad hæc neq, rex Genuensibus, neque regi Genuenses, etiam si iusti belli causa intercesserit, nisi primum denuntiatione facta, bellum inferunto. Iura, ac priuilegia vltro, citroq, concessa vtraque pars religiosissime seruant: Genuenses videlicet, quæ regis ciuitatibus, ante Philippi dominatū:

minatū:

minatum: rex, quæ Genuensibus Neapolitani reges, ad Ladislai supremum diem concessissent, cœmendî, atq; exportandi frumenti, cæterarumq; frugum ex alternis oppidis quæ in alterius partis potestatem deuenissent, facultatem vtraq; pars permittito. In ijs oppidis, quæ in alterius partis potestatem deuenissent, in quibus pars altera iurus aliquid habere prætenderet, vtraque pars ius suum teneto. Nec tamen, si quæ eorum oppidorum oppidani ipsi voluntate dederet, ea recipi fas esto. Postremò Genuenses regi quot annis, dura viuat, honoris gratia pateram auream dono dato, ac Neapolim mirtunt. Hac, ita (vt conscripta erant) in regis conspectu recitata sunt: qui tum ex graui morbo conualescere cœperat. Quibus peractis, cum & rex ipse, & legati in ea verba iurassent, continuò inde discessum est: constitutoq; tempore, quo pax ipsa promulganda esset, legati cum bona regis venia Genuam reuersi sunt: atque, vt quæ egissent, à Senatu Genuensi rata haberentur, perfecerunt. Ea verò æstate, quæ secuta est, Alphonsus ad Populi Fontem haud præcul a Theano profectus est: eo quidem cōsilio, vt conuocatis eò quam primùm copijs, in Picenum reuerteretur, pontificis maximi rogatu: qui in Franciscum Sfortiam ex ea prouincia prorsus pelli, vt sibi libera, & quieta possessio relinqueretur, optabat. Intelligebat enim fore, vt Franciscus quæ sibi erepta fuerant, oppida breui recepturus foret: nisi eius conatibus confestim obuiam iretur. Nanque Frānciscus tum regis discessu, tum Nicolai clade elatus, iam vtiq; copijs superior prædabundus per Picenum liberè vagabatur, multosq; metu populos ad deditiōem compellebat. Adhunc Fontem, quem diximus, cuncti regni pro-

ceres, qui regem cum copijs sequi decreuissent, conuenire iussi sunt. In quibus venit Antonius, paterna stirpe Centilia, materna Vintimilius, cum equitibus trecentis: de quo ut aliquid differā, me in praesentia locus admonet. Namque hic eo ipso tempore, quo rex Neapolitano bello occupatus erat, Calabria Brutijsq, quos nunc vno nomine Calabros appellant, conflata ex priuatis facultatibus satis grandi pecunia, vniuersam eam prouinciam debellandam recepit, breuiq, maiore eius parte in deditione regis redacta, multam laudem promeruit. Ac demum Cosentinos, atq, alios plerosq, finitimos populos regis imperio parere ac praesidia admittere in oppida coegit. Is vero paucis post diebus, quam ad regem est profectus, cum clam accusatus esset, in cuiusdam ex aula principibus necem, qui erat regi carissimus, conspirasse, monitus ut regia ira cederet (rem palam esse) noctu cum paucis suorum, ne multitudo consilium proderet, neque die, neque nocte itinere intermisso, Cantanianum ditionis suae oppidum se recepit. Quod ubi in castris manere compertum est, admiratus rex illius factum peragere tulit. Idq, haud ferendum ratus, Neapolim quamprimum reuerti statuit, ac Lupum Vrrum, Vrsinum, Gartiam, Cabanellum, praestantes viros cum copijs in Picenam expeditionem mittere, qui cum Raimundo Buillo (qui ad flumen Humanum ultra Adriam progressus, copias coegerat, regis aduentum opperiens) se coniungerent ac pro pontifice, vno consensu bellum gererent. Quibus digressis, ipse Neapolim cum reliquis copijs, paucis post diebus reuersus est, eo consilio, ut si Antonius Centilia de quo diximus ad se non accederet, & contumax esse pergeret, ipse aduersus eum copias duceret.

Auccret. Lupus, Vrsinus, & Gartias simul atq; ad Raimundum peruenerunt, sese vnà cum eo itineri commiserunt. Cumq; iam in Picenū transgressuri essent, Raimundus per exploratores, quos in diuersa loca miserat, certior factus est, Franciscum Picinium Ad montem Vlmum ab hostibus superatum, captumq; esse. Quo nuntio, vt par erat, omnes perturbati, haud longius progredi deliberarūt, quòd hostem prater eas copias, quibus haud dubiè tū superior erat, etiam ob recentem victoriam nihil non ferociorem factum (id quod verisimile erat) existimabant. Quorum aduentu cognito Franciscus confestim post fusos hostes ad Truētum amnem instructo agmine aduentauit, eo consilio, vt vel transeantes arceret, vel iam transgressos inuaderet: vel si nulli apparerent hostes, in propinquos regni fines populabundus exercitū traiceret. Caterum nullis reperiis hostibus, cum insuper loca Piceno opposita validis praesidijs firmata circumspectaret, procedere ulterius destitit, quaq; venerat via, redijt. Qua re cognita, ductores regij retrocedendum arbitrati, in loca circunciecta diuerterunt. Inter hac Alphonsus Neapolim reuersus, de industria expectabat (ne quid per irā facere videretur) vt Antonius omiſſis ceteris cōsilijs, ad se purgandum accederet. Verum siue indignatione quadam animi succensus, siue quā alia causa ad regem proficisci recusauit. Quin etiam ditionis suae oppida, quae partim dotalia erant, partim à rege acceperat, raptim munire, frumenta conuehere, praesidia imponere, arma, ac milites comparare cepit, nec quicquam omnino praetermittebat, quod ad ea tuenda pertineret. Quibus quanquam magnopere rex offendebatur, nulloq; mo-

do committendum cēsebat, vt illius exemplo (vbi tantum scelus impune ferret) idem ceteris auderent, quorum essent ingenia leuiora & ad res nouādas propensa, vehementius tamen offensus est literis quibusdam ad se, ac Ferdinandum filium, paulo acerbius (vt ferebatur) scriptis. Quibus literis constituisse videbatur, quā sua ipsius pecunia, suisq; multis laboribus, ac periculis adeptus esset: quā ne teneret armis tueri, nec ea, se viuo, sibi a quoquam eripi passurum. Ferebatur quoque finitimos regni procures sollicitare. Quo factum est, vt rex haud per vicarium eam expeditionem sibi suscipiendam statuerit. Itaque admodum parua peditum manu, atque equitum celeriter comparata, in Brutios iter arripuit. Quod postquam vulgatum est eos qui Antonio clam fauebant, metus ingens cepit, atque a proposito abscedere coëgit. Alphonsus in Brutios profectus primo Luceronum oppidum, quod ab Antonio tenebatur, petijt, castrisq; positus, oppidanos metu consternatos, antequam oppugnare cōpisset (neque enim vim eius experiri sustinerunt) ad deditiōem cōpulit. Deinde ad Roccam Bernandam (quam vocant) continuatum est, in quo castello expugnando aliquantum laboris fuit, castellanis, atque ijs, quos praesidio miserat, ob naturalem situm, audacius repugnantibus. Cumq; obsidionem paucis aliquot diebus tolerassent, ad postremum desperato auxilio, ad eum diem frustra expectato, & ipsi deditiōem fecerunt. Rex inde continuato itinere Bellicastrum mouit: idq; nullo resistente, statim cepit. A Bellicastro Crotonem duxit, vt ipsam belli arcem oppugnaret. Quā vrbe Antonio adepta, reliquum bellum facile futurum intelligebat. Hac vrbs

Croto

Croto, aliquāto procul ab arce sita est: quæ olim in Calabria florētissima, duodecim millia passuum in circuitu habuisse traditur. parua nunc quidem, nec cultoribus admodum frequens. Sed quoniam mari vicina erat, vnde à Venetis commodè Antonio summitti auxilium poterat, hoc maior aliquanto eius vrbs expugnāda cura regem inceserat. Atqui huc Autonius militum suorum robur miserat: vrbsq; ipsius custodiam quibusdam ex ijs quos sibi fideliores existimabat, demandauerat. Ipse Catantianum (quod oppidum longè situ munitius erat atque opulentius) cum vxore, ac liberis, omniq; pretiosa suppellectile se receperat. Qui vt audiuit regem tot iam oppidis sibi propè vna excursione ereptis, Crotonem petisse, nec finitimorum quenquam pro se arma sumere, ex ijs, quos sibi adfuturos putarat, conturbari vehementer cœpit, atq; quòd huiusmodi consilium cepisset in primis dolere & angere. Perstitit nihilominus in proposito, venia (vt videbatur) desperata. Quod autem vnum poterat, Crotonienses occultè per literas, ac nuntios, item prasidiarios milites hortabatur, vt forti animo obsidionem ferrent. Id verò (quantum coniectari potuit) eum fefellit, de resistendo ab initio, cogitantem quòd regem, per vicariū aduersus se bellum gesturum putauerat. Cui quidem (quisquis is esset futurus) resistere se posse confidebat: quoniā multi in regio exercitu futuri essent, qui haud illum fortunæ euersum vellent: fore etiam aliquos è finitimis sperarat, qui absente rege arma corripere auderent: quos presentis metus, ac maiestas deterreret. Ad Crotonem rex sub urbem castra posuit. Quo viso oppidani, subito in muris armati apparuerunt, atque

in stationes distributi alias partes alij tuebantur: leuia dehinc praelia quotidie fere sunt fieri coepta. Cum autem res ad obsidionem spectare videretur (erat enim oppidum situ, ac mœnibus permunitum, & oppidani praterea ad obsistendum parati) rex quod eos maiore metu incusso, ad deditiōem cogeret, tormenta aenea Neapolim missis triremibus aduehi imperauit. Interim colloquendi cum hostibus occasione data, tentare clam coepit, si qua arte, aut cōsilio vrbe ipsa potiri posset. Erat in ea Bartolus Ceresarius patria Surrentinus: ceterum per vxorem, quā ibi ceperat, ciuis Crotonias factus, quem Antonius, illi fidens vrbi praefecerat: qui cum se, ob id meritum, grandem à rege gratiam promereri sciret, communicato cum paucis suorum consilio, regios noctu scalis clam in urbem accepit. Quod simul ac oppidani, & externi milites sensere, cum primum arma corripuissent, ad regis aduentum animis fractis, errati veniam armis positis petentes, atque in Antonium culpam conferentes, regi portas confestim aperuerunt, quibus pro sua clementia facile ignouit. Atque ita vrbs prater arcem recepta est. post hac arx tentari atque oppugnari coepta. Verum enimvero tormenta, sine quibus parum profici poterat (ob naturalem situm, praesidiumq₃, quod intus erat, validum) nondum conuecta fuerat: qua quidem longo maris, terrarumq₃ flexu agi oportebat. Quibus aduectis, atque arci oppositis in maiorem sollicitudinem, metumq₃ hostes inciderunt. Dum autem aliquanto acrius pugnaretur, Petrus Carbo, quem multis beneficijs sibi obstrictus Antonius arci praeposuerat, sagitta ictus est. Cumq₃ ob illud medicum è regijs castris requireret, rogatus rex

ad eum

ad eum ire permisit Saluatorem medicum, qui vulnus curaret: simul qui pollicitando eum ad arcis deditiōē alliceret. Cui cū tandem id persuāfisset, nullo propē tormentorum vsu arx recepta est. Quod postquam Antonio renūciatum est, omnem prorsus spem rerum suarum abiecit. Nam si quid opis sperare supero mari poterat, eam sibi viam penitus obstrusam videbat. Quod unum reliquum erat, Catantianum, quā minus erat natura tutum, munimenti operibus supplebat. Est verò id oppidum in monte situm, vndique accliuī, atque arduo: praterquam ab vna parte, quā facilior aditus erat: quo in loco arx de industria extructa fuerat. At verò Alphonsus Crotoniensi arce in potestatem redacta, eaq; valido praesidio firmata, Catantianum copias duxit: situq; oppidi perspecto sub montem castris positus, tormentisq; ad eam partem, quam infirmiore ostendimus obiectis obsidere oppidum cœpit. Antoniani per aduersum montem primò occurrentes tumultuosius deicere regios conati sunt. ceterum eorum conatus frustra fuerunt. Crebra tamen praelia, quāquam leuia, per singulos dies conferebantur. Sed indies minus spei obsessi habebant, cū regem ipsum praesentem intueretur, qui nisi expugnato oppido haud discessurus inde videretur: se verò, etiā si aliquādiu obsisterent, obsidionemq; protraherent, omni tamen propinqui & externi auxiliij spe destitutos, quòd neque Venetos, neque alios principes, vicinos ve populos ad eam diem precibus mouere potuissent, in regis potestatem necessariò peruenturos esse. Quā cū animo reputaret Antonius, quam prius spem in armis reposuerat, eam totā in regis humilitatem, ac misericordiam contulit, mandans

cum oppidanos, & milites, quos mercede conduxerat, timidiore factos videret. Mouebat quoque eum vehementius suorum periculum, in quos verebatur, ne rex per iram, capto oppido, grauius animaduerneret. Angebatur etiam amissione fortunarum, quas omnes in eum locum, vt diximus, conghesserat. Simul cogitabat oppidum ipsum, vt maximè ab aperta vi tutus esset, at certè à longa obsidione, ac fame aduersus regem tutum esse non posse, sibi verò tum spem nullam venia apud regem iratum fore. Hac inquam animo reputans mittere statuit, qui regi significaret, cupere se cum eo, si ita placeret, fide accepta, colloqui. Qui profectus in castra, protinus à rege repulsus est, affirmante non passurum Antoniū ad se ire, nisi se ille suaq; omnia suo arbitrio, ac potestati permitteret. Ex quo rursus Antonius in grauiiores curas incidit. Posthac vno è regis sacerdotibus ad eum proficisci permissio, quorundam precibus, quos eius calamitas mouerat, cum ex eo cognouisset, frustra à se tentari cetera consilia, regis immutabilem sententiam esse, adire regem, seq; eius voluntati, arbitrioq; permittere, & quò magis illum ad misericordiā flecteret, vxorem vnà secum (quod muliebris sexus ad mouendos animos efficacior est) ducere, nec vltimum casum expectare constituit. Profectus igitur cum vxore, in castra ad regis tabernaculum (cunctis rei euentum expectantibus) vt ad regem venit, supplex veniā orans, ad pedes eius procubuit. Vxor quoque genibus aduoluta, effusis lacrymis, pro viri salute orare vehementius cœpit. Qua calamitatis specie rex commotus illi vitam concessit. Catantiano, ac Trupia, qua oppida in illius potestate adhuc erant, cedere imperauit:

suppelle-

supellectileq³, omni, quam Catantiani haberent, exportari permissa, eum cum vxore, atque omni familia Neapolim abire iussit. Quæ cum obedienter fecisset, Antonius, missis, qui Trupiam regi traderent, cum suis Neapolim profectus est. Caterum Alphōsus recepto oppido, arceq³, prasidio firmata, Cosentiam cum copijs sese contulit eo consilio, vr Ioannem Nuceum, cuius maxime suasu Antonius aduersus eum contumax fuerat, qui & ipse regis imperium pertinaciter detractauerat, cum ab eo sapius in castra accersitus esset, in eadem adhuc contumacia perseuerantem opprimeret. Is verò Rendam oppidum, ac tria prætera castella, quæ à rege dono acceperat, tenebat. Cumq³, Cosentiam peruenisset, Americum Capaci comitem, Rendam, qui locus haud procul quatuor millibus passum inde aberat, cum parte equitatus primùm misit. Isq³, ad mille passus à Renda castra fecit. Ea nocte, quæ infecuta est, nonnulli oppidani Ioanni ob acceptas iniurias insensi, noctu clā ad regem profecti renūtiare oppidanos partim officio, ac regia maiestatis reuerentia, partim ob acceptas à Ioanne iniurias, paratos esse, si maiores copias eò mitteret, oppidum dedere. Quapropter rex Franciscum Siscatum, cuius viri virtutem egregiam prioribus bellis agnouerat, postridie cum peditibus mille eodem iussit contendere. Quæ cum Ioannes animaduerneret, priusquam vim experiretur, hortantibus amicis, quamquam agrè, relicta arce, adeundi regis consilium cepit, sese eius arbitrio, ac potestati summissurus. Qui cum vitæ diffidens, atq³, anxius perduceretur ad regem, qui receptæ arcis adhuc ignarus, cum reliquis copijs Rendā versus iter ingredi coperat, Frānciscum Barbauariam,

Philippi legatum virum ornatissimum, per eos dies ad regē profectum, fortè obuium habuit, qui hominis fortunam miseratus, quod erat gētis suae, illi à rege vitam impetrauit. Caterum multatus omnibus, quae tenebat, oppidis: toto prater ea regno excedere iussus est. Qui post mortem Philippi, ad quem se receperat, Franciscum Sfortiam, qui postea Mediolanense imperium sibi armis vindicauit, secutus, cum Alexandriam urbem fidei suae commissam Ludouico Sabaudia duci proderet, ad postremum in laqueum, quem per Alphonsi clementiam effugerat, intidit. Ea verò expeditio quarto postquam coepta fuerat mense, finita est. Post hac Iosias vnus è regni proceribus, qui aliquot oppida in ipso regni aditu tenebat, cum Adriam urbem, quae maiorum suorum olim fuerat, per proditorem recipere tentasset, nec res sibi ex sententia successisset, isq; postea Francisci Sfortiae copijs adiutus Adriam subito, atque improuiso petiisset, ea quoque oppugnatione frustra tentata, in propinqua sua ditionis oppida se recepit. Haec autem per hyemen ab eo tentata, quo anni tempore regia copia in hyberna concesserant, nec cogi facile poterant. Est enim omnis ea regio, propter Apennini iuga, perpetuis niuib, sed praecipue ijs temporibus, immersa, quae in illam sauiunt, frigoribus, caeliq; intemperie, vix incolis, atq; assuetis tolerabilis. Itaq; ineunte Vere, Vrsinus, quem seprà memorauimus, copijs omnibus ex hybernis euocatis quibus eum rex praefecerat, Bozam Iosia castellum petijt, idq; oppugnare (castris baud procul inde positus) aggressus est. Quod vbi Iosias agnouit coactis raptim Francisci equitibus, & quos potuit è popularibus suis, castra improuiso adortus re-

gios

gios fudit, fugauitq₃. Qua re audita Alphōsus, rē haudquaquam negligendam arbitratus, ne Iosias maiores Francisci copias in regni fines alliceret, simul v^t Ciuitellam, quod oppidum haud procul à Truento amne situm adhuc Francisco parebat, natura quidem, & opere munitum, in potestatē redigeret, eò cum copijs proficisci statuit. Cōparatisq₃ celeriter, quibus opus erat, ad urbem Therim constitit. Cuius aduentu cognito, Iosias conterritus, maximè quòd à Francisco per id temporis non multum iuuari poterat, propter pontificis maximi, ac Philippi copias Picenum agrum vexantes, regi conciliari per amicos curauit. Cū autem reconciliatione facta, equites q^{ui} quos Franciscus ad eum miserat, Truentum amnem petierunt, inde in Picenum transgressuri, in regium equitatum ignari inciderunt, à quo profligati, magnaq₃ ex parte capti sunt. Rex subinde ad Aterno amne motis castris, aduersus Truentū flumen profectus est, eo consilio v^t Ciuitella bellum inferret. Quod vbi patriarcha nuntiātū est, qui pro pontifice adhuc aduersus Franciscum bellum gerebat, confestim ad eum profectus, orauit, v^t copiarum partem in Picenum mitteret, ad belli reliquias persequendas. Cui cū assensus esset, loānem Vintimillium, cuius opera fideli ac forti superioribus bellis vsus fuerat (quem in Acarnaniam prouinciam profectum, v^t Carolo genero Acarnaniae principi, per id temporis à Turcis ebesso, opitularetur, suscepta expeditione, reuocarat) patriarcha discesso proficisci iussit. Post cuius discessionē, cum ipse in ijs locis permaneret: Ciuitella, deditibus oppidanis, prater arcem, recepta est. Quae quidē ex omnibus regni oppidis nouissima fuit, quae in regis potesta-

tem peruenerit. Subinde Alphōsus, arcis obsidione (erat enim munitissima & situ, & opere: diuq; obsidionem latura videbatur) Raimundo Buillo delegata: missōq; Berengario Harilio cum parte equitatus ad Ioannem Vintimillium, ipse Neapolim redijt. Raimundus ante omnia (arcis oppugnatione tentata) cum nihil proficeret, tantum ne quis ingredi, egredine aut comineatus quicquam importare posset, attentissima cura prouidebat. Cuius rei tadio affecti, qui arcem tuebantur, praesertim expectato ne quicquam à Francisco tot diebus auxilio, deditioem fecerunt. Qua recepta, ac praesidio firmata, Raimundus Adriam copias reduxit. Et iam Patriarcha post profectum ad se Ioannem Vintimillium, Aufidum oppidum, quod ab eo obsidebatur, percussis maiore metu oppidanis propter auctas hostiū vires, in deditioem acceperat. Quoq; viri eius opera fortiori vteretur, eum pontificis iussu, copijs omnibus praefecit. Post id Ioannes patriarchae consensu motis castris, ad Ripam Transentam (id est nomen oppido) nullo hostium obuiam facto duxit. Atque inde digressus inter Rotilium, ac Solitem oppida castra fecit, composito vsque agmine iter faciens, quasi hostis in conspectu foret. Eò autem eo cōsilio profectus est, vt exproiretur, an posset eluso hoste, ad Philippi copias, quæ praerat Italianus Furlanus, aut ipse Italianus ad se transire, vt coniunctis copijs Frāciscum aggredierentur, cui singuli pares esse non possent. Quam rē Franciscus coniectura suspicatus, media protinus loca de industria occupabat: eorumq; conatus quocunque mouebant, frustra: ur. Sextis castris cum sub Montem Eripetum consedisset Sancti Victoris oppidum, cum castellis plerisque

hic, pontificis maximi nomine in deditio-
 nem absque ~~causa~~ sine recepit. Caterum cum intueretur,
 frustra à se tentari ad altera castra aditum pro-
 pter Francisci vigilantiam, cōuerso itinere, ad Ripam
 Transentam retrocedere cum exercitu (id consilium
 patriarcha approbante) constituit; eo animo, ut per
 montana, procul ab hoste, ad Italianū euaderet. Cumq;
 ibi castrametatus esset, Campeselonites, ac Tedonates;
 qui Romani pōtificis imperium pertinacius detrecta-
 bant, expugnauit ac diripuit; quominus finitimi, in-
 iecto metu, resisterent. Cumq; ei nuntiatum esset, Frā-
 ciscum cum omnibus copijs eo dimicandi animo con-
 tendere, castra diligenter munit, dimissis paulo lon-
 gius à castris speculatoribus per quos eius aduentum
 certo cognosceret, ne imparatos offenderet. Caterum
 Vanus is rumor fuit. Itaq; inde mouit, octauisq; castris
 Ausidum reuersus est: indeq; postridie ad Truentum
 animum mouit: castruq; in fluminis ripa positu, substi-
 tit. Franciscus autem, ut hostes retrocessisse agnouit;
 nihilominus tamen in suscepto consilio permansit, ut
 scilicet inter bina castra medius sederet, neutram par-
 tem insequēs, sed tantum id agens ut neutri alteri cō-
 iungi possent. Re ad consilium perlata, cum quidem;
 quānam via cum copijs ad Italianum tutius perueniri
 posset, consultaretur, variabant ductorum sententia.
 Alij nāque peditatus, & equitatus florem, triremibus
 regijs, quæ inde haud longè aberant (inutiliore turba;
 atque impedimentis relictis) traducendum censebant:
 quoniam paruo maris tractu ab Italiano distarent: at-
 que ita absq; periculo iungi posse. Alijs sub urbem Fir-
 mū ipsū equitatus, ac peditatus robur, instructū

Dum hac in Piceno aguntur, rex Adriam, atque inde ad Ciuitatem Apenninam profectus, Theramitana arcis cura non abiecta, Raimundum Buillum praestantem virum, cum ijs, quibus praerat copijs, ad arcem obsidendam ire iussit. Ceterisq; copijs in hyberna, in loca circumiecta dimissis, ipse Neapolim redijt. Raimundus Theramum, vti iussus erat, profectus, atq; ab oppidanis in urbem haud cunctanter receptus, ante omnia, quod omnem auxilij spem obsessis adimeret, arcem ipsam circumvallauit, non ab interiori modo, verum ab exteriori quoq; urbis parte haud modica latitudinis fossa perducta, praesidiaq; circa eam, vbicunque opus esse videbatur, disposuit, qua neque egredi quenquam, ingrediuè, neque vllum commeatum genus inferri paterentur, retatis interim frustra ceteris artibus, si qua expugnari ipsa arx posset. Sed erat & naturali situ, & opere permunita, atque ideo nec vi, nec operibus expugnabilis. Per hunc modum supra duos menses circumfessi, ad extremum cogente famis metu, cum auxilium desperarent, quod à se tam diu nequicquam expectatum viderant, Raimundo arcem dederunt, salutem suam, ac fortunarum pacti. Quae recepta, praesidioq; valido firmata, Raimundus Adriam copias reduxit, atq; ibi hyemis reliquum quieuit. Vt autem ad rem Genuensem redeat, rege Truentum amnem transgresso, per Apennini iuga, qua iter est Nursiam, primo in Hettruriam, atque inde Genuam peruasi, prius Rapphaele Adarnio, qui tum princeps Genuensem remp. obtinebat, ijs de rebus, quas egeram, literis certiore facto. Quibus ille cognitis Ioannem Federicum, qui se regis amicum profitebatur (quanquam multis amico-

ram

rum dissuadentibus) Neapolim confestim ad regē misit. Cui cū mandata exposuisset, ei vti legatos Genuā mitteret, persuasit. Satisfacturos ei reliqua Genuenses maxime Raphaëlis ducis opera, qui pacē amicitiamq; eius vehementer expeteret. In id à rege delecti Caraffellus Caraffa, ac Ioannes Tudiscus cum mandatis Genuam profecti sunt. Cumq; de pace agere cœpissent, atq; in id potissimum instarent, vt regis dignitati atq; honori in primis consulerent, multa proposuerunt, & illud ante omnia, vt Genuenses in eius turris fastigio, qua pratoria domui coharebat, signa regia, vti antea, diebus festis tollerent. Quod cū non reciperetur à Genuensibus, cogitandam aliam quampiam regis placandi rationem duxerant. Quod cū Neapoli, vbi rex esset melius fieri posse visum esset, Baptista Goanus Iuris cōsultus, ac Baptista Lomelinus vir integritatis ac prudentia laude clarus, legati ad regem iam multò antè designati, vt diximus, vnà cum regijs legatis longis nauibus inuecti, prospera nauigatione Puteolos perueniunt. Quibus ipse comes datus sum vt essem, qui pro rep. nostra, qua de pace essent conficienda literis proderem. Erat tum fortè rex haud procul venandi studio profectus, qui vt audiuit legatos aduentasse, latus eonuncio, manere eos Puteolis iussit, donec Neapolim reuerteretur, pramissis interim, qui illis domum & lauria prepararent. Qua postquam parata esse cognouit (ipso enim alia via praeierat) Legati Neapolim accersiti sunt, profectiq; in arcem regiam comiter, ac benignè à rege suscepti sunt, eoq; dūtaxat salutato, ac magnificis verbis ornato, nihil aliud eo die egerunt. Post de pace agi cœptum, in quo aliquandiu de conditioni-

bus disceptatum est in eo maxime, quod ad resarciendum regium decus pertinebat, contentio vehemens, multa siquidem in id à rege postulata sunt. Quae cum legati recusarent, pax haudquaquam futura videbatur. Ad postremum postulatum est, uti Genuenses patriam auream (ubi regis pacem vellent) quotannis dono darent, de conditionibus ceteris facile conuenturum. Quod cum legati renuerent, dicerentque, se iniussu civitatis id pacisci non posse (re suspensa) missus est ab his cum mandatis qui, quidnam fieri Genuensibus placeret, sciscitaretur. Ea verò res magnas rursus civitati curas iniecit, ex altera parte pacis commoda, ex altera gloria iacturam aestimanti. Demum frequenti senatu coacto, publicae quieti consulentes, eam conditionem (quum quidem pax haud aliter impetrari posset) recipendam esse censuerunt. Quod postquam legatis renuntiatum est (abiectis ceteris disceptationibus) pax in haec verba conuenit. Pax, atque amicitia cum Alphonso rege Genuensibus firma, perpetuaque posthac esto, bello ablata repetendi nemini partium ius competitum: nec regis hostes Genuensis populi, nec rex Genuensium hostes recipito, vllò ve commeatu adiuuato. Si quando facto aliquo, bellum rursus inter eos exoriri contigerit, utriusque ditionis homines, qui in alterius oppidis negotiantur, agant ve, eorum bona tuta, liberaque, finito, eorumque exportandorum potestas esto. Ad haec neque rex Genuensibus, neque regi Genuenses, etiam si iusti belli causa intercesserit, nisi primum denuntiatione facta, bellum inferunto. Iura, ac priuilegia vtrò, citroque concessa utraque pars religiosissime seruant: Genuenses videlicet, quae regis civitatibus, ante Philippi dominatum:

minatum: rex, quæ Genuensibus Neapolitani reges, ad Ladislai supremum diem concessissent, cœmendî, atq; exportandi frumenti, caterarumq; frugum ex alternis oppidis quæ in alterius partis potestatem deuenissent, facultatem utraq; pars permittito. In ijs oppidis, quæ in alterius partis potestatem deuenissent, in quibus pars altera iuris aliquid habere prætenderet, utraque pars ius suum teneto. Nec tamen, si quæ eorum oppidorum oppidani ipsi voluntate dederēt, ea recipi fas esto. Postremò Genuenses regi quot annis, dum viuat, honoris gratia paterā auream dono dāto, ac Neapolim mittunt. Hac, ita (ut conscripta erant) in regis conspectu recitata sunt: qui tum ex graui morbo conualescere cœperat. Quibus peractis, cum & rex ipse, & legati in ea verba iurassent, continuò inde discessum est: constitutoq; tempore, quo pax ipsa promulgāda esset, legati cum bona regis venia Genuam reuersi sunt: atque, ut quæ egissent, a Senatu Genuensi rata haberentur, perfecerunt. Ea verò æstate, quæ secuta est, Alphonsus ad Populi Fontem haud procul a Theano profectus est: eo quidem cōsilio, ut conuocatis eò quam primùm copijs, in Picenum reuerteretur, pontificis maximi rogatu: qui in Franciscum Sfortiam ex ea prouincia prorsus pelli, ut sibi libera, & quieta possessio relinqueretur, optabat. Intelligebat enim fore, ut Franciscus quæ sibi erepta fuerant, oppida breui recepturus foret: nisi eius conatibus confestim obuiam iretur. Nanque Frānciscus tum regis discessu, tum Nicolai clade elatus, iam utiq; copijs superior prædabundus per Picenum liberè vagabatur, multosq; metu populos ad deditionē compellebat. Adhunc Fontem, quem diximus, cuncti regni pro-

ceres, qui regem cum copijs sequi decreuissent, conuenire iussi sunt. In quibus venit Antonius, paterna stirpe Centilia, materna Vintimilius, cum equitibus trecentis: de quo ut aliquid differam, me in praesentia locus admonet. Namque hic eo ipso tempore, quo rex Neapolitano bello occupatus erat, Calabria Brutysq, quos nunc vno nomine Calabros appellant, conflata ex priuatis facultatibus satis grandi pecunia, vniuersam eam prouinciam debellandam recepit, breuiq, maiore eius parte in ditione regis redacta, multam laudem promeruit. Ac demum Cosentinos, atq, alios plerosq, finitimos populos regis imperio parere ac praesidia admittere in oppida coegit. Is vero paucis post diebus, quam ad regem est profectus, cum clam accusatus esset, in cuiusdam ex aula principibus necem, qui erat regi carissimus, conspirasse, monitus ut regia ira cederet (rem palam esse) noctu cum paucis suorum, ne multitudo consilium prodideret, neque die, neque nocte itinere intermisso, Cantanianum ditionis suae oppidum se recepit. Quod ubi in castris manere compertum est, admiratus rex illius factum peragere tulit. Idq, haud ferendum ratus, Neapolim quamprimum reuerti statuit, ac Lupum Vrrum, Vrsinum, Gartiam, Cabanellum, praestantes viros cum copijs in Picenam expeditionem mittere, qui cum Raimundo Buillo (qui ad flumen Humanum ultra Adriam progressus, copias coegerat, regis aduentum opperiens) se coniungerent ac pro pontifice, vno consensu bellum gererent. Quibus digressis, ipse Neapolim cum reliquis copijs, paucis post diebus reuersus est, eo consilio, ut si Antonius Centilia de quo diximus ad se non accederet, & contumax esse pergeret, ipse aduersus eum copias duceret.

Duccret. Lupus, Vrsinus, & Gartias simul atq; ad Raimundum peruenerunt, sese vnà cum eo itineri commiserunt. Cumq; iam in Picenū transgressuri essent, Raimundus per exploratores, quos in diuersa loca miserat, certior factus est, Franciscum Picinium Ad montem Vlmum ab hostibus superatum, captumq; esse. Quo nuntio, ut par erat, omnes perturbati, haud longius progredi deliberarūt, quòd hostem prater eas copias, quibus haud dubiè tum superior erat, etiam ob recentem victoriam nihil non ferociorem factum (id quod verisimile erat) existimabant. Quorum aduentu cognito Franciscus confestim post fusos hostes ad Truētum amnem instructo agmine aduentauit, eo consilio, ut vel transerentes arceret, vel iam transgressos inuaderet: vel si nulli apparerent hostes, in propinquos regni fines populabundus exercitū trañceret. Caterum nullis re-pertis hostibus, cum insuper loca Piceno opposita validis praesidijs firmata circumspiceret, procedere ulterius destitit, quaq; venerat via, redijt. Qua re cognita, ductores regij retrocedendum arbitrati, in loca circuniec-ta diuerterunt. Inter hac Alphonsus Neapolim reuersus, de industria expectabat (ne quid per irā facere videretur) uti Antonius omiſſis ceteris cōsilijs, ad se purgandum accederet. Verum siue indignatione quadam animi succensus, siue quā alia causa ad regem proficisci recusauit. Quin etiam ditionis sua oppida, quae partim dotalia erant, partim à rege acceperat, raptim munire, frumenta conuehere, praesidia imponere, arma, ac milites comparare coepit, nec quicquam omnino praetermittebat, quod ad ea tuenda pertineret. Quibus quanquam magnopere rex offendebatur, nulloq; mo-

do committendum cēsebat, vt illius exemplo (vbi tantum scelus impune ferret) idem ceteris auderent, quorum essent ingenia leuiora & ad res nouādas propensa, vehementius tamen offensus est literis quibusdam ad se, ac Ferdinandum filium, paulo acerbius (vt ferebatur) scriptis. Quibus literis constituisse videbatur, quae sua ipsius pecunia, suisq; multis laboribus, ac periculis adeptus esset: quae ne teneret armis tueri, nec ea, se viuo, sibi a quoquam eripi passurum. Ferebatur quoque finitimos regni procures sollicitare. Quo factum est, vt rex haud per vicarium eam expeditionem sibi suscipiendam statuerit. Itaque admodum parua peditum manu, atque equitum celeriter comparata, in Brutios iter arripuit. Quod postquam vulgatum est eos qui Antonio clam fauebant, metus ingens cepit, atque a proposito abscedere coëgit. Alphonsus in Brutios profectus primo Luceronum oppidum, quod ab Antonio tenebatur, petijt, castrisq; positis, oppidanos metu consternatos, antequam oppugnare cœpisset (neque enim vim eius experiri sustinerunt) ad deditionem cōpulit. Deinde ad Roccam Bernandam (quam vocant) continuatum est, in quo castello expugnando aliquantum laboris fuit, castellanis, atque ijs, quos praesidio miserat, ob naturalem situm, audacius repugnantibus. Cumq; obsidionem paucis aliquot diebus tolerassent, ad postremum desperato auxilio, ad eum diem frustra expectato, & ipsi deditionem fecerunt. Rex inde continuato itinere Bellicastrum mouit: idq; nullo resistente, statim cepit. A Bellicastro Crotonem duxit, vt ipsam belli arcem oppugnaret. Qua vrbe Antonio adepta, reliquum bellum facile futurum intelligebat. Hac vrbs

Croto

Croto, aliquāto procul ab arce sita est: qua olim in Calabris florentissima, duodecim millia passuum in circuitu habuisse traditur. parua nunc quidem, nec cultoribus admodum frequens. Sed quoniam mari vicina erat, vnde a Venetis commode Antonio summitti auxilium poterat, hoc maior aliquanto eius urbis expugnanda cura regem inceserat. Atqui huc Autonius militum suorum robur miserat: urbisq; ipsius custodiam quibusdam ex ijs quos sibi fideliores existimabat, demandauerat. Ipse Catantianum (quod oppidum longè situ munitius erat atque opulentius) cum vxore, ac liberis, omniq; pretiosa suppellectile se receperat. Qui vt audiuit regem tot iam oppidis sibi prope vna excursione ereptis, Crotonem petisse, nec finitimorum quenquam pro se arma sumere, ex ijs, quos sibi adfuturos putarat, conturbari vehementer cepit, atq; quòd huiusmodi consilium cepisset in primis dolere & angere. Perstitit nihilominus in proposito, venia (vt videbatur) desperata. Quod autem vnum poterat, Crotonienses occultè per literas, ac nuntios, item praesidiarios milites hortabatur, vt forti animo obsidionem ferrent. Id verò (quantum coniectari potuit) eum fefellit, de resistendo ab initio, cogitantem quòd regem, per vicariū aduersus se bellum gesturum putauerat. Cui quidem (quisquis is esset futurus) resistere se posse confidebat: quoniam multi in regio exercitu futuri essent, qui haud illum fortunis euersum vellent: fore etiam aliquos è finitimis sperarat, qui absente rege arma corripere auderent: quos praesentis metus, ac maiestas deterreret. Ad Crotonem rex sub urbem castra posuit. Quo viso oppidani, subito in muris armati apparuerunt, atque

in stationes distributi alias partes alij tuebantur: leuia dehinc praelia quotidie fere sunt fieri coepta. Cum autem res ad obsidionem spectare videretur (erat enim oppidum situ, ac mœnibus permunitum, & oppidani praterea ad obsistendum parati) rex quò eos maiore metu incusso, ad deditiorem cogeret, tormenta aenea Neapolim missis triremibus aduehi imperauit. Interim colloquendi cum hostibus occasione data, tentare clam coepit, si qua arte, aut cõsilio vrbe ipsa potiri posset. Erat in ea Bartolus Ceresarius patria Surrentinus: ceterum per vxorem, quã ibi ceperat, ciuis Crotonias factus, quem Antonius, illi fidens vrbi praefecerat: qui cum se, ob id meritum, grandem à rege gratiam promereri sciret, communicato cum paucis suorum consilio, regios noctu scalis clam in urbem accepit. Quod simul ac oppidani, & externi milites sensere, cum primum arma corripuissent, ad regis aduentum animis fractis, errati veniam armis positis petentes, atque in Antonium culpam conferentes, regi portas confestim aperuerunt, quibus pro sua clementia facile ignouit. Atque ita vrbs prater arcem recepta est. post hac arx tentari atque oppugnari coepta. Verum enimvero tormenta, sine quibus parum profici poterat (ob naturalem situm, praesidiumq, quod intus erat, validum) nondum conuecta fuerat: qua quidem lōgo maris, terrarumq, flexu agi oportebat. Quibus aduectis, atque arci oppositis in maiorem solitudinem, metumq, hostes inciderunt. Dum autem aliquanto acrius pugnaretur, Petrus Carbo, quem multis beneficijs sibi obstrictus Antonius arci praeposuerat, sagitta ictus est. Cumq, ob id medicum è regijs castris requireret, rogatus rex ad eum

ad eum ire permisit Saluatorem medicum, qui vulnus curaret: simul qui pollicitando eum ad arcis deditiōē alliceret. Cui cū tandem id persuāsisset, nullo propē tormentorum vsu arx recepta est. Quod postquam Antonio renūciatum est, omnem prorsus spem rerum suarum abiicit. Nam si quid opis sperare supero mari poterat, eam sibi viam penitus obstrusam videbat. Quod vnum reliquum erat, Catantianum, quā minus erat natura tutum, munimenti operibus supplebat. Est verò id oppidum in monte situm, vndique accliuī, atque arduo: praterquam ab vna parte, quā facilius aditus erat: quo in loco arx de industria extructa fuerat. At verò Alphonsus Crotoniensi arce in potestatem redacta, eaq; valido praesidio firmata, Catantianum copias duxit: situq; oppidi perspecto sub montem castris positus, tormentisq; ad eam partem, quam infirmiolem ostendimus obiectis obsidere oppidum cœpit. Antoniani per aduersum montem primò occurrentes tumultuosius deicere regios conati sunt. ceterum eorum conatus frustra fuerunt. Crebra tamen praelia, quāquam leuia, per singulos dies conferebantur. Sed indies minus spei obfessi habebant, cū regem ipsum praesentem intueretur, qui nisi expugnato oppido haud discessurus inde videretur: se verò, etiā si aliquādiu obsisterent, obsidionemq; protraherent, omni tamen propinqui & externi auxiliij spe destitutos, quòd neque Venetos, neque alios principes, vicinos ve populos ad eam diem precibus mouere potuissent, in regis potestatem necessariò peruenturos esse. Quā cū animo reputaret Antonius, quam prius spem in armis reposuerat, eam totā in regis humanitatem, ac misericordiam contulit, in animo

cum oppidanos, & milites, quos mercede conduxerat, timidiore factos videret. Mouebat quoque eum vehementius suorum periculum, in quos verebatur, ne rex per iram, capto oppido, grauius animaduerneret. Angebatur etiam amissione fortunarum, quas omnes in eum locum, vt diximus, congesserat. Simul cogitabat oppidum ipsum, vt maximè ab aperta vi tutus esset, at certè à longa obsidione, ac fame aduersus regem tutum esse non posse, sibi verò tum spem nullam venia apud regem iratum fore. Hac inquā animo reputans mittere statuit, qui regi significaret, cupere se cum eo, si ita placeret, fide accepta, colloqui. Qui profectus in castra, protinus à rege repulsus est, affirmante non passurum Antoniū ad se ire, nisi se ille suaq; omnia suo arbitrio, ac potestati permitteret. Ex quo rursus Antonius in grauiore curas incidit. Posthac vno è regis sacerdotibus ad eum proficisci permissis, quorundam precibus, quos eius calamitas mouerat, cum ex eo cognouisset, frustra à se tentari cetera consilia, regis immutabilem sententiam esse, adire regem, seq; eius voluntati, arbitrioq; permittere, & quò magis illum ad misericordiā flecteret, vxorem vnā secum (quò muliebris sexus ad mouendos animos efficacior est) ducere, nec vltimum casum expectare constituit. Profectus igitur cum vxore, in castra ad regis tabernaculum (cunctis rei euentum expectantibus) vt ad regem venit, supplex veniā orans, ad pedes eius procubuit. Vxor quoque genibus aduoluta, effusis lacrymis, pro viri salute orare vehementius cœpit. Qua calamitatis specie rex commotus illi vitam concessit. Catantiano, ac Trupia, quæ oppida in illius potestate adhuc erant, cedere imperauit:

suppelle-

supellectileq³, omni, quam Catantiani haberent, exportari permissa, eum cum vxore, atque omni familia Neapolim abire iussit. Quæ cum obedienter fecisset, Antonius, missis, qui Trupiam regi traderent, cum suis Neapolim profectus est. Caterum Alphōsus recepto oppido, arceq³, prasidio firmata, Cosentiam cum copijs sese contulit eo consilio, vt Ioannem Nuceum, cuius maxime suasu Antonius aduersus eum contumax fuerat, qui & ipse regis imperium pertinaciter detractauerat, cum ab eo sapius in castra accersitus esset, in eadem adhuc contumacia perseuerantem opprimeret. Is verò Rendam oppidum, ac tria præterea castella, quæ à rege dono acceperat, tenebat. Cumq³, Cosentiam peruenisset, Americum Capaci comitem, Rendam, qui locus haud procul quatuor millibus passum inde aberat, cum parte equitatus primùm misit. Isq³, ad mille passus à Renda castra fecit. Ea nocte, quæ infecuta est, nonnulli oppidani Ioanni ob acceptas iniurias insensi, noctu clā ad regem profecti renūtiare oppidanos partim officio, ac regia maiestatis reuerentia, partim ob acceptas à Ioanne iniurias, paratos esse, si maiores copias eò mitteret, oppidum dedere. Quapropter rex Franciscum Siscarum, cuius viri virtutem egregiam prioribus bellis agnouerat, postridie cum peditibus mille eodem iussit contendere. Quæ cum Ioannes animaduerneret, priusquam vim experiretur, hortantibus amicis, quamquam agrè, relicta arce, adeundi regis consilium cepit, sese eius arbitrio, ac potestati summissurus. Qui cum vita diffidens, atq³, anxius perduceretur ad regem, qui receptæ arcis adhuc ignarus, cum reliquis copijs Rendā versus iter ingredi cæperat, Frānciscum Barbauariam,

Philippi legatum virum ornatissimum, per eos dies ad regem profectum, fortè obuium habuit, qui hominis fortunam miseratus, quòd erat gētis suae, illi à rege vitam impetrauit. Caterum multatus omnibus, quae tenebat, oppidis: toto prater ea regno excedere iussus est. Qui post mortem Philippi, ad quem se receperat, Franciscum Sfortiam, qui postea Mediolanense imperium sibi armis vindicauit, secutus, cum Alexandriam urbem fidei suae commissam Ludouico Sabaudia duci proderet, ad postremum in laqueum, quem per Alphonsi clementiam effugerat, intidit. Ea verò expeditio quarto postquam coepta fuerat mense, finita est. Post hac Iosias vnus è regni proceribus, qui aliquot oppida in ipso regni aditu tenebat, cum Adriam urbem, quae maiorum suorum olim fuerat, per proditionem recipere tentasset, nec res sibi ex sententia successisset, isq; postea Francisci Sfortiae copijs adiutus Adriam subito, atque improuiso perijisset, ea quoque oppugnatione frustra tentata, in propinqua sua ditionis oppida se recepit. Haec autem per hyemen ab eo tentata, quo anni tempore regia copia in hyberna concesserant, nec cogi facile poterant. Est enim omnis ea regio, propter Apennini iuga, perpetuis niuibus, sed praecipue ijs temporibus, immersa, quae in illam sauiunt, frigoribus, caeliq; intemperie, vix incolis, atq; assuetis tolerabilis. Itaq; ineunte Vere, Vrsinus, quem seprà memorauimus, copijs omnibus ex hybernis euocatis quibus eum rex praefecerat, Bozam Iosiae castellum petijt, idq; oppugnare (castris haud procul inde positis) aggressus est. Quod vbi Iosias agnouit coactis raptim Francisci equitibus, & quos potuit è popularibus suis, castra improuiso adortus re-

gios

gios fudit, fugauitq₃. Qua re audita Alphōsus, rē haudquaquam negligendam arbitratus, ne Iosias maiores Francisci copias in regni fines alliceret, simul v^t Ciuitellam, quod oppidum haud procul à Truento amne situm adhuc Francisco parebat, natura quidem, & opere munitum, in potestatem redigeret, eò cum copijs proficisci statuit. Cōparatisq₃ celeriter, quibus opus erat, ad urbem Thetim constitit. Cuius aduentu cognito, Iosias conterritus, maximè quòd à Francisco per id temporis non multum iuuari poterat, propter pontificis maximi, ac Philippi copias Picenum agrum vexantes, regi conciliari per amicos curauit. Cùm autem reconciliatione facta, equites ij quos Franciscus ad eum miserat, Truentum amnem petierunt, inde in Picenum transgressuri, in regium equitatum ignari inciderunt, à quo profligati, magnaq₃ ex parte capri sunt. Rex subinde ad Aterno amne motis castris, aduersus Truentū flumen profectus est, eo consilio v^t Ciuitella bellum inferret. Quod vbi patriarcha nuntiātū est, qui pro pontifice adhuc aduersus Franciscum bellum gerebat, confestim ad eum profectus, orauit, v^t copiarum partem in Picenum mitteret, ad belli reliquias persequendas. Cui cùm assensus esset, Ioānem Vintimillium, cuius opera fideli ac forti superioribus bellis vsus fuerat (quem in Acarnaniam prouinciam profectum, v^t Carolo genero Acarnania principi, per id temporis à Turcis ebesso, opitularetur, suscepta expeditione, reuocarat) patriarcha discesso proficisci iussit. Post cuius discessionē, cum ipse in ijs locis permaneret: Ciuitella, deditibus oppidanis, prater arcem, recepta est. Qua quidē ex omnibus regni oppidis nouissima fuit, qua in regis potesta-

tem peruenerit. Subinde Alphōsius, arcis obsidione (erat enim munitissima & situ, & opere: diuq; obsidionem latura videbatur) Raimundo Buillo delegata: missoq; Berengario Harilio cum parte equitatus ad Ioannem Vintimillium, ipse Neapolim redijt. Raimundus ante omnia (arcis oppugnatione tentata) cum nihil proficeret, tantum ne quis ingredi, egredire aut commeatus quicquam importare posset, attentissima cura prouidebat. Cuius rei radio affecti, qui arcem tuebantur, praesertim expectato nequicquam à Francisco tot diebus auxilio, deditioem fecerunt. Qua recepta, ac praesidio firmata, Raimundus Adriam copias reduxit. Et iam Patriarcha post profectum ad se Ioannem Vintimillium, Aufidum oppidum, quod ab eo obsidebatur, perculsis maiore metu oppidanis propter auctas hostiū vires, in deditioem acceperat. Quoq; viri eius opera fortiori vteretur, eum pontificis iussu, copijs omnibus praefecit. Post id Ioannes patriarcha consensu motis castris, ad Ripam Transentam (id est nomen oppido) nullo hostium obuiam facto duxit. Atque inde digressus inter Rotilium, ac Solitem oppida castra fecit, composito vsque agmine iter faciens, quasi hostis in conspectu foret. Eo autem eo cōsilio profectus est, vt expiriretur, an posset eluso hoste, ad Philippi copias, quae praerat Italianus Furlanus, aut ipse Italianus ad se transire, vt coniunctis copijs Frānciscum aggredierentur, cui singuli pares esse non possent. Quam rē Franciscus coniectura suspicatus, media protinus loca de industria occupabat: eorumq; conatus quocunque mouebant, frustrabatur. Sextis castris cum sub Montem Eripetum confedisset Sancti Victoris oppidum, cum castellis ple-

risque

risque finitimis, pontificis maximi nomine in deditio-
nem absque certamine recepit. Caterum cum intueretur,
fustra à se tentari ad altera castra aditum pro-
pter Francisci vigilantiam, cōuerso itinere, ad Ripam
Transentam retrocedere cum exercitu (id consilium
patriarcha approbante) constituit; eo animo, ut per
montana, procul ab hoste, ad Italianū euaderet. Cumq;
ibi castrametatus esset, Campeselonites, ac Tedonates;
qui Romani pōtificis imperium pertinacius derecta-
bant, expugnauit ac diripuit; quominus finitimi, in-
iecto metu, resisterent. Cumq; ei nuntiatum esset, Frā-
nciscum cum omnibus copijs eo dimicandi animo con-
tendere, castra diligenter munit, dimissis paulo lon-
gius à castris speculatoribus per quos eius aduentum
certo cognosceret, ne imparatos offenderet. Caterum
vanus is rumor fuit. Itaq; inde mouit, octauūq; castris
Aufidum reuersus est: indeq; postridie ad Truentum
animum mouit: castrūq; in fluminis ripa positū, substi-
tit. Franciscus autem, ut hostes retrocessisse agnouit;
nihilominus tamen in suscepto consilio permansit, ut
scilicet inter bina castra medius sederet, neutram par-
tem insequēs, sed tantum id agens ut neutri alteri cō-
iungi possent. Re ad consilium perlata, cum quidem;
quānam via cum copijs ad Italianum tutius perueniri
posset, consultaretur, variabant ductorum sententia.
Alij nāque peditatus, & equitatus florem, triremibus
regijs, quæ inde haud longè aberant (inutiliore turba,
atque impedimentis relictis) traducendum censebant:
quoniam paruo maris tractu ab Italiano distarent: at-
que ita absq; periculo iungi posse. Alijs sub urbem Fir-
mū ipsū equitatus, ac peditatus robur, instructū

agmine agi placebat. Verum hoc consilium haudquam tutum videbatur. Primum quod Alexander Francisci frater, eorum per exploratores itinere cognito qui DCCC. equitibus praeerat, facile vexare agmen a tergo poterat: atque eousque pugnando, lacecendoque, distinguere hostem, quoad Franciscus cum reliquis copiis accurrens medios opprimeret, terrorem nocte augente, a fronte, simul & a tergo circumuentos: praesertim cum hostibus copiarum numero longe impares futuri essent. Quibus, quando fortuna etiam benignitate id contigisset, ut absque detrimento (nullo reperto hoste) coniungerentur: quemnam equitum usum fore praesertim cum hostibus copiarum numero longe superioribus sine tentorijs, sine ministris, sine sarcinis. Ioannis vero consilium fuit, ut itinere longiore, ceterum eodem tutiore, per Apennini montana exercitus duceretur. Posse enim ea cum impedimentis, atque omni exercitu (inuitis hostibus) tuto euadi. Cuius consilium cum plures approbassent, Asculum versus perrexit, atque inde per Apenninum colle transmissis, quae Sibylla accola appetant, in campis Nursiae, late patenti planitie, consedit, atque inde continuato itinere, in Fulginatam contendit, cuius profectionem cum haud amplius a se impedi-ri posse Franciscus agnosceret, qui hostes abeundi consilio retrocessisse existimarat, consilij poenitens, quod praelij fortunam non tentasset, e Piceno excedere, priusquam tanta copia coniungerentur decreuit, ne sibi postea, cum vellet, discedere integrum non esset, ne ve aut obsidionem pari (quod sibi turpe ad famam hominum ducebat) aut certe necessario depugnare cogeretur. At Ioannes Matelicam versus arrepto itinere in Cinguli fi-

res,

hies, quibus in locis Italianus cum copijs erat, profectus est, earumq; etiam copiarum, quæ Philippi erant, dux factus, castra cum castris iunxit. Deinde ad Vicos, sub urbem Cingulum, perducto exercitu, eos una excursionem cepit ac diripuit. Inde ad Melonē ductis copijs aliquot dies in eius oppidi obsidione consumpsit. Ad postremum oppidani (cum nulla spes auxilij esset) salutem suam, & fortunarum pacti in pontificis potestatem venerunt. Missa deinde copiarum parte ad Sanctum Angelum, cum oppidani præter spem resisterent, admotis undiq; copijs, oppidum vi capium, atque in prædæ militibus datum est. Post hæc Ioannes cum animaduerneret Franciscum à Piceno in Urbinatem concessisse, & ea, quæ reliqua erant in eius ditione Picetium oppida, propter naturales locorum situs, validaq; præsidia ijs imposita, obsidione magis quàm oppugnatione tēdanda esse, instaretq; vis hyemis, reuerti statuit, atque exercitum in regnū in hyberna reducere. Relictis igitur pontificis, ac Philippi copijs, aduersus urbem Firmum, non amplius per montana, ut venerat, sed per plana iter cepit, ac non procul à Monte Sancto eo die constitit. Cuius inopinato aduētu oppidani conterriti, ante quàm vim experirentur emissu confestim ad eum oratoribus, quæ significarent, se pontifici maximi imperata protinus facere paratos esse, deditionem fecerunt. Aliquot præterea castella circumiecta absq; certamine recepta sunt. Inde ad Montem Altum profectus, ibi aliquot dies mansit. Interim Firmani, coniuratione facta, spe propinquæ auxilij à Francisco desecerunt (Alexandro fratre in arcem repulso) quod & magna equitatus pars una cum eo se recepit. Quod ubi Ioanni nūciatum est, subito cum

omnibus copijs ad ferendum oppidanis auxilium aduolauit. Idem fecere pontificis, ac Philippi copia, quæ in propinquo erāt, vti ostendimus. Cum autem arx eiusmodi foret (quod superius demonstratum est) vt nec vi, nec machinis vllis, sed diutina obsidione tantum esset expugnabilis, præmunitis ijs vrbis partibus, quæ ex arce in urbem descensus erat, ijsq; ab exteriori parte institutis, quæ obsidioni necessaria videbatur, ipse cum reliquis copijs, vt eas in hyberna dimitteret, in regni fines concessit. Vix anno post Eugenius pontifex certior factus, Franciscum Sfortiam suas, atq; auxiliares copias cogere, ac Tudertum petere constituisse (quod oppidum sexaginta millibus passuum Roma abest) de illius aduentu valde sollicitus, accersenda à socijs auxilia cœsui. Nam quod partē Tudertinorum sciebat Francisco in primis fauere, in quos ille indulgentior fuerat dum ea vrbe potiretur, & propterea Franciscum haud temerè id cōsiliū cepisse suspicabatur (is enim præter Picenum, etiam in agro Romano oppida quadam occupauerat) misit Ludouicum patriarcham legatum ad regem: isq; Neapolim profectus, ac magnificè pro dignitate susceptus, simul ac rei aduentus causam exposuit, auxilium ab eo haud difficulter impetrauit. Nec mora Ioānes Antonius Vrsinus Taliacotius cum duobus millibus equitum ad pontificem ire, seq; cum illius copijs coniungere iussus est. Interea Franciscus coactis copijs, in agrum Tudertinum contendit, quo vno ferme tempore & pōtificis, & regis copia conuerunt. Quo cognito Eugenius Nicolaum Cardinalem Capuanum (erat is in vrbe graciosus, ac potens) quod eius fides nonnihil suspecta esset, propter amicitiam, quæ illi cum Fāncisco erāt,

erat, Roma amouendum curauit. Franciscus autem, ut per exploratores agnouit, pontificis copias opinione sua ampliora esse, frustra^q se, nec sine periculo, quod constituerat iter persequi posse, mutato repente consilio, antequam in hostium conspectum veniret, in agrū Vrbinatē rediit. Quo digresso pontificis, ac regis copiae in Picenum proficisci perrexerūt: ut ea oppida, quae in Francisci fide perstiterant, armis ad deditiōem cogerent. Sed Eugenius Francisci potētiam veritus, cum magnas ab eo copias duci nuntiatum esset, Thomam, tunc Episcopum Bononiensem (qui illi in pontificatu successit) hominem propter multarum rerum scientiā, atque eximias virtutes illi acceptissimum, legatum ad Alphōsum miserat, qui maiora auxilia postularēt. Isq^q ad regem profectus: Cognoscis, inquit rex, ex Ludouico legato satis, ut arbitror, pontificis res, quo statu sint, quantoq^q in discrimine versentur: expectatur in Tudertino Franciscus Sfortia hostis magnis viribus contractis, quibus Eugenij copiae haud possint obsistere. Suffulerunt animos aduersarij ipso rumore aduetus illius, ac fama. Nam, quo tempore Tudertum urbem tenebat multos sibi ciues quō ceteros seruire cogeret beneficijs obligarat. Hi rerum nouarum cupidi eius aduentum auidē praestolabantur: ut Eugenio nō minus de ciuium fide, quā de hostium vi laborādum sit. Misisti tu quidem Ioannem Antonium Vrfinum ad pontificem cum copijs: ceterū quāquam is est vir in armis praestans, & copias haberet non aspernandas: tamen ad tantam vim hostis arcendam, haud satis videtur. Est nobis res, ut scis, cum hoste rei militaris peritissimo ac vigilantissimo, ut haud temerē cum eo congregiendū sit. Nam

si quid sinistri (quod Deus auertat) pontifici contingeret, non solum Tudertinus, sed etiam Picenus ager, qui tuis laboribus ac periculis pontifici restitutus est, rursus in hostilem potestatem recideret. Petit igitur à te Eugenius, oratq; ut prater eas quas adhuc misisti copias, alias mittas, ne quae nunc sunt in grauius discrimine incidant, quod ut facias, tua virtus, ac fides postulat. Maiorem gloriam, aut stabiliorē consequi nō potes, quam si pontificis maximi dignitatem maiestatemq; perpetuo conseruaueris, atq; auxeris. Ad ea rex: Id quod ad hūc diem feci post reditum nostrum in gratiam, quoad mihi vita suppetet, nec re, nec opera, nec auxilio tuenda pontificis auctoritati sum defuturus, nec pro oppugnandis eius aduersarijs vlla vnquam pericula recusabo: neque committam, ut pontifex merito de fide mea queri possit. Equidem eo sum animo, ut non hoc regnum modo, quod tātis laboribus, ac periculis meus sum adeptus, sed & cetera regna, quae mihi pater hereditaria reliquit, ruere potius atque euerti, quam sacrosancta potestatis iuxta labefactari permittam. Misi ad pontificem Ioannem antonium Ursinum, arbitratus id auxilij in praesentia satis esse, praesertim cum nulla externa auxilia ad Franciscum profecta accepissem. Qui certe nisi maiores copias habeat, non est adeo pontifici formidandus. Expertus sum Piceno bello quātum audeat, sed non ob id tamen hac à me dicuntur ut eum contemni velim. Nihil enim tuū in hoste contemnitur: nec is quidem eiusmodi hostis est, ut sit contemnendus (multo enim & consilio valet & rei militaris scientia) sed forti animo contra eundem, atque audendum censeo. Quae petit auxilia pontifex mittam. quinetiam, si ad-

uerti

tu meo opus fore cognouero, mihi ipse non parcam. Ab hoc sermone digressus, Raimundum Buillum cum mille equitibus, ac pari peditum numero ad patriarcham in Picenū ire per Aprutinos, quibus in locis copias habebat, imperauit. Qui Truento amne traiecto, in Picenum quamprimum profectus, ad urbem Auximum cum Iacobo Cauiano, vno è copiarum ductoribus qui pontifici merebant, se coniunxit. Franciscus interea in Vrbinate transgressus Fossumbrunum diuertit, ibiq; constitit, eo videlicet consilio, vt transitum impediret metumq; transire cogitantibus inferret, quominus vterque exercitus iungi posset. Namq; Raimundus, ac Iacobus per loca mari propinquiora agmen ducebant, patriarcha verò minus diei iter, aut eò amplius, procul ab eis, cum reliquis copijs, per loca superiora iter faciebat. Cumq; ei renunciatum esset Franciscum ad Fossumbrunum sustinisse, nec longo spacio à se abesse Raimundum, paulum remorari iter, sensimq; progredi, donec coire in vnum possent, mandauit, vti ope mutua imminens periculū declinarent. Quare cognita Franciscus, ne suos temerè periculo obŷceret, se continuit. Raimundus verò, ac Iacobus temperato itinere, vnà cū patriarcha inter Fossumbrunum, ac Fanum, eodē die peruenerunt. Postridie mane Legati iussu conuocatis omnibus copiarum ductoribus, vt quid agendum esset consultaretur, Georgius Nurius Philippi legatus, iam multò antè in castra profectus, liberius loquendi quauellet, petita venia, detulit Italianum Philippo de prodicione suspectum esse, seq; eam rem compertam habere: proin placere sibi, ac velle, vti is vincŷtus in custodiam detur. Cumq; mirantibus omnibus, Legatus

quassisset, cur tam diu in castra à Philippo profectus, eam rem silentio suppressisset, respondit, Philippum mandasse ne quam eius rei mentionem faceret, donec Raimundus cum regijs copijs in castra peruenisset, veritus ne qui in castris essent, qui illius voluntati aduersarentur. Vbi hac dixit, repugnante nemine, Italianus comprehensus, ac Dominico Malatesta in custodiam traditus est, triduoq; post tormentis, criminis confessione expressa, apud Roccam Contratam securi percussus est. Posthac Legatus motis inde castris Montem Fabrum (id ei nomen est oppido) quod ab hoste tenebatur, contendit, idq; admotis vndique copijs, primo aduentu cepit, plerisq; aliquot castellis, atque oppidis circumiectis, quæ Federico Vrbinaturn Principi parebant, partim expugnatis, partim in deditionem acceptis. At Franciscus, cum sese copiarum numero, hostibus imparem sciret, per montana exercitum ducebat aliquantò procul ab hostibus, de industria obseruans, si qua bene gerenda rei occasio sese offerret. Legatus contra copijs fretus, per plana ductabat, & nusquam resistente aut obuio hoste Vrbinatem agrum populabundus vastabat. Caterum appropinquante hyeme, pontificis copia paulatim dilabi cœperunt, præsertim accedente, exhaustis iam agris, pabuli, ac rerum necessariarum inopia. Interim à Florentinis ac Venetis ad duo millia equitum ad Franciscum auxilium postulantem venerunt. Quibus copijs auctus non amplius per montana, vt prius, sed per patentes campos exercitum ducere, pugnandiq; potestatem hostibus facere cœpit. Cum hic esset rerum status, Alphonsus Hispanus, quo interprete erat Legatus vsus pace cum rege facienda, in castris relictus,

relictus, cum copijs trans Pisaurum amnem profectus est. Quod ubi Franciscus agnouit, motis propere castris eo contendit, & à contraria fluminis parte castra fecit. Aquādi potestas, propter fluminis opportunitatem, utrisque erat. Sed cum triduo post Alphonsum motis castris Tauletum Sigismundi castellū, mille inde passibus in colle situm, duxisse animaduerneret, & ipse ad alterum castellum, in eodem colle ex aduerso situm, haud cunctanter contendit. Nec plus mille passus castra à castris aberant. Erat autem id castellum Vrbinae principis. Indeque, misso, militari more, prouocationis signo hostes in posterum diem ad pugnam prouocauit. Caterum Legato absente qui ad Montem Florem secesserat, responsum est ab Alphonso, legati iniussu praelium committi non licere, eius absentis voluntatem sciri opus esse, qua cognita, postridie mane se illi respondurum, nec tamen prouocationis signum hosti remisit. Quod cum Legato non placuisset, ne tanta pontificis regisque copias fortunae committeret, mittereturque postridie qui id Francisco renuntiaret, animaduersum est e castris hostem mouere coepisse. Quapropter sumptis propere armis ad angustias saltus, qui medius inter utraque castra intererat, ne transgressus hostis castra inuaderet haud segniter processere. Vixque ad saltus ingressum erat peruentum, cum ibidem hostis affuit. Cumque eo loco ob angustias, haud facile vniuersus exercitus sese explicare posset, hostibus conatu magno perumpere adnitentibus ingens in eo certamen fuit. Cumque aliquantum pugnatum esset, ac frustra sese niti Franciscus animaduerneret, receptui cani iussit. Quo viso & pontificis copia, eo saltu praesidio incesso, sese in

stra receperunt. Triduo post Franciscus moris inde ca-
 stris Montem Aureum, Sigismundi castellum petijt,
 idq₃, alterumq₃, ei proximum, haud multo militum la-
 bore expugnauit. Subinde Gradariam contendit (&
 hoc quoque Sigismundi oppidum erat) idq₃, quoniam
 praeter naturalem situm, praesidio imposito, vi capi non
 poterat, obsidere cepit, magnamq₃, hyemis partem in ea
 obsidione consumpsit. Per id temporis Philippi exerci-
 tus ad Casalam iuxta flumen Padum, duce Micheletto
 Cotiniola, à Venetis pralio fusus, castrisq₃, exutus est,
 magno numero equitum, peditumq₃, capto. Cuius cla-
 dis causa, copias è Picensi reuocare, atque insuper au-
 xilia postulare Philippo necesse fuit. Sed tum primum
 eas duntaxat copias, quae sub Italiano Furlano stipen-
 dia fecerant, poposcit. Quare cognita Legatus, de pon-
 tificis voluntate, confestim eas Georgio Nurio Medio-
 lanum, ut perduceret, concessit. Ac ne quid incommodi
 in itinere acciperet praesertim à Fauentini Principis
 fratre, qui sub Florentinis merebat, ad Bagnacauallum,
 in Flaminia oppidum vniuersum exercitum ipsis co-
 pijs praesidio ire iussit. Quo reuerso, cum praeter ipsum
 equitatum ad Philippum profectum, Rubertus Montar-
 boteus, atque alij plerique copiarum ductores abessent
 à castris: legatus, quò tutiore loco esset, in Sigismundi
 agrum haud procul à Gradaria, quod adhuc à Francisco
 obsidebatur, imbelli multitudine prius in circumiecta
 oppida dimissa, quo maior ijs necessariorum rerum co-
 pia suppeteret, se recepit: ibiq₃, castris positis, inuitan-
 te propinquitate, penè per singulos dies praelia inuicem
 gerebantur: non tamen ut in vniuersum certamen ve-
 niretur. In hoc rerum statu Venetis Abdnam amnem
 transgressis

transgressis, cum Philippus curis anxius auxilium à pontifice, atq; à rege vehementer postularet: eaq; res Legato demandata esset, statuit uti Sigismundus Malatesta, Caesar Martinengus, ac Raimundus Buillus in Insabres ad eum proficiscerentur. Ad duo millia & quingentos equites ij duxerunt. Inter hac Rodericus Murius, peditum ductor genere Hispanus, cum peditibus mille à rege missus ac Robertus Montarbotens cum equitatus parte ad Legatum in castra peruenierunt. Quibuscum assumpto Iacobo Caniano, ceteris copiarum ductoribus relictis, ipse in Picenū rediit. Paucisq; diebus interiectis Iacobum proditoris suspectum apud Roccam Contratam, ubi & Italianum paulo ante capitali supplicio affecit. Interim Franciscus ad Raimundum Buillum, qui nondum abierat, in castra misit, qui rogaret, uti ad se Palermum peditum ductorem mitteret, qui ab eo ad se madata perferret: esse aliqua quae secum communicare cuperet. Facta potestate, cum Palermus ad eum profectus esset, ait se, nisi esset in castris Legatus Florentinus, venturum cum Raimundo in colloquium fuisse. Caterum missurum, quo Raimundus vellet, Vrbinatum principem, & cum eo alium quempiam ex his quos fideliores haberet, qui suam sententiam ad illum perferrent. Cumq; Raimundus respondisset, nolle se in colloquium cum hoste venire, nisi eidem aliquis à Legato pontificis interesset, ne quid suspicionis ea res amicis afferret, non renuit quò minus Antonius Ridius copiarum dux cum eo vnà proficisceretur, & ipse, quae dicerentur, auditurus. Quare constituta, Vrbinatum Principe, & altero ex Francisci domesticis, ad Montem Aureum (uti erat constitutum)

profectis, Raimundus quoque, & Antonius eodem accesserunt. Ibiq³ tum primum de fœdere inter pontificē, regem, Philippum, ac Franciscum agi cœptum: Omnis nanque eorum oratio in id tendere visa est, vt ostenderent Franciscum maximè cupere cum pontifice, ac socijs pacem, fœdusq³ ferire, nec ulterius cum is bello cōtendere. Dum hac aguntur, Franciscus siue hyemis tadio, siue quod Gradariam à se nequicquam tentari animaduerneret, motis inde castris, Pisaurum, Alexandri fratris oppidum, se recepit, ibiq³ reliquum hyemis quieuit.

BARTHOLOMAEI FACII RERVM SVO TEM- PORE GESTARVM LIBER IX.



AVD ab re, vt opinor, fuerit, Florentini belli causam atque originem explicare. Philippus Maria, de quo superioribus libris sæpius mentionem fecimus, per eam pacem, qua cum Venetis, ac Florentinis apud Martinengum fecit, Blancam filiam Frãisco Sfortie, de qua quidem re diu ambiguus consilia pro temporum conditione variarat, uxorem dedit, sexaginta millibus Philippeis illi dotis nomine promissis. Cumq³ eam pecunia summam, propter arary exinanitionem representare non posset, Crenonam urbem opulentam, ei tantisper pignus dedit, præsidio inde educto. Cuius pecunia

etunia soluenda, ut primum illi potestas fuit, ad generum misit, qui pecuniam offerret, Cremonam repeteret. Cumq; is tergiuersaretur, diem iam multo praterisse dictitans, qui persoluenda pecunia constitutus esset, misit Philippus Italianum Borromeum, locupletem virum ad Venetos, tanquam Francisci amicos, & pactionis huiusmodi autores, qui de iniuria expostularet: simul qui oblata pecunia, Cremonam reposteret. Sed nihilo magis per Venetos consequi id potuit. Quippe qui urbem tam validam, prope in visceribus imperij Mediolanensis sitam, in Philippi potestatem redire agere ferebant. Itaque, cum legationibus tempus terendo, nihil se proficere animaduverteret, bellum aperte inferre statuit: armis, quod sibi iniuste negabatur, vindicaturus. Coactiq; ut primum potuit copiis, Franciscum Piccininum, quem paterna virtutis gratia exercitus ducem designauerat, in Cromenensem agrum proficisci iussit. Cumq; haud multo post profectionem eius, accepisset, Venetos socios copias parare, nec passuros eam urbem ab illo expugnari, Episcopum Nouariensem ad Alphonsum opem oratum misit, satis sibi fore significans si statim vel cum exiguis copiis extra regni fines prodiret. Sperare enim simulatque Florentini audissent eum cum exercitu in Hettruriam contendere, ijs (id quod necesse esset futurum) domestico bello implicitis, se Venetis viribus parem, Cremonam recepturum. Eugenius quoque pontifex maximus Venetis, ac socijs per id temporis multis de causis infensus, & ob id Philippo amicus factus, ne Philippo deesset regem precabatur. Quibus rebus motus Alphonsum paratis copiis, extra regni fines progredi statuit. Cumq; interim co-

gnouisset Philippi exercitum à Micheletto Cotiniola Venetorum duce castris exutum, profligatumq³ esse, conturbatus amici casu, auxilium implorantis, Ramirez mudā Buillum, cum nōnullis alijs copiarum ducibus, iam iter meditantem, maturare in Insubres ad Philippum iussit. Ipse verò, quamuis per hyemis tempus ire perrexit, profectusq³ per Latinos, Tibur peruenit. aduenienti portas Tiburtes Pontificis iussu aperuere. Et quoniam Florentini, cognito eius consilio, sapius significauerant, velle se copias ex Insucribus reuocare, spemq³ fecerant & Venetos idem facturos esse, progredi vterius destitit. verum enimvero ea expectatio frustra fuit. Namq³ Veneti victoriam persecuti omnem Philippi ad amicum Abduam agrum, vna propè excursionē ceperant, multis oppidis vi captis, multis etiam in deditionem receptis. Fuit autem adeo repētina eius procella vis, vt omnē de rebus suis spem reliquam Philippus abiecerit. Reputabat animo, sibi neque ducem belli superesse vllum, cuius virtuti satis confideret, & dissipati exercitus reliquias nec sine grādi pecunia cogere fidēq³, nec sine egregij ducis opera recipere pristinum animi vigorem posse. Vna illi salus ei in tam aduersis suis rebus videbatur, Francisci videlicet reconciliatio, quem ceteris omnibus copiarum ducibus belli scientia ac felicitate prestare, mortuo Picinino, constans apud omnes increbuerat opinio. Eum igitur sibi per amicos reconciliatum, cum ducem exercitus designasset, ad Alphonsum misit, qui id ei nunciaret, peteretq³ insuper, quoniam Francisco ad equites armandos pecunia opus esset (qui aliter neque cogi, neque duci possent) vt positus cum Francisco inimicitijs, illi se-

pruaginta

ptuaginta nummum aureorum milia mutuo daret, se postea bello liberatum eam summam cum fide representaturum. Quod cum Alphonsus, beneficiorum eius in se non immemor, facere constituisset, extemplo Arnaldum Fenoledam, virum constantem ac grauem, omnium consiliorum & arcanorum eius participem, Neapolim misit, qui eam pecunia summam ex arario depromptam, cuius custodiam ei demandauerat, ad eum deferret. quam delatam Alexandro Francisci fratri, consensu pontificis ad illum profecto, tradi imperauit. Quam accepta, Franciscus quamprimum cogere copias cepit, ut inde in Insubres contenderet, fortuna ita moliente (qua plerunque ludere in rebus humanis solet) ut ipse sibi ex inimica pecunia Mediolanense imperium strueret. Cum autem iter ingredi cepisset, aut iam ingressurum fama esset, Philippus in suspicionem venit, illius potentiam veritus, ne is sibi imperium, dominandi cupiditate, eripere cogitaret. Itaque misit plures ad Alphonsum nuncios oratum, ne in Insabres proficisci grauaretur, velle se Mediolanum, & quicquid belli fortuna ei reliquisset, praeter Ticinum urbem, quam vnam sibi vita solatium reseruaret, ubi procul à belli curis, ac negotijs ageret, in eius potestatem tradere. Caterum Alphonsus indignum ratus, ut qui tam longè lateq; imperitasset, sese tanto dominatu priuaret, per literas consolabatur egrum, bonoq; animo iubebat esse. Reiectisq; continuò quae ille offerebat, hortabatur eum, ne aut Venetorum metu, aut vlla de Francisco suspitione ea meditaretur, quae tanta existimationis principi indecora viderentur: se neque laboribus, neq; periculis, pro tuendo eius regno, parsurum: quoq; illi de Francisco orta

suspicio magis minueretur, se cum primum is progredi
 cœpisset, cum exercitu subsecuturum, ac ne quid ei no-
 cere posset promissurum. Inter hæc Eugenius pontifex;
 diuturno morbo affectus, è vita excessit. cuius mors Phi-
 lippo, ac regie expeditioni (erat id momentum ingens
 in rebus gerendis) perincommoda accessit. Cumq; Al-
 phonsus accepisset Romanorum principes, conuocatis
 ijs, ad quos noui Pontificis creatio pertinebat, tumultu-
 uari, ac per diuersas factiones eniti, vt pro suorum stu-
 dijs pontifex crearetur, egregium facinus arbitratus;
 talium virorum conatibus obstare, nec pati vt ij impe-
 direntur, quo minus pontificis comitia pro vetere mo-
 re; atq; instituto rite haberentur; Marinũ Caraccio-
 lum, Ioannem Antonium Vrsinum, Gartiam Cabanel-
 lum, & Carassellum Carassam ad Cardinalium colle-
 gium legatos misit, qui & Eugenij mortem sibi grauẽ
 fuisse ostenderent, & hortarentur in creando nouo po-
 tifice, vno & cõsentienti animo essent: nec vererentur
 liberẽ suffragium ferre: paratum se esse, si qui fortasse
 intercederent, quo minus comitia rite haberentur, qui
 illorum conatibus obuiam iret, ac Sacrosancta potesta-
 tis libertatem dignitatemq; defenderet. Cum autem
 ex eo quæreretur, quem nam illi potissimum ex omni
 Cardinalium numero Pontificem legi placeret: respon-
 dit, eum qui vnã totius collegij voce, atque consensu le-
 geretur. Deinde procures Romanos (quorum nonnulli
 motus nũciabatur) fauere paratos, prout in suos quisq;
 affectus erat, ne quid intercederẽt, quo minus comitia
 ipsa rite fierẽt, per literas monuit. Quibus partim metus
 partim verecũdia deterritis, missis insuper à rege, qui
 collegio adessent, fauerentq;, Thomas Episcopus Bono-
 niensis;

nēsis, quem Nicolaū Quintum appellauere, Pontifex Maximus factus est. De quo vt aliquid dicam hic me locus admonet. Fuit enim eius viri non virtus modò; sed etiam fortuna nostro seculo admirabilis. Sergiani enim natus patre medico, honesto ac probò viro, cum sacrarum literarum studia præ cæteris adamasset, Bononiam ac Senas se contulit: breuiq; tempore tum ingenij bonitate, tum diligentia Philosophus ac Theologus clarus euasit: pluribusq; annis vtròque publicè literas profitendo floruit. Ad doctrinam eius emendati mores, ac vici integritas accedebant. Quibus de rebus Nicolai episcopi, ac cardinalis Bononiensis, viri sanctissimi, amicitiam sibi conciliauit: eiusq; rebus summa cum fide administratis, id est cōsecutus, vt illo mortuo, ipse episcopus Bononiensis, orante vniuerso populo, ab Eugenio factus sit. Paucisq; pòst mēsis legatus ab eodem ad Hunnos missus, cum res ex illius sententia gessisset, adueniens, Cardinalis insignibus vtrò ad eum in itinere delatis, inter Cardinales cooptatus est, ac paulo pòst mortuo Eugenio miro quodam totius collegij consensu Pontifex maximus, vt diximus, factus est: atque hic tantorum bonorū cursus (quod magis mirandum sit) ferè intra anni spaciū illi contigit. Vt autem ad rem redeam, postquam regi renunciatum est, illū pontificem factum esse, festum diem quo ille pontificatus insignia acciperet à se condecorari equum existimans, Honoratum Caietanum Gulielmum & Raimundum Moncatam, Carolum Campobassum, ac Marinum Caracciolum, qui suo nomine interessent, legatos Romani misit, ac mox alios per quos sese illius auctoritati subie-

cit. Haud multo post, cum à Venetis legati Romam venissent, ut publico nomine & ipsi partū pontificatū Nicolao gratularentur, postquam officio functi sunt, cum apud Pontificem in belli mentionem incidissent, docuere, non placere Venetis bellum aduersus Philippum diutius continuari: usq; pergratum fore, si pontifex legatum quempiam Ferrariam mitteret, quod cūctarum partium legati commodè conuenturi essent, ut ibi de communi Italia pace ageretur. Omnibus ita palam fore, per Venetos non stare quo minus fida firmaq; pax in Italia fieret. Quod cum pontifici vehementer placuisset, cupienti Italiam diu bellis agitatam aliquando quiescere, missurum se breui Ferrariam legatum recepit. Isdem propè verbis, legati Tibur profecti, apud Alphonsum vsi sunt. Quibus benignè auditis, nihil se prætermisurum respondit, quod ad pacem consciscendam pertineret. Nihil enim hoc vno sibi maiori curæ esse, Italia pacem cunctis principibus, populisq; quibus bene viuendi cura esset, maxime omnium optandam esse. Per eosdem dies & à Florentinis legati ad pontificem eadem de causa profecti, postquam pontifici debitum officium exoluerunt, Tibur, ut iussi erant, salutandi gratia ad regem accessere, remotisq; arbitris, multa cum eo de pace collocuti sunt, quibus itidem, ut Venetis, responsum datum, communem Italia pacem atque ocium magnopere à se expeti, seq; eis neq; consilio, neq; opèra, neq; re vlla de fore, atque ita spe plenos à se dimisit. Post hac, cum de legatis, pacis causa, Ferrariam mittendis cum pontifici egisset, misissetq; pontifex Ioannem Cardinalem Morinesem, natione Gallum, virum

præter

præter iuris scientiam, ad quæuis magna natum, & in omni negotio consultissimum, cuius etiam opera pontifex in maximis & grauissimis quibuscunque rebus prebatur; ipse Carassellam Carassam, ac Matthæum Malferitum Ferrariâ misit, siue pacem, siue inducias facere Veneti mallerent. Quò profectis omnium principum ac ciuitatum legatis, cum de pace agi coram pontificis legato ac Leonello Ferrariensium principe conceptum esset, Matthæus Victorius, ac Paschalis Maripetrus Venetorum legati; quò bellum à ciuibus suis gestum excusarent, ante omnia dixere, urbis sue conditores; Attila olim & terrimè tyranni arma fugientes in humilibus paruisq; insulis, perpetuisq; aded æstuarijs, in quibus urbs illorum sita est, urbis sue fundamenta iecisse; nec maiores suos vnquam voluisse, neque ex se ortos posteriores alios populos sui causa eas ærumnas perpeti, quas ipsi Aquileia, Patauio, Altino, nobilissimisq; alijs ciuitatibus Italia profugi, aut ab Attila, aut à Barbaris alijs postea passi essent. Quin potius eam urbem patriâ expulsis per fugium vnicum ac domicilium fuisse, perq; hæc præclara maiorum instituta eorum tempore in eam magnitudinem creuisse. Se itaque tum natura, tum consuetudine maiorum atque instituto, ita comparatos esse, ut non nisi lacesciti, ac tuenda reip. causa bella susciperent atque persequerentur. Si verò contingeret Philippum decedere, qui & mortalis esset, & planè iam grandis natu, & Mediolanenses pacem eorum non aspernarentur, sese pro ijs quæ Philippo per bellum ademissent, tantum agri ijs collaturos, ut nemini amplius ambiguum esset, Venetos tot in Italia bellorum haudquam auctores extitisse. Post hæc cum de pace mentem

cæpta esset fieri, adiecere, quoniam bellum à Philippo
 iniuste motum esset, debere Philippum, iure violati jœ-
 deris, quantum ipsi argenti in belli sumptum effudis-
 sent, representare. Et quoniam Philippo, fortasse diu-
 turnis bellorum impensis exhausto, non esset unde in pra-
 sentia dissolueret, petere se certum pignus, donec ei sol-
 uendi potestas esset. Ad ea legati regis Venetos Philip-
 po prestare idem debere, si ipsi bellum aduersus Philip-
 pum iniuste suscepisse conuinceretur. Eam autem con-
 trouersiam apud pontificem maximum Romæ faciliè
 cognosci, dirimiq; posse. Caterum Veneti eius rei disce-
 ptationem quam pro comperta habere se dicerent, ad
 pontificem referri noluerunt. Atque ita disceptando il-
 le consumptus est dies. Multis verò iam diebus ante Phi-
 lippus, Venetorum exercitu Abduam flumen transgres-
 so, curis anxius, ac diffidens suis rebus, ad Alphonsum
 miserat oratum, uti quempiam è suis, qui cum intimis
 consilia sua communicare tuto posset, ad se mitteret.
 Quod cum Alphonsus à se haud temerè requiri, sibi per-
 suaderet, Ludouicum Podium, cui vehementer fidebat,
 ad eum misit. Quo Mediclanum profecto, ut agnouit
 Philippus ex literis, regia manu prescriptis, hunc esse,
 quem ad se mitti rogauerat, postquam de rege, quæ vo-
 luit, percunctatus audiuit, vocatum à se inquit, ut in
 eum regio nomine omne ius potestatemq; imperij sui
 transferret. Velle se quieti consulere, atque à tantis bel-
 li fluctibus sese quam maximè abstrahere: proinde ro-
 gare, atque hortari uti is rerum suarum possessionem
 acciperet: quam si repudiaret, cui sua traderet non
 defuturum, eaq; fortasse in huiusmodi virum peruen-
 ires, ut eam respuisse regem postea serò, ac nequicquam
 paniteret.

pœniteret. Nam cū quotidie magis magisq^{ue} ab hostibus premeretur, Mediolanum vsq^{ue} cū exercitu progressis, subierat animum eius desperatio. quædam, omnia impendentia pericula circumspēctātis. Ludouicus verò cū mandatum à rege nullum haberet, quo sibi de his transigere liceret, veritus nequid regem offenderet, renuit: continuoq^{ue} ad regem, ita iubente Philippo, magnis itineribus rediit, ab illo, si ita placeret, totius rei potestatem accepturus. Quibus cognitis Alphonsus, ne Philippi imperium in inimicorum potestatem perueniret, Ludouico eius rei potestatem fecit. Caterum eius deliberatio in alterutram variantis sententiam, ne id avaritia imperij effecisse videretur, paulò serior fuit. Interim Philippus primum ob aduersam valetudinem oculis captus, dein ex ipsa arce, hostilium armorum fragore audito, vehemēter commotus, vite tadid simul & languore mortem obiit. Quod cum Ludouicus Parma cognouisset, regemq^{ue} præterea ab eo heredem institutum: caterum Mediolanenses libertatis cupiditate incensos Reip. administrationem arripuisse, ignarus quonam illorum cœpta euaderent, retrò cōtronerso itinere Regium Lepidi venit. Quæ postquam Alphonso renunciata sunt: veritus, ne Venetorum opes plus nimio crescerent, Mediolanensibus oppressis, Carasellum Carassam, ac Matthæum Maleferitū, qui adhuc Ferraria erant, confestim Regium proficisci iussit, atque vnā cum Ludouico Legatos ad Mediolanēses proficisci; qui quænam esset eorū mens, diligenter scrutaretur, simulq^{ue} hortarentur, vti constanti animo aduersus hostes gererent bellum, sese hīs haud quaquam defuturū. Quibus ita constitutis, vltius progrediendum arbi-

pratus, ut hostibus terrore iniecto Mediolanenses tanto belli onere leuaret, Tiburi degressus, adhuc incertus in Insubriam iret, an Hetruriam peteret, pro rerum opportunitate consilium in itinere capturus in Sabinos abiit. Ac primum Farsam ad nouem millia passuum à Roma profectus, constitit: reliquum equitatum, qui ad se venturus esset, & item Eximinum Corellam, Mattheum Puiadem, ac Ioannem Olz, in ã opperiens, quos Ferdinando filio adolescenti ad regni gubernacula cõfiliarios ac rectores reliquerat, ad se idcirco accersitos, ut de rebus, quas se absente, gerendi causa belli agi vellet, mādata ijs traderet. Quibus ad se profectis, & qua opus erant edoctis, inde mouit, atque in Sabinos perrexit. Quibus in locis aliquot dies ab eo consumpti, dum ex Insucribus certiora scire expectat: ibi & pro ea amicitia, qua illi cū Philippa fuerat, & pro officio, quod ab illa bares testamento nuncupatus esset, magnificētissimo funere ei iusta persoluit. Inde q̃, digrediens, Nare flumine pōte iūcto, exercitum traiecit. Progressusq̃, haud procul ab Orta oppido substitit. Ibi duplex se pādebat iter: alterum per Tudertinos in Galliam Cisalpinam, alterum in Hetruriam. Itaque aliquandiu dubius stetit, utrum potius ingrederetur. Nam ex altera quidem parte verebatur, ne Mediolanenses, quorum salus sibi ingenti cura erat, à Venetis opprimerentur, qui maiores copias habebāt: ex altera verò cogitabat, si Florentini bellum inferret, fore, ut ij rerum domesticarum metu à Venetis copias disiungerent. Quibus in Hetruriam abstractis, bellum Mediolanēsis haud erat dubius leuius fore. Denique cū Hetruriam petere constituisset, partim ponte, partim vada Tyberim amnem

omnem sub Ortam copias traduxit. Interim Simone-
tus copiarum dux, qui paulo antè à Florentinis finito
stipendio discesserat, à Rege conductus est. Ad mille is
equites ducebat. Appropinquanti agro Florentino re-
gi cum equitatu, & aliquàto peditatu obuiam venit,
copiasq; cum illo coniunxit. His copijs auctus rex, agrum
Florentinum ingredi, haud hostiliter tamen, cepit:
sperans fore, uti Florentini metu ne bellum in sese trās-
ferretur, copias ex Insucribus reuocarent: ipseq; per
Hetruriam pacatam, & amicam ad opem Mediolanē-
sibus ferendam proficisci posset. Cum autem ad Mon-
tem Politianum peruenisset, legati ad eum à Senensibus
oratum venēre, ne quid incommodi ditionis suae popu-
lis, qui finitimi Florentinis essent, à suis inferri patere-
tur. Quibus responsum à rege est, venisse se in Hetruriā
eo animo atque consilio, ut neminem iniura afficeret:
communem à se totius Italia pacem, & tranquillita-
tem optari. Statuisse ideo Florentinis bellum inferre,
quò illorum animos à belli consilijs ad pacem retrahere-
ret. Si ex Insucribus copias reuocent, nullum sibi cum
ijs bellum aut inimicitias fore. Per eosdē dies Ianotius
Pittius, ac Bernardus Medices legati à Florentinis ad
regē venerunt. Hiq; facta loquendi potestate, in hunc
ferè modum locuti sunt: Audieramus, Rex, iam ante-
quam Tiburi discederes, instituisse te Hetruriam pete-
re, ad bellum ciuitati nostra inferendum. Et quamuis
eius nuncij autores haud tamen leues essent, tamen id
nobis persuaderi nullo modo poterat, animo voluenti-
bus pacem, atq; amicitiam, quae nobis cum Aragonum
regibus, maioribusq; tuis, multis iam seculis, atq; aded
tecum, singularis fuit. Repetebamus memoria multa

ac magna beneficia vltro citroq³ data acceptaq³. Veniebant in mentem mutua tuorum, ac nostrorum ciuium commercia, atque hospitia, quae cum nulla alia gente in omni orbe terrarum, aut maiora, aut frequentiora nobis exriterunt. Cogitabamus, postquā regno Neapolitano potitus es, nihil nos molitos esse, quod status tui quieti incommodaret. considerabamus praeterea naturam tuam: non solere te bella iniusta suscipere, eaq³ res vna potissimum nos in hac sententia confirmabat. Te enim, cum sis inter nostri temporis reges opibus potentissimus, auctoritate amplissimus, etate, rerumq³ militarium vsu granissimus, nihil aliud praeter decus & gloriam, praeterq³ pacem & otium (qui finis bella gerentibus proponi solet) querere existimabamus. Atque haec quidē rationes & causae suberant, cur non satis crederemus ijs, qui nobis bellum abs te futurum praedicebant. Verū postquam comperimus te agri nostri fines iam ingressum, hostili animo aduentare (quanquam nōdum gladium nudaueris) id maxime admirati, venimus oratum pro veteri amicitia nostra, vt quam aduersus nos concepisti, ira posita, à nostrorum iniurijs, ac populationibus milites tuos arceas, simulq³ nobis exponas, quae nam huius tua indignationis causa fuerit, vt ea ciuib⁹ nostris renunciata, aut re aut verbis tibi satisfacere queamus. Ad ea rex in hunc ferē modum: Haudquaquam vobis ignotum esse, Florētini, arbitror, (id quod res ipsa docuit) consilia mea, postquam regni Neapolitani compos factus sum, semper cū pace totius Italia fuisse coniuncta, semperq³ id vnum me spectasse. Quippe qui hanc vnam rem mihi maxime omniū gloriosam existimabam si (quantum in me esset) de fesse iam

iam tãdem tot malis & calamitatibus Italia requiem
darem. Neque vos praterit, cum adhuc Philippus viue-
ret, Eugenium pontificem maximum, meo potissimùm
hortatu, Legatum Italica pacis componenda gratia Fer-
rariam misisse, quò etiam ego & Philippus legatos no-
stros, vos item, ac socij vestros misistis. Caterùm cum ea
de re agi cœptum esset, Philippi immatura mors pacis
mentionē sustulit. Quo mortuo, Veneti, quos rebamur
omnes bellandi radio iam tandem affectos bello finem
imposituros, Philippi imperiũ occupare conati sunt.
Quorum legatis cum per eosdem legatos nostros obie-
ctum hoc esset, non respondere ijsde verbis, quibus pau-
lo ante Philippi mortem vsi essent: dixerant enim inter
cetera (vt eorum verbis utar) in ea disceptatione cum
de pacis legibus tractari cœptum esset, Philippũ omnis
belli causam ac fomitem fuisse, qui ex bellis bella serēs,
requiescere nõ posset: sed consilia pro re ac tempore ca-
pi solere responderunt. Tunc verò palàm factum est (id
quod multis adhuc ambiguum erat) eos scilicet, non
Philippum tantorum bellorum causam exitisse. Nam
qui mortuo Philippo contra Mediolanenses adhuc ira-
ti arma retinent, cum pacem tranquillam habere pos-
sint, ñ planè belli satores ac fomites esse manifestò cõ-
tinentur: quin etiam huic dominandi libidini non
vulgarem quandam verborum crudelitatem adiece-
runt. Non modò enim non excusarunt immoderatam
bellandi cupiditatem, sed senatum ita quoque decre-
uisse dixerunt, vt quæ Philippo reliqua erant (si quan-
do in eorum potestatem peruenirēt) militi ad prædam
proponerētur: qua voce an vlla ferocior aut immanior
sit haud scio. Non erat ijs satis, quòd Philippũ perpetuo

atque immortalī bello laceſſiſſent, niſi & Mediolanēſes, quibus nulla gens in Italia pacatior eſt, libertatem tueri conantes, acerbīſſimum ſeruitutis iugum ſubire egerent, idq; copijs veſtris adiuti (quod mihi grauius eſt) quibus illi aucti, ac freti Mediolanenſem agrum tota pace, omni ſugam ac rerum copia reſertum, crudeliſer vexant, ac diripiunt. Cū ad me equo iure ſpectet, vt ſcitis, Mediolanenſe imperium, atque adeo omnia qua Philippus tenebat, quem ille moriens heredem inſtituerit, & copiarum veſtrarum adiumento, quas ex inſubrijs reuocare noluiſtis, hac incommoda noſtris Inferatur, ob eam cauſam arma ſumere compulſus, veni, vt hāc à meis (ſi poſſim) iniuriam propellam, vimq; vt aiunt (quod per leges licet) vi arceam. Atque ideo tardius iter feci. poſtquam Tiburi diſceſſi, vt vobis ſpaciū ſatis daretur, ad res veſtras, mecum, ſi ea mens vobis fuiſſet, componendas. Quod poſtquam negligentia veſtra nequicquam expectari animaduerti, propoſitam expeditionem perſequi conſtitui. Vos itaq; rebus veſtris, vt videtur conſulite, poſtquam ſapius moniti audire noluiſtis. Hac vbi legati audiēre, nullo reſponſo dato, vehementer à rege petierunt, vt ī bello abſtineret, donec ijs Senatui renunciatis, quid is cenſeret, retuliſſent. Quod cū primò abnueret, tandem precibus victus, quinq; dierum inducias Florentinis conceſſit: atq; vt eis interim belli ſuſpicionem magis adimeret, inter Florentinum ac Senenſem agrum exercitu ductato, ad ſex milia paſſuum à Senis cōſedit. Poſt quintum diem cū Florentini nihil reſponderent, caſtra mouit. Ac primò inter Rincium quod erat Florentinorum caſtellum, ac Senas duxit. Cumq; ibi caſtrametatus eſſet,

Senenſes

Senenses suspicati, cum per factionum capita eniti, ac fruere ut eorum vrbe potiretur, confestim armatos intra urbem, & ad portas disposuerunt: ob eamq; suspicionem fiebat, ut parum comineatum in castra deferretur. Quod ubi agnouit, ex tempore ad eos legatum misit Franciscum Martinellum, quo viro tunc in magnis quibusq; rebus utebatur, qui eiusmodi suspicionem vanam esse demonstraret. Quorum amicitiam non tam optabat, quod ullum ab ijs in bello auxilium expectabat (quanquam multa ac magna polliciti fuissent) quam ut inde sibi copia comineatum esset, quos aliunde contrahere laboriosum, ac sumptuosum esset. Qui audita Martinello, ea suspicione nonnihil leuati, comineatus aliquanto largius in castra deportari permiserunt. A Rincio inde, continuè inter Senensem & Florentinum agrum haud hostiliter itum, donec Pomarantium peruentum est. Quod castellum, primum omnium à rege hostiliter petatum, eò ipso quo venerat die, copijs circumfusus captum atque direptum est. Ad castrum Nouum, inde in Volaterranum mouit: cuius incolae audita Pomarantij clade, confestim absq; certamine in deditiōnem venerunt. Idem fecere aliquot castella circumiecta, ne per vim idem agere cogerentur. Post hac Montem Castellum petijt in colle situm, natura atque opere munitum. Quod quoniā haud expugnabile videbatur, castris haud inde procul positus, obsidere aggressus est. Inter hac Senenses siue Florentinorū metu, siue eius suspicionis causa (quam diximus) cuius forsasse aliqua adhuc vestigia animo residerent, comineatus perparcè summittere, eosq; non paruo precio venditare. Quod cū Alphonsus animaduerneret, rursus ad illos misit, qui de

ea re (vt par erat) quereretur. Verum enimvero ea legatio vel nihil, vel parum illos mouit. Nihilo enim uberiorius commeatus in castra deferri fuerunt. Quod autem deferebant, inter eos diuidebatur, quibus commeatus petendi à circumiectis castellis, facultas non erat. Nam quibus potestas erat, ij necessitati suae consulebant. Idq; prouisum à rege fuerat, quo commeatum penuria in castris subleuaretur. Caterum dum castellum obsidebatur, aliud malum, prater famem, vexare milites cepit. Namq; ea imbrium magnitudo, eaq; vis ventorum fuit, vt neque extra tentoria, neque intra magis quiescere quisquam posset multis eorum discerptis, multis per aërem raptis. Castellani interim situ freti, nullam de deditioe mentionem facere. Itaque cum rex animaduerneret (prater ea, quae commemorauimus incommoda) frustra ibi tempus teri, quod absq; operibus castellum expugnari non posset, quae eò comportati immensi operis fuisset, motis inde castris, Campiliam perrexit, atq; ibi castra fecit. Ea enim via in agrum Pisanum ferebat, quod intendebat iter. Sed quoniam Florentini, cognito eius itinere, illud & praesidio, & annona, prius firmauerant, diebus aliquot commoratus, ad castella sex finitima in Gerardisca (id ei regioni est nomen) Facij comitis, à Florentinis olim pulsus regem diu secutus fuerat, recepit, receptaq; ei restituit. Interea Florentini agrestes, ac populares suos ex minus firmis in tutiora loca traducere, copijs praeposito Federico Urbinate Principe, rei militaris perito. Rex vero, antequam in Hetruriam ingrederetur, Sigismundum Malatestam cum equitibus MCCC. ac peditibus DC. conduxerat, eiusq; aduentum indies cupidius expectabat,

bat. Caterum is accepto regis stipendio, Florentinorum pollicitationibus captus, ad eos se contulit: qua res consilium immutare de itinere regem cōpulit. Itaque cum cerneret commeatus à Senēsisbus exigue subministrari, pabulāq; & stramēta in ijs locis, propter anni tempus defecisse (iam enim media hyēs sauebat) loca mari propinquiora, cœliq; mitioris petere instituit, confestimq; soluta obsidione, ad portum Barattum, quina inde millia passuum cum exercitu profectus est, ea vel maximè ratione, quod è regno Neapolitano frumenta, atque omne commeatum genus, mari ad se deportati facultas esset: propter portus opportunitatem. Imminebat portui collis, in quo olim sita fuerat vetustissima vrbs Populonia, cuius adhuc nonnullæ extant vestigia: circa hunc collem castra fecit. Distat autem collis à Plumbino, quod quidam Populinum appellandū putant (nomen à Populonia ductum) non plus fere tribus millibus passuum. Erat nobile oppidum, ac peropportunè situm ad bellum Hetruria inferendum. Tenebatur autem à Rainaldo Vrsino, qui antequā rex in ea loca commearet, Florētinis inimicus esse, quod eorum vicinitatē suspectā haberet, putabatur: caterum is ipse, ubi rex est profectus, nec eum ipsum, nec quēquā suorum in oppidum, nec commeatus, qui mari deferebantur, recipere sustinuit. Dispositisq; quamprimum per mœnia ac portas armatis, aduentanti portas clausit, nec nisi admodū paucos è regijs militibus oppidum intrare patiebatur. In hoc rerum statu, cum quidam Florentinorum milites mercede conducti, quos Castilionum presidio miserant, deditiōnem oppidi pollicerentur, premissis Simoneto cum equitatu, oppido, excepta

arce, est poritus. Quo cognito, motis properè castris, eò contendit, omniq; aditu terra mariq; occupato, arcem obsidere aggressus est. Quod postquam Florentinis renunciatum est, ingens sollicitudo urbem peruasit, quod præterquam, quod eò facile è Neapolitano regno ad usum belli necessaria comportari possent, is locus bellæ sedes hostibus esset futurus, quibus tātum sub diuo, atque in tentorijs agendi antea potestas erat. Putabant enim, ubi nullum oppidum in eorum agro rex haberet, in quo quidem posset consistere, fore ut hyemis radio in regnum cū exercitu reuerteretur. Quapropter copias repente cogi, & Sigismundum properare iusserunt. Interim qui in arce obsidebantur, cū se vndique circumcessos intuerētur, operibus territi, quæ regem ex Neapoli conuehi iussisse fama erat, deditiōem pacti sunt, nisi intra decimum diem Florentini opem ferrent. Cumq; nulla auxilia veniret, deditiōe facta, arce excesserunt. Haud multo post arce atque oppido præsidio firmatis, Aquam Vivam, sub vernum tēpus, cum exercitu petijt, quod ibi aliquanto maior pabuli copia foret. Cumq; ibi castra fecisset, legati ad eum à Mediolanensibus amicitiam, atq; opem postulatam venēre. Nāque Veneri post ingentem cladem acceptam, Frācisco Sfortia Mediolanensis exercitus duce, cū viderent nullam reliquā spem salutis sibi amplius superesse, ipsū Franciscum à Mediolanensibus magnis pollicitationibus distractū eorum copijs præposuerunt. Quē in Mediolanensem agrum cum exercitu subitō profectus (neque enim erant Mediolanensibus, ab illo repente destitutis, copia vlla reliqua, quibus a quo campo cōgredi auderent) in graves curas Mediolanensem popu-

lunt

lum (ut par erat) coniecit. Qui cum nullam aliam tuendi status sui rationem animaduverterent, ad regis amicitiam societatemq; confugere decreuerunt. Quorum legati ad regem missi, cum madata exposuissent, re ad consilium relata, omnes illis subueniendum esse censuerunt; ne vel Franciscus Sfortia, vel Veneti Mediolano, urbe tam opulenta, tamq; opportune sita, potirentur, quorum utrique inimico animo in regem essent. Periculum enim fore, si quo fato Veneti eam Italia partem imperio suo subiecissent, ne breui tempore reliqua Italia potirentur. Itaque Mediolanenses à rege in amicitiam ac societatem recepti sunt. Atque in eo Alphonsus aperte ostendit, quamvis ex Philippi testamento Mediolanense imperium sibi deberetur, se non tam id expetere, quam totius Italia pacem atq; tranquillitatem. Quae res Mediolanam perlata, civium animos ad communis libertatis defensionem magnopere confirmavit. Florentini vero ea re cognita, legatos ad Alphosum miserunt, qui eum placare conaretur, ac de componendis rebus agerent. Rex item legatos ad illos misit, Baptistam Platamonium, ac Ludovicum Podium, qui ijs suaderent, uti à Venetorum societate discederent, si pacem suam amarent. Caterum ea pacis mentio frustra habita est. Florentinis in eo persistentibus, ne à Venetis, & Francisco Sfortia divideretur, aliquanto post Alphosus medio iam Vere, quo maior pabuli copia suppeteret, ad Abbatiam, quam Fangi vocant, cum omnibus copijs profectus est. Cumq; Mediolanenses legati instarent, uti bellum Venetis indiceret, sperantes regis nominis terrore retrocessuros hostes, ac de ea re consultari regi placuisset (ceteris indicendum bellum consensibus) unus

ex ijs qui aderant aliter sentire se ait, quodd periculum esset, ne cōfestim, vbi id Veneti rescīssent, omnes regiones ciues, qui Venetijs, & ceteris in locis qua illorum imperio parerent, negociarentur agerent ve, bonis spoliatos, in carcerem cōnycerent, tum vel maxime, quodd cū illis essent, triremes complures paratæ atque instructæ, quæ onerarijs prasidio itura ferebantur, facile poterāt regia castra maritimis comitatibus intercludere, ac Florentinorū exercitui, qui à tergo esset, animos addere. Sed in eorum sententiam itum est, qui officio fungendum, ac salutis rogantium amicorum consulendum suadebant. Itaque bellum aduersus Venetos extemplo decernitur, atque in castris promulgatur. Interea Florentini de suorum fide valde solliciti, prasidijs oppida firmare, ignari quonam rex contēderet. Alphonsus vero media iam estate Campiliam rursus petijt, animo meditans Plumbinum aggredi: si fieri posset vt aut oppidum expugnaret, aut Rainaldum in sententiā pertraheret. Cumq; ibi castris positus aliquot diebus permansisset, Petrum Cardonā cum equitatus parte pramissit, qui excursionem sub oppidum facta quot oppidanos natus esset, comprehenderet. Ceterum Rainaldus vir bracijs artibus instructus, cū ob eiusmodi suspicionem suos in oppido contineret, pauci capti sunt. Postero die rex motus inde castris sub ipsum oppidum castra posuit. Quodd cū Rainaldus animaduerteter, à Florentinis auxilium petijt, à quibus continenter aduersus regem sollicitabatur. Hi igitur duabus triremibus onerarijs celeriter instructis, frumenta, milites, arma, tela, imposuerunt. Quæ Pisis in altum euecta, adiuuante vento, subitoq; Plumbinum profecta, cōm-

meatus

meatus ac milites in oppidum, nullo resistēte exposuē-
 re. Neque enim tunc regi naues erant (nam triremes
 aliō ierant) quibus illarū cursum impedire posset. Quo
 auxilio fretus Rainaldus, diuisis per stationes oppida-
 nis, militibusq₃ intra muros semper paratis; resistere
 audacius cœpit. Quapropter Alphonsus cum oppidum
 terra mariq₃ obsidere statuisset: naues cogi, & cum ijs
 tormenta aenea ceteraq₃ id genus machinamenta de-
 ferri, frumenta, ordeaq₃, & ceteros commeatus è Nea-
 poli ad se mitti imperauit. Interea equorum pleriq₃
 cum quicquid herbidum circa erat, mandissent, nu-
 damq₃ solum nullam iam amplius stramentorum, aut
 pabuli copiam subministraret, neque hac vicinis hosti-
 bus longius peti possent: harundinumq₃ & quercuum
 folijs, rubisq₃, & arborum corticibus iustentari coge-
 rentur (iam enim finis autūni erat) macie atq₃ inedia
 confecti extabuerunt. In hominum quoq₃ corpora vul-
 gatus morbus: quod omnis illa ora propter pestilentem
 auram, ex palustribus locis efflantem, exitiabilis atq₃
 infamis est, complures aut extinxit, aut longa valetu-
 dine afflixit. Florētini verò cognita Plumbini obsidio-
 ne, quò spem obsessis darent, Federicum ac Sigismundū
 qui iam aduentarant (coactis omnibus copijs, prater
 eas, quæ oppidis presidio essent, delectibusq₃ raptim cō-
 paratis) Campiliam confestim miserāt. Quodq₃ tutior
 ac facilior commeatumum copia castris suppeditaretur,
 ad Vade portum Campiliæ ad octo millia passuū pro-
 pinquum, naues commeatibus onustas, è Pisano portu
 dimittebant, atque inde in castra modico presidio de-
 portabant. Nam terra iumentis, aut vehiculis conue-
 here, tum laboriosum, tum haud tutum erat. Itaq₃ cūm

triremes quatuor onerarias cum commeatibus eò mississent, rex de earum aduentu certior factus, triremes sex, quas apud Portum Baratum paratas habebat, quorum maritimam hostium quotidie excurrentes, infestabant, cum tribus onerarijs nauibus haud magnis, quæ ex Neapoli commeatus aduexerant: nauales socios cogere, & cum ijs Garcerarium Rechesentiũ cum imperio Vadã petere præcipit. Quæ cum ab hostibus, qui in speculis locati erant, procul prospecta essent, continuo triremium præfecti sublati anchoris, pulsibusq; solido fune compactis, ne qua hostilis nauis sese in medium coniiceret, e portu egredi, arma corripere, remis velisq; fugiendi animo in altum tendere, ac remulco agi. Sed tanta est exorta in mari malacia, propè penitus cadente vento, ut nihil, aut perparum opis in velis esset. Adnitebantur autem, quantum arte poterant, longè ut in mari prouherentur, ac regiam classem infra se à terra relinquerent, quò ijs & inuadendi & euadendi, cum vellent potestas foret. At verò regia oneraria acta à triremibus in hostium naues remulco ferebantur, omnibus ad prælium instructis intentisq; Quas propinquiores factas crebrioribus primò flexibus, aliquantum hostes ludificate sunt. Caterum triremium beneficio appulsis ad hostium naues onerarijs regijs consistere ac depugnare coacta sunt. Sed primo impetu vnam e regijs onerarijs cõprehenderunt. Quod cum regij animaduerterent, qui cum duabus reliquis onerarijs pugnabant, pudore simul & ira concitati, in hostes ferocius irruunt: omniq; telorum genere desuper vrgentes, in eorum naues se coniiciunt, sternuntq; obuios. A lateribus quoq; & à puppibus, triremibus circum-

circumfusus, longè inestabatur: nec de victoria adhuc certiores erāt. Pugnatum est supra horam acriter, nec incruenta victoria, praelium nox diremit. Dua Florentinorū triremes captae: reliquae discriptis retinaculis, interuentu noctis, ac venti exortu in altum euectae, regionum manus effugerunt, multis victarum propugnatoribus, priusquam dissoluerentur in eas transgressis, oneraria regia, quam primo cōgressu captam diximus, recepta. Res memorabilis eo praelio accidit. Cū essent pugna implicitae naues, Franciscus Centilia, vir apprimè nobilis, è Populonia colle, vnā cum rege formant pugna cōtemplatus, quae procul ad octo millia passuum committebatur, regi pugna euentum anxie expectanti affirmasse fertur, regios vicisse. Postquam naues hostium captae, perductae regi sunt, duplex leticia in castris fuit, quod hostibus, prater ademptas naues, importandorum mari in castra commeatum, facultatem ereptam videbant. Posthac sepius tentatum, an posset Rainaldus pluribus atque ijs honestis conditionibus eē propositis, à belli consilio reuocari, antequam ad vltimum certamē veniretur. Quod cū nequaquam succederet, totis viribus oppidum adoriri constituit. Inter hac Federicus, ac Sigismundus sepius minitari, sese cū copijs decertandi animo mox affore. Cumq; misissent, qui postridie se affuturos, potestatemq; pugnandi facturos, denunciarēt, rex insequenti die, postquam illuxit, copijs omnibus in aciem eductis, ad confirmandos suorum animos ita locutus est: Ego vestra virtute fretus, qua sepius in Italia, Africa, Hispania, hostes viceram, ac demum regnum Neapolitanum magnum atque opulentū, vestris maximis laboribus ac periculis adeptus

fueram, *Hetruscam* hanc expeditionem suscepi: mihi
 persuadens, vos eandem operam, ac fidem, quam supe-
 rioribus bellis, mihi aequè strenuè præstaturus. Quippe
 quos semper pluris facere dignitatem gloriamq; meā,
 quam salutem vestram, quam vitam, quemadmodum
 viros fortes decet, animaduerti. Itaque quam animi
 fortitudinem, quamq; constantiam antehac ostendi-
 stis, eandem hodie representetis opus est, quò partā ar-
 mis gloriam, cuius iactura generosis animis omni in-
 cōmodo & calamitate debet esse grauior, tueri valea-
 tis. Nec verò vos in periculum mitto, ipse adsum, comes
 eo, omnis euentus vestri particeps futurus. Res nostra,
 vt videtis, eo loco sita est, vt nobis aut viriliter pugnan-
 dum, aut turpiter cedendum, deserendaq; obsidio sit,
 quandoquidem hostes sese hodie confligendi consilio ad
 castra nostra profecturos denunciarunt. Itaque vt pau-
 cis agam, si pristinā animi virtutem, si robur, si vestrū
 illud in me ingens studium retinetis, nihil est profectò
 quòd de victoria (Deo bene iuuante) dubitem. Namq; vt
 ignauos viros fortuna reijcit, ita fortibus præsto est.
 Hac cū esset elocutus, cūcti operam latis animis im-
 pigrè polliciti sunt. Caterū hostes siue metu deterri-
 ti, siue quòd Florentini rempub. in vltimum discrimen
 adducere veriti consilium mutarint, sese in castris con-
 tinuerunt. Quapropter cū Alphonsus ad multam diē
 in armis permanisset, nec vlli apparerent hostes, cum
 copijs in castra se recepit. Aliquanto post cū oppidum
 vndiq; oppugnare statuisset, tormenta aenea qua mira
 magnitudinis ex Neapoli aduecta ante oppidum con-
 situerat, quibusq; turrim quādam cum parte mœniū
 dissecerat, parari aduersum arcē, qua à terra sita est,
 & magis

& magis ad Orientem vergit, confestim iubet, eamq;
 partem Petro Cardona oppugnandam attribuit: ab oc-
 cidente Inicum Gheuarum cum lecta virorum manu,
 à Septētrione, quā porta oppidi erat, externorum mi-
 litum robur, à mari Berēgariū Bariliū clāssis du-
 cem cum nauibus locat. Quibus constitutis, postridie
 mane exorto sole, pugnam cōmitti imperat. Oppidani,
 qui ex preparationibus pridie factis cōsiliū regis in-
 tellexerant, iam & ipsi sese ad resistendum compara-
 uerant, murosq; viris, lapidibus, tormētis ac missilibus
 compleuerant. Signo dato, regij à terra magno impetu
 in fossas ruere, & ad mœnia contendere, à mari autē
 oneraria quò propius tutò potuerunt, pontibus in pup-
 pibus excitatis quos in muros transmitterent, haud
 procul ab arce maritima magna vi subire, expositis è
 tremitibus, socijs naualibus, & ipsi ad muros succede-
 re cœperunt, oppidanis variè terrorē intentantes. Pu-
 gnabatur acriter vudiq; multisq; sepius à muro repul-
 sis, eōdem, postquam se collegerant contendebant, atq;
 cō acrius rem gerebant, quod in cōspectu regis dimica-
 batur. Qui continuè pugnantes, obiens nunc hos, nunc
 illos in praliū acuebat, ac si qui pugnando fessi, aut
 vulneribus confecti videbantur, ijs è pugna reuocatis,
 alios recentes summittebat. Prouidebat quoq; no quid
 à tergo hostilis exercitus turbare pugnātes posset. Qui
 ab Oriente rem gerebant, quā parte tormenta posita
 diximus, grauius lasi. Paries enim transuersus pugnā-
 ribus oppositus erat. Ex quo sagittarij & qui tormen-
 tis minoribus utebantur protecti, subeuntes ad mœnia
 regio in latera feriebat, pluresq; occidebant: gran-
 dium insuper lapidum deiectione multos humi sternere.

Ab ea parte Ioannesantonius Foxanus, ac Ioannesantonius Caudola adolescentior ad muros peruadere fortiterq; cōtra oppidanos pugnare inter ceteros animaduersi sunt: at ab Occidente, quā Inicus Gheuara certabat, quòd ea pars ab arce remota erat, aliquanto magis oppidani laborabant: multisq; , vt diximus, in fossam ruentibus, Martinus Nutius ad mœnia progressus diu vim hostiū fortiter sustinuit. Bernardus Sterlicius, ibidem depugnando hostili telo cōfossus, exanimis repente cecidit. Frāsciscus Dauid, dum murum audacius subit, praeceptus in fossam datus, vulnereq; ad postremū detardatus ab hostibus captus est. Galeatius Baldasius ter, aut sepius apprehenso muri fastigio, quā prius tormenta disiecerant, conatus est in oppidum irruere. Ceterum feruentis aquae vineaq; calcis (quae inter arma ingesta vbi ad corpus penetrauerat, perurebat artus) vi deterritus grauisq; saxi ictu cum reuulsa aggeris parte, quam manu apprehenderat, deturbatus est. In ea nanque parte Rainaldus ob id lectos viros de industria collocarat, pro muro diruto, aggere intus suffecto. Et quoniam de Galeatio facta est mentio, non est silentio praetereunda eius viri virtus. statura fuit quae mediocrem longè excederet, robustis ac teretibus mēbris. Corporis magnitudini vires respondebant lucta, iactu, saltu hominum nulli cedit. Membrorum robori par animus erat. equo ac pede iuxta bellator acerimus. graui armatura armatus galeatusq; humi stans, sinistra sellam, dextra bastam equestrem tenens strenuo saltu grandis staturae equum infilibat. Singulari certamine quater preliatus, bis in Italia, semet in Gallia, item in Burgundia, quae Belgica dicitur, totiens victor.

Et or cuasit. A' tribus hostiū equitibus hoc ipso bello aliquando petitus, vnum ex ijs gladij capulo seminecem equo excussit: alium citato equo medium amplexus, è sella extractum humi strauit: tertium cubito grauitè percussum in fugam vertit. Tanta porro modestia, vt nunquam ipse de sese vel rogantibus amicis diceret: vita cultu, morumq; elegātia omnibus praterea gratus, charusq; habitus. Vt autem ad rem gestam redeamus, qui è classe dimicabant, cum propter vada propius subeundi, pontesq; in muros exponendi facultas non esset, cominus pugnabant. Aduersus quos oppidani intenti illos tormentis, atque omnifariam telis petebant, qui verò è triremibus in terram egressi fuerant, circa muros aditum moliebantur: denique nusquam cessabatur armorum interim strepitus, ac pugnantium clamor cælum cōpleuerat: tormenta anea, partim antea, partim eo ipso die, inscitia, vt putāt, artificis propè omnia confracta sunt, cum quidem oppidani tormentis minoribus, quæ Colubrinæ vulgò appellari diximus, ipsi intra muros abditi, multos regionum perimerent. Namq; è cubitalibus in muro cauis, multos letho dabant. Dum pugnatur, renunciatur regi, qui praliāns equo circumibat, Florentinorum copias adesse. Miserat enim procul à castris in diuersa speculatores, ac partem copiarum procul à castris cōsistere iusserat, qui si hostes aduentarent, eorum impetum tantisper sustinerent. Itaque eo nuncio accepto, confestim milites à pugna reuocat, missusq; qui de hostibus explorarēt, ipse copias ex templo instruit. Caterum qui missi sunt, cum retulissent, paucos quosdam hostium vagos à se visos esse, haud amplius oppugnandum oppidum arbitratus (missis ad

naues qu iuberent, vt qui à mari adhuc pugnabāt, hu-
 ius tumultus nescij, praelio desisterēt) cum omnibus co-
 pijs in castra se recepit, atque posthac suorum labori ac
 discrimini parcere statuit: cumq; cogitaret cōmeatus
 ad se, per id anni tempus, mari agrè ferri propter con-
 tinuatam plures dies aduersam tempestatem, ex qua
 interdum fiebat, vt summa cōmeatum inopia in ca-
 stris esset, nec quicquam prater ea superesse, consumptis
 arborum folijs, & si quid erat, quo equorum fames su-
 stētari posset, bello in aliud tēpus dilato, Neapolim re-
 uerti cum exercitu instituit, biduoq; post pugnā soluta
 obsidione, composito agmine iter faciens Castilionum
 cum copijs profectus est, atq; inde in Senensem agrum,
 Lacidoniam pergens, ad Ciuitatem Veterem abiit, no-
 uemq; triremibus eodē profectus, cū sese mari cō-
 misisset Neapolim petiturus, exercitu terra dimisso,
 subito exorta maris procella naues dispulit, vētoq; per
 varia iactante, quatuor earum, in quēis rex erat ipse
 Caietam, totidem ad Pōtiam insulam, vna reliqua ad
 Ciuitatem Veterem, vnde soluerat, reiecta est. Inde
 Neapolim terrestri itinere profectus, miro ciuium de-
 siderio exceptus est, nulla re omīssa, quae ad concelebrā-
 dum eius reditum excogitari posset. Sed mirabilis ante
 omnes honores illi decretos extitit, nocturnorum lu-
 minum multitudo. Namq; ciues incensa funalia sin-
 guli manibus gestantes, postquam totam urbem equis
 lustrauere, sub prima noctis vigiliam gratulabundi in
 regiam conuenerunt. Post hac ad arcem adificandam
 conuersus, cuius adificatio, belli causa, nihil non inter-
 missa fuerat, eam breui tum opere mirabilem inex-
 pugnabilemq; tum sumptu magnificentissimā effecit,

quinque

quinq³ turribus orbiculari forma, quatuor angulari-
 bus, quinta interiecta è lapide quadrato, mirifica stru-
 ctura, atq³ artificio, muriq³ crassitudine inaudita ex-
 citatis. Inter turrim mediam & angularem ad occa-
 sum vergentes, portam cum ingenti arcu triumphali
 ex marmore candidissimo constituit, turribus ipsis ad
 area solū plenius, quas nulla prorsus machinamentorum
 vis possit euertere. Interiectarū edium pariete nouo la-
 pide vtrinque contabulato, ingentiq³ praterea latitu-
 dinis, itidem è saxo quadrato, fossa à labris circumdu-
 cta. Cumq³ contra arcem ad sagitta iactum breue so-
 lum esset, mari circumfusum, in quo parua quadā tur-
 ris antea sita fuerat, ne aliquando hostes occupato solo
 turriq³ ibidem edificata, arcem ipsam mari obsiderēt,
 disiectis veteribus fundamentis aliam in medio solo,
 aequè admirabilis artificij, tanta verò altitudinis, quā-
 tam nullius navis malus aquaret, extruxit. Eo tempore,
 cum Veneti aduersus Mediolanenses bellum conti-
 nuarent, hortantibus orantibusq³ eorum legatis, ut ijs
 mari bellum inferret, quo tanta belli mole subleuaren-
 tur (vrgebat enim ceruici instās Frāciscus Sfortia, qui
 Mediolanum obsidebat) ingentem onerariam nauim
 armauit, eiq³ Inicum Daualum prestantem virum
 prapossuit, qui mox alia naue, haud multo minore, quā
 non longè ab oppido Tunete capit, illi addita, in Ioniū
 mare profectus, hostium naues Alexandria redeuntes
 obseruabat. Qua de re Veneti certiores facti, cōsestim
 naues sex onerarias, ac triremesquindecim, inter quas
 erant oneraria maiores tres, egregiè instructas, aduer-
 sus regias miserunt, quas in Ionio mari cum nacta es-
 sent, ad Sicilia vsque fretum insecuta, noctis interuētū

sequestrata regia Siracusarum portum continuato cursu petierunt, suadentibus ijs, quorum consilio Inicus plurimum utebatur. Quo cognito, Veneti cum classe eodem profecti, portumque ingressi post longum atque atrox certamen, in quo multi utrinque desiderati sunt, cum naues ad terram alligatas inde reuellere nullis artibus possent, defendentibus summa vi regijs, appulsa navi incensa, illas cremauerunt, nec ulla humana ope inhiberi restingui uel incendium potuit. Qua clade cognita Alphonsus, triremibus decem confestim coactis, Bernardum Villamarinum, virum acrem, rerumque maritimarum peritum, in Adriaticum misit. Veneti per id temporis triremes duodecim erant parata instructaque, quarum praefectus de regiarum aduentu certior factus, ad eas inquirendas proficiscebatur. Cum autem longe in altum prouectus tranquillo mari nauigaret, ob aduersam tempestatem classe disiecta, triremes quinque in Epirum quo regia se contulerant, forte delatae sunt: cumque supra eum portum quem Coturnicum appellat, terram petentes irent, quo in portu regia classis stabat, Bernardus cum classe, subito ex portu eruptione facta, ad illarum cursum iter dirigit. Quod ubi Veneti animaduertuerunt, hostes ut erant, rati, sese extemplo in fugam coniiciunt. Quos cum regij enixius insequerentur, duae ex his conuersis ad terram prorsus littus inuadunt, sequae certatim precipites dantes, eas vacuas hosti reliquerunt. Una earum plena capta est, reliquae duae, quod velociores erant, effugerunt: deinde Bernardus ijs insulis quas Veneti in Aegeo mari tenebant, hostiliter petitis, plerisque nauibus captis, multa eis et magna detrimenta intulit, quoad inde Neapolim per pacem a rege

regeruocatus est. Post hæc Alphonsus inualescentibus Turcarum opibus, Bernardum, sumpto comineatu, atque iisdem triremibus una adiecta, cuius ductor erat Thomas Caraffa, eques clarus, qui in ea expeditione febris correptus mortem obiit, in Aegeum mare reuerti iussit, atque inde in Cilicium oram, quam nunc Satalaneum nuncupant, contra Rhodon sitam proficiscētem, exiguam quandam insulam, cultoribus vacuam, cum classe occupare, atque arcem in ea sitam reficere, de qua arce hæc accepimus. In ea insula Turca olim, cum à Rhodijs nauibus vehemēter infestarentur (neque enim multum inde abest Rhodus insula) arcem quandam, Castrum Rubrum appellatā, exadificarunt, presidioq; firmatam multos annos summa cura custodierāt, prædatorijsq; nauibus Rhodon frequentius petebant: mortuo autem Amurate Turcarum principe, cum de regna inter procures certamen esset, Rhodia religionis principes occasionem castelli recipiendi (ut sibi videbatur) nacti, comparata classe, insulam petierunt, expositisq; in terram militibus, arcem obsederunt: nec prius inde discessere, quam illam fame domitam in potestatem redegerunt. Valido deinde presidio firmatā diu tenere. Ad postremum Turca (quod quidem hac ætate nostra contigit) sopitis domi discordijs, languescētibuscq; iam Rhodij ordinis viribus, cum magna classe parata Rhodon petiissent, multisq; cladibus affecta insula, oppidum aliquandiu frustra obsedissent, desperataq; victoria abscederent, ad insulam, quam supra memorauimus, cum classe profecti, urbem Rhodon à se vi captā atq; euersam mētiti, ijs qui castello presidio erant tantum terroris ac metus iniecerūt, ut confestim salutem

pacti arce exceſſerint: quos omnes Tarca, violata fide,
 comprehenſos ſœdè ceciderunt, caſtellumq; ſolo aqua-
 runt: nec ante Bernardi cum regia claſſe aduētum re-
 ſectum eſt: quanquam aliquanto procul à veteribus
 fundamentis tutiore loco ſuſſectum. Quo inſtaurato,
 Bernardus cum eiſdem expeditionis ſocijs oras illas
 praterlegens, multas Barbarorum naues mercibus o-
 naſtas cepit, magnaq; ex vicinis agris prada abacta,
 illos ingenti damno & clade plus biennio affecit. De-
 mum à rege reuocatus, arce valido praſidio firmata,
 Neapolim reuerſus eſt. Quo tempore Scanderbeccus
 nobilis in Epiro regulus, ac magna & ſpectata virtu-
 tatis, aduerſus Turcas à quibus obſidebatur, ad Al-
 phonſum legatos auxilium oratum miſit. Quoq; ab
 eo promptius atque enixius adiuuaretur, ſeſe in eiſ-
 dem ac tutelam dedit. Quo factò, rex conſeſtim quā
 breuior per Adriaticum mare traiectus erat, primum
 pediatum, ac frumentum, nec multo poſt Giliſbertum
 Ortaſanum, impigrum virum, cum alia manu militū
 ad eum emiſit. Quo auxilio ſimul & regij nominis au-
 toritate fretus, Scanderbeccus à Turcarū vi non ſolum
 ſua tutatus eſt, ſed aliquod in ſuper hoſtilia oppida non
 ignobilia in poteſtatem ſuam redegit. Poſt hac Alphon-
 ſus cum Ioannemantonium Vrſinum Taliacotij Co-
 mitem vlciſci ſtatuiſſet: qui quo tempore Plumbini ad-
 uerſus Rainaldum eiſ fratrem bellū gerebat, Rainal-
 do fauerat, cū copijs in Pelignos, vt inde Taliacotium
 peteret, proſectus eſt. Quod cum ille cognouiſſet, ad Ni-
 colaum pontificem maximum confugit, cuius inter-
 uentu, ſeſe graui bello pecunia liberauit. Cumq; adhuc
 rex in caſtru apud Pelignos eſſet, Florentini pacis aui-
 di, quòd

di, quòd non modò in eius regna commeandi, vnde máximos fructus percipere solebant, sed etiam in cetera regna, atque prouincias maritimas trañciendi, vehendarumq; inde mercium facultatem sibi ereptam videbant: qua res tum publicè, tum priuatim eorum ciuitati labem atque perniciem essent allatura: cogitarentq; insuper, si modò cum parua copiarũ manu rex bellum traheret, illi ad postremum resisti non posse: lanotium Pandulphinum, ac Francum Sacchetum eloquentem virum, legatos ad eum de pace mittere constituerũt. Quibus accepta fide in castra profectis, postquam mandata exposuerũt, bellumq; excusarunt, Antonij cardinalis Ilerdensis opera, qui id negocij de pontificis volũtate susceperat, paucis post diebus Florentinis pacem dedit, Castiliono, ceterisq; oppidis qua in eorum agro per bellum cepisset, ac insula Gilio retentis: quanquam pro his Florentini grandẽ pecunie summam offerrent. Quam cũ quidam è suis potius accipiendam diceret: Reges, respondit, pecunia non egere, sed gloria. Nec multo post mortuo Rainaldo Vrsino, cũ Catharina Apiana vxor eius, vereretur ne Alphonsus Plumbinum rursus cum exercitu peteret, neque esse t cõquieturus, illi per amicos reconciliari curauit. Cũq; illius pacem aliter impetrare non posset (quòd rex dignitati sua consuli volebat) nisi illi tributum pendere t aureum poculum, quod esset quingentorum aureorum pondo, quot annis dum viueret, ei se tributurum recepit. Paulo post cum & ipsa misso poculo mortẽ obisset, Emanuel Apianus cognatus, & successor eius, quò sibi eo principatu tranquillo frui liceret, & ipse se regis stipendiarium sua voluntate effecit. Hic multos annos in

militia versatus, longè à spe dominandi tandem vxō-
 rem Troia, inter Apulos, ceperat: ibiq³, tenuiter vitam
 egit, donec inortua Catharina, in ius successionis à Plū-
 binensibus publicè vocatus est. In quo illi rex non modò
 non aduersatus est, sed etiam plurimùm fauit. Veneti
 verò ea re cognita, conuersis ad pacem studijs primùm
 per Leonellum Ferrariensium principem ea de re agere
 cœperunt, factumq³ est illius viri suasu, vti Rex Ludo-
 uicum Podium legatum Ferrariam miserit. Quò cum
 venisset legatus Venetus, pacis mentio inchoata est.
 Cumq³, postea ad regem Leonellus misisset, quòd inuidis-
 sent aliqua quæ eius auctoritate egerent, misit rex cū
 mandatis Ferrariam Iacobum Constantium Iuriscon-
 sultum, qui vnà cum Ludouico ista tractaret atq³, con-
 ficeret. Quibus diu multū agitati, disceptationibusq³,
 omnibus è medio sublati, pax tandē inita est. Nec mul-
 to post capta à Francisco Sfortia vrbe Mediolano, quā
 in re longè sefellit Venetos eorum opinio: cum ita exi-
 stimarēt, in se esse, vbi vellēt & datas habenas preme-
 re, & Mediolanenses conantem opprimere, sua autori-
 tate prohibere. Profecto ad regem legato, Victore Ma-
 ripetro, eosdem in amicitiam & societatem recepit.
 Cumq³, aquum esse duceret, mittere ad Venetos qui ijs
 suo nomine de pace ac societate congratularentur, Lu-
 douicum Podium, atque Antonium Panormitam lega-
 tos ad illos misit. Quibus benignè exceptis, & in sena-
 tū introductis, Antonius hac oratione vsus est. Gaude-
 mus, ac vehemēter latamur, Patres, Princepsq³, sapiē-
 tissime, hoc legationis munus nobis ab Alphonso Rege
 nostro demādatum esse, vt ijs simus qui vobis de pace &
 societate constituta gratulemur. Nihil enim est (quā-
 tum exi-

tum existimamus) quod aut nobis dictu, aut vobis auditu iucundius accidere potuerit. Per iucundum quippe nobis est, ad eam ciuitatē nos oratores missos esse, quae ob virtutem, ac res amplissimas gestas opibus floreat & gloria. Nec verò minus iucunda auditu vobis putamus fore, quae de pace ac foedere (renouata nuper inter regem nostrum, vestramq; rempub. amicitia) commemoraturi sumus. Nihil enim est aut omnino acceptius, aut auribus suauius, quam de pace & beneuolentia verba facere. Irreperit enim, nescio quomodo, sensus nostros, ac vehementer retinet, totosq; penè artus permouet. Est enim insitus natura mortalibus pacis & oculi amor, sed aut mala consuetudine, aut nimia cupiditate nunquā ex animis nostris elabitur. Quae postea, si quando renouatur, multo sit profecto dulcior, atque iucundior necesse est. Quod quidem ut regi nostro contigit, ita & vobis contigisse existimamus, qui pacem ipsam non modo non abnuistis, sed vltro etiam magis Italiae ocio quam vestris commodis consulentes expetistis. Reto quidem ut antea dolebat bellum quodam aduerso fato exortum esse, ita nunc latatur, pacem positis armis reuocatam esse, redintegratamq; amicitia illam, quam & ipse, & maiores eius Aragonum reges, cum vestra rep. sanctam atque inuiolatam ante hac fatalia tempora religiose seruauerant. Nam quae intercesserunt inimicitiae, non voluntati, sed cuidam fato tribuendae sunt. Vtraq; enim pars inuita arma suscepit. Sed ita tulit temporum conditio, ita sociorum ratio postulauit, ut ipse aduersus vos bellum gereret, vos item aduersus eum. Sed tamen illa acerbitas animorum, quae plerumque inter hostes esse consuevit, in eo bello absuit, ut

satis appareret, vtrique pacis magis quam belli consiliis
 probari. idq; etiam euentus docuit. Simul ac enim vos
 à pacis consilijs non abhorrere ostendistis, nūquam rex
 neque pacis mentionem aspernari, neque nuncios atq;
 oratores de pace mittere destitit, quoad pax effecta est.
 Quod quidem satis videtur declarare, quantum rex
 ipse cuperet vobiscum in gratiam redire. Et vos quoque
 id ipsum non obscure testati estis. Pace enim haud satis
 contenti, ipsi paci societatem, ac fœdus adiungi voluistis.
 Ita fit, vt bellum fatalis quadam necessitas induxerit,
 pacem voluntas reuocarit. Nec verò dubitamus, quin
 quo consensu pax ipsa facta est, in eodem perseueret ac
 duret. Pax enim non modò ipsa dulcis est, sed etià ipsius
 nomen blandum ac suaue: tum res ipsa, vt sapientes di-
 cere audio, salutaris. Has enim agri, has vrbes, hac res
 priuata, hac resp. hac denique regna constituuntur, &
 conseruatur. Mihi quidē ita semper visum est, qui pa-
 cem negligeret, hos summā hominum felicitate haud
 satis cognoscere. Totius enim felicitatis fructus est pax.
 Quid enim proderat dispersos homines eloquentia cō-
 ciliasse, nisi conciliatos pax ipsa in societate & carita-
 te contineret? quæ quidem pax cū vnicuiq; ciuitati
 amabilis esse debet, tum vestra tamē imprimis, vt quā
 à maioribus vestris dignitatem accepistis, ac vobis ipsi
 vestra virtute peperistis, tueri valeatis. Etenim vestra
 ciuitas est, quæ omni genere virtutis, cum quauis non
 modò earum, quæ hac tempestate præclara habentur,
 sed etiam possit cum omni antiquitate contendere.
 Quales enim viros (vt omittam admirabilem vrbis
 situm) quales inquam viros, quæ prudētia, quæ graui-
 tate, quo consilio, quæ denique semper autoritate ha-
 buis

buit hac v^{est}ra gloriosa ciuitas? quae respub. sapientius gubernata, atque administrata vnquam fuit? Quam legimus ciuitatem sanctioribus vnquā, institutis, aut legibus vsam esse? Nec verò pacis modò, sed belli attribus hac v^{est}ra ciuitas valuit, & valet. Semper enim gloria auidi fuistis: nec maritimis tantum, sed & terrestribus quoque bellis praecleara fortitudinis documenta edidistis. Pro gloria verò tuenda, quos labores, quos sumptus, quae discrimina subieritis, testantur multa belli à vobis magno animo suscepta; & feliciter confecta: quibus imperij v^{est}ri fines eousque extendistis, vt quò ante hos sexaginta annos nullum propè oppidum in cōtinenti haberetis, nūc aucta maiorum gloria, omniē propè Galliam Cisalpinam, quae cis Padum; ac Abduū flumē est, ditionis v^{est}rae feceritis. Hac tametsi magna sunt, cum nonnullis tamē, praesertim ex antiquioribus sunt vobis cōmunia. Ceterum illa vna, summa & v^{est}ra tota laus est, quia omnes orbis terrarum gentes; & Romanos ipsos anteistis: quòd quo gerenda Reip. ordinē ab initio vti coepistis, eundem iam supra millesimū annum constanter tenere perrexistis: cum cetera omnes Italia ciuitates aliam atque aliam reipub. administranda formam, ob intestinas seditiones vsurpauerint. Quae vt vobis prima ac perpetua sint, pax ita efficiet, & societas, atque amicitia cum Alphonso rege. Nullus enim aut vobis, aut ipsi (Deo bene iuuāt e) metuendus est hostis, donec in societate permāseritis. Cuius quidem conseruāda non minori voluptate nos ipsos quam regem affici, nobis ita persuasum habemus, vt v^{est}ri vel confirmandi, vel hortandi gratia verba facere non superuacuum arbitremur. Nos igitur vt orationē

modum statuamus, hoc vobis de Alphonsi regis nostri animo, ac voluntate pollicemur, ut non modo qua ex pacis ac fœderis formula ab eo præstari oporteat, verum etiamq; ab eo amicitia iure requiri possint, in vos vestramq; remp. libenter atque impigre collaturus sit. Quæ autem secretiore colloquio videntur indigere, in aliud tempus differendum putamus. Facto dicendi fine, Senatus princeps de laudibus regis multa elocutus, pacem ipsam, ac societatem sibi cunctisq; patribus ingenti cura esse, ac fore respondit, oratoribusq; vehementer collaudatis gratias egit, ijs qua secretiore colloquio egebant, in alterum diem delatis. Haud multo tempore interiecto, Alphonsus Heleonoram sororis filiam, venustate ac modestia æque insignem, Federico Ramiænotum Imperatori qui tertius fuit hoc nomen, ab Alphonso Lusitanorum rege, eodemq; Heleonore fratre, qui Edoardo fratri successit, locandam curauit, quod & illam in altissimo dignitatis gradu constitueret, & opes suas illius affinitate firmaret. Cumq; biennio fere post, Federicus in Italiam proficisci decreuisset, ut coronam imperij more maiorum acciperet, primo in Foroiuliensem agrum cum egregio, sed modico comitatu, ac deinde per Venetos Ferrariam Bononiamq; , dein cepit Florentiam ac Senas peruenit, hospitij ei in omni itinere datis publicè. Senis aliquantum moratus, donec pontificis maximi & Cardinalium, qui in nonnullâ de eo suspicionem venerant, in se animum exploraret. Interim Heleonora Alphonsi vocatu mari in Italiam profecta, Pisas primum, atque inde Senas ad eum venit. Florentinis ac Senensibus honorificè suscepta. Post cuius profectionem, compositis cum pontifice maximo quæ opus erant,

erant, Federicus vnà cum illa Romam sui coronandi causa petijt. Aduentantibus omnis prope ciuitas, magnaq; Cardinalium pars honoris gratia sese obuiam effudit. Et quoniam, vt diximus, suspicio pontificem & cardinales ceperat; ne eo animo aduenteret, vt eorum statum atque opes inminueret; de qua quidem re ingens rumor ob stulta quorundam vaticinia vulgo intrebuerat, pontifex accitis in urbem copijs, & opportunis quibusque locis praesidio firmatis, inter militum equitumq; stationes ad se proficiscentem, & ipsum tum armatis equitibus ad gradus templi Apostolorum principis, vbi eū praestolabatur, comiter excepit; coronamq; auream pro vetere cerimonia atq; instituto capiti eius imposuit, & in Palatij parte hospitio admisit. Post paucos inde dies Federicus Alphonsum inuisere constituit; nec eo insalutato; ex Italia discedere. Quod cum Alpho nuntiatum esset, qui iam ad eum priusquam Senis decederet; Iacobum Constantium miserat, etsi erant dies religiosi atque obseruandi (erant enim ij dies, quibus Christus summus ac verus Deus noster, pro salute humani generis crucis supplicium perpeti voluit) confestim quae temporis breuitas passa est, pro eius aduentu decorando parari iussit; ac mox Nicolaum Piscitellum Archiepiscopum Neapolitanum, Marinum Martianum Russanensem principem, Franciscum Baucium Adriensem ducem, Leonellum Acontianurum Celandium comitem, ac Antonium Panormitam legatos ad eum misit, qui illi suaderent (si forte adhuc Roma esset) vti proximos dies sacros Romae potius, quam in itinere ageret. Idq; illi suadebat, quod sibi spaciū esset ad ea conuenientiori tempore paranda, quae in animo habe-

ret, aut si iam fortè discessisset, eum affectarentur, hospicia, postquam regni fines ingressus esset, illi, quiq; in comitatu eius erant, omnibus dari curarent. Postremò Ferdinandum filium cum magno procerū, ac nobilium virorum numero illi obuiam ire iussit. Caterum Federicus, ut qui cupiebat admodum regem quamprimum videre, idq; nō minus ab Heleonora optari sciebat, iam iter inuaserat, [Ladislawo Vngaria rege appellato quem secum duxerat, adolescentulo Roma tantisper relicto. Qui ubi regis voluntatem agnouit, renunciari iussit, venire se ad eum, non ut Imperatorem Romanum ad regem, sed ut amantiſſimum filium ad exoptatum patrem. Proinde missa faceret, quā tāta cura ab illo preparari sciret. Rex etsi humanitatē eius satis laudauit, nihilo minus tamen quae instituerat, perfici mādauit, atque arcem Capuanam ei pro diuersorio cum omnis generis rerum. necessariarum copia attribui hospitibus, atque obsonia vbertim parari. Accedebant verò cum Federico, Albertus frater eius, ac multi praeserea clari proceres illustresq; principes subselliorum quoque duodecim ordines, in modum theatri, ad dimensionem ara Mariae coronatae, vnde ludi equestres, ceteraq; id genus spectarentur, praepropere extrui iussit. Legati, quos diximus, cum eum Roma iam digressum apud Pipernum nacti essent (facta modo salutatione) Terracinam aduentantem comitati sunt. Quo primum in vrbe Ferdinandus eum nactus salutauit, Et Antonius de regis congratulatione, atq; Federici laudibus concedentibus collegis luculentam orationem habuit. Digressus inde fundos peruenit, quae in oppide ab Honorato Caietana Fundorum principe (ita inquit

rege)

rege) summo honore affectus est. Heleonora verò cū magno comitatu, aliquāto interuallo sequebatur, quoniā hospitia tanta multitudini (erant enim supra quina hominum millia) haud quaquam sufficiebant, à Terracina Capuam perpetuo itinere (eorum causa qui pedibus iter faciebant) mense cū obsonijs, frequentibusq; poculis strata. Cū Capua Federicus appropinquaret, Alphonsus ad tria millia passuum ultra eam urbem obviam profectus, ipsum amicissimè excepit. Eoq; Capuā deducto, ad ordinanda quæ opus erant, Neapolim quæprimum redijt. Quo factō postridie cum innumerabili propè civium ac procerum multitudine rursus obviam profectus, sub auratis stragulis Federicum collocavit. Cumq; ipse ponè equo sequi honoris causa vellet, non est passus Federicus, sed continuò manu eius apprehensa, sub stragula, vt pariter incederet, illum aliquāsum reluctantem ad se traxit. Eo modo per totam urbem, perq; quinque illas celebres nobilitatis Neapolitana sessiones, matronarum ac virorum frequentia cultissimas: perambulās, demum in arcem Capuanam deductus est. Comitibus confestim hospitia cum abundantissimo obsonio præbita. Altero die cū Heleonora Capuam venisset, & ei quoque rex in magna virorum ac matronarum frequentia obviam processit: quam vt vidit, magnitudine pietatis illachrymatus, atque cōplexus, eodem quo Federicum virum eius, honore prosecutus est. Plerosque civium in honorem eius, ac Federici, ingressus Neapolim equestri dignitate decoravit. Nōnullis etiam id postulanti bus, à Federico eam dignitatem dari equo animo tulit. Multis præterea eorum rogatu ampla munera contulit, quibusdam etiam deli-

etorum gratiam fecit. Ludos imprimis Christianos magno apparatu (quibus sacra mysteria obitus ac resurrectionis Christi Dei nostri referebantur, in quibus ceremonijs sese semper magnificentissimum præbuit) in Clara templo augustissimo, ac maximo, iisdem spectantibus, per noctem edidit, tanta hominum frequentia, ut nonnulli inter turbam propè enecti fuerint. Ac mox inuitatum ad prandium Federicum, atque aurea ella collocatum, regali apparatu, ac luxu accepit, adductoq; in penitiorem adium partem, vniones, ac gemmas (quas multas ac varij generis atque immensi præcij habebat in thesauris, qua magnificentia cunctos sui temporis rogos antecessit) sigillatim ostendit: reliqua diei parte varijs sermonibus cum ea consumpta, ludos deinde equestres celebres edidit: quibus Ferdinādus filius, multiq; insignes adolescentes ac viri certauerūt. Tantus autem concursus fuit ad hæc spectacula ex omnibus vndique regni partibus, ut vix subsellia quæ pro tempore extructa diximus, atque aded vrbis tecta & loca, e quibus spectari possent, eam multitudinem caperent. Postremo incredibili magnificentia venationē exhibuit. Locus est Neapoli ad quatuor millia passuum proximus, quem vulgò Listrones vocāt, nos vñ e Pblegrais campis ab ardore nuncupandum putamus: in eo loco planities est admodum profunda, atque in orbem sita, duo fere millia passuum ambiens: & ibidem modicum stagnum ac scatētes passim sulphure aque agris salutares. Est autem hic campus vno ac perpetuo monte excelso circunseptus, circa quem atrum nemus: ac denique est suapte natura talis, ut ne in reliqua quidem Italia vllus venatibus aquè aptus, locus existimetur.

metur. Nemo ipsum aptorum, ferarumq; passionibus
 ferax est. hic vel sponte ingressæ vel agitando impulsæ
 incessu circumquaque collibus fera euadere non pos-
 sunt. Caput autem totius montis supercilium quæ se la-
 tius prædit, ad sex millia passuum. Agrestes in id munus
 imperati, supra quina millia, cum venabulis biduo
 ante venationem affuerunt: hiq; vna cum venatoribus
 regijs, quorum ingens erat numerus, compulsis, atque
 eidem nemori circumiectis, permultis varij generis fe-
 ris statim supercilia montis infederunt, ne quæ inde
 fera elaberetur, intenti. Quæ postquam parata esse Al-
 phonsus agnovit, postridie mane cum Federico, &
 Heleonora principibus ciuitatis vtriusque sexus, se-
 quentibus, eò se contulit: ac paulò citra cum locum fi-
 xis tentorijs, in quibus vnum illud longè conspicuum
 erat, cum triclinijs, & cubiculis secretioribus, in cu-
 ius medio abacus sublimis extabat, argenteis atque
 aureis poculis, vasisq; omnis generis latè resurgens,
 Federico, atque Heleonora seorsum, atque ad eò omni-
 bus qui affuere, ex omnium rerum copia quæ pro tem-
 pore parari potuerunt, abundantiissimum epulum præ-
 buit. Ante hoc tentorium, manufactus fons stabat ad
 voluptatem & copiam triplici suauissimi vini genere
 diffluens, quò se turba omnis ad satietatem proluebat.
 Remotis mensis, in montem itum, vnde in eum cam-
 pum, quem diximus, despectus erat. Ibi, Federicus, &
 Heleonora seorsum confederunt. Rex deinde equo ala-
 cri inuectus, per viam quæ vnica in campum patebat,
 cum Ferdinando, atque ijs quos voluit, è purpuratis
 incessit, atque eos in tres turmas diuisit. Venatores
 regij imas partes montis agrestes superiores tenebant:

ciuium, atque externorum turba omnis reliqua, per montem diffusa. Fera deinde agitari coepit, sunt undique, nec quisquam à destinatis stationibus ad alienos discurrebat. Hinc apri ceteraq; fera tum canum latratu, tum hominum clamore excitati, postquam in campum precipites se deiecerant, à velocioribus canibus retenti, venabulis confgebantur, aliquot tamen (quod quidem cernere pulchrum erat) toto campo rapidissimo cursu fugitantes elapse sunt. Supra viginti varij generis, spectantibus omnibus, rex ipse sua manu occidit. Sub vesperum Neapolim reditum est. Post hac Heleonoram qua adhuc intacta erat, antequam à se discederent, Federico copulari voluit. Demum abire volentem (nanque is terrestri itinere Romam reuersus est) datis ei atque Heleonora amplissimis muneribus, aliquantum extra urbem prosecutus est. Nec multo post Heleonoram, cum lacrymis à se dimissam, Manfredoniam, iussu viri, atque inde Venetias cum triremibus misit: quod & ipse Federicus, qua venerat via, regressus, inuitantibus Venetis, quibus tum cum rege, vt diximus, societas erat, profectus, vnaq; cum illa amplissimis honoribus affectus, inde in Germaniam redijt.

BAR-

BARTHOLOMAEI

FACH RERVM SVO TEM-

PORE GESTARVM

LIBER X,



ECVTVM est paulo post alterum bellum Florentinum, Venetis socijs atque amicis postulantibus, quod Florentini Francisco Sfortia post subactos ab eo Mediolanenses, aduersus se haud dubie bellum molienti (quippe qui omnes apud Abduam amnem pontes atq; arces quod ea Mediolanensis agri dirionuq; esse diceret, sibi reddi poscebat) fauere, ac pecunia iuuare eundem intelligebantur, quodque ante ipsius Federici imperatoris aduentum, nec à Ludouico Podio, & Antonio Panormita Regijs legatis, & Matthao Victurio Venetorum legato, cum Venetias peterent, moniti ab incæptis destiterant. Quinetiam societatem palàm cum Francisco iunxerant, nec postea Alphonsus Luspanus Archiepiscopus, ac Nicolaus Filiacus, Regij legati, & Triadamus Grittus Venetorum orator, pontificis maximi hortatu Romam profecti, quò cunctorum principum oratores conuenerant, ut de pace agerent, quicquam illos mouerant, ac deinde Zachariam Triuisanum Venetum legatum, non receperant, qui cum Persium cum Cicco Antonio Iurisconsulto legato regio, conuenisset, & ad Florentinos misissent qui peteret, uti fide publica Florentiam proficisci liceret, regia tantum modo legato potesta-

se adeundi facta, Venetum contemptui habuerant. Demum Florentini ac Franciscus ea quotidie struere, atque agitare audiebantur, quibus manifestè appareret, illos, posthabitu pacis concilijs, de bello cogitare. Quibus de rebus commoti rex ac Veneti, cum omnia ab se tentata sciret, quibus pax conciliari posset, ad postremum aperte bellum suscipere rex aduersus Florentinos, Veneti aduersus Franciscum decreuerunt. Itaque utrique extemplo veteres copias contrahere, novos exercitus ac duces scribere, & quæ bello forent vsui parare. Et quo magis Florentinos terreret, statuit Alphonsus per Ferdinandum filium, florentis ætatis iuuenem, id bellum gerere, quod id sibi maius videbatur, quàm quod per alium quempiam agendum esset. De quo, quoniam locus exigit, antequam ad res gestas veniam, pauca mihi quedam dicenda existimavi. Ingenio fuit eximio, & ad cunctas optimas artes docili, liberalibus disciplinis institutus, iuri quoque Ciuili operam dedit, ut vnâ arma cum legibus iungeret, quæ duo ad respub. gubernandas aptissima putantur. Armorum quoque tractandorum scientiam didicit, equitandi peritissimus, lucta, saltu, iactu, equestriq; certamine, vel cum veteranis contendere, facilitate ac modestia cum omnibus certare, gloria cupidus, calorem, frigus, inediam laborèmq; facile pati. Cumq; aequales gloria & dignitate superaret, ab omnibus tamen (quod rarum est) valde diligi, atque obseruari. Ceterum Alphonsus cum tantum bellum minimò negligendum existimaret, præsertim quod filium in eam expeditionem missurus esset, ad sex millia equitum, & duo millia

milia peditum, partim ex popularibus suis, partim
 ex externis scripsit, Federico Vrbinatum Principe,
 Auerso, ac Neapolione Vrsini (externi hi erant) e-
 gregijs copiarum ducibus mercede conductis. Ex po-
 pularibus autem regniq, incolis duces habuit, Anto-
 nium Caudolam, Leonellum Acontiamurum, Gar-
 tianum Cabanellum, ac Vrsium Vrsinum. Et quò matu-
 rius duces ipsi cum copijs conuenirent, in prata Cam-
 pana (vtri Neapolitanorum mos est, expeditionem pa-
 rantium) cum Ferdinando concessit. Quò cum multi
 aduentassent, Ferdinandi discessum huius amplius dis-
 ferendum ratus, cuius profectiorem Veneti per legatos
 continus exposcebant, eum ab se dimissurus, huiusce-
 modi oratione alloquutus est: Còpulsus tandè Floren-
 tinorum iniurijs, quas nobis ac Venetis socijs, & amicis
 nostris quotidie inferre pergunt, constitui animo, te
 (quo nihil habeo in vita carius) aduersus eos cum hoc
 exercitu mittere: sperans Dei ope, qui iustitia fauet
 & tua atque horum militum virtute, fore vt acceptas
 iniurias vlciscamur: simul vt cognoscant iniuste se fe-
 cisse, qui cum hostibus nostris fœdus atque amicitiam
 iunxerint, seq, in eo errasse, neque satis rectè reip. con-
 sultuisse. Et quò id alacriore animo suscipias, agasq,
 hosce veteranos commilitones meos, mihi carissimos,
 quos tibi magna glaria, si eorum vtri consilio noueris,
 futuros reor, trado, tueq, fidei commēdo: quorum vir-
 tus ac fides multis meis magnis laboribus ac periculis,
 superioribus bellis mihi nota & spectata est. Quorum
 opera omnes adhuc diem victorias, & Neapolitanum
 hoc regnum triumphumq, adeptus sum: quibus deniq,
 adiutoribus, bellatoribusq, magnam Italia partē ma-

Oratio

Reip

Alphonso

Ferd

Filiu

iorum nostrorum imperio, & gloria adiecimus. Hoc
 velim, vt imprimis ames, carosq; habeas, putésque
 nihil, ne vitam quidem ipsam, à me tibi commendari
 posse diligentius. Quod cum feceris, meam à te gloriam
 amari & expeti tum deniq; existimabo. hos vide, ne
 temerè in discrimen mittas. nec verò multum à te co-
 hortandi, aut oratione incitandi erunt. Si quid peri-
 culi subeundum fuerit, magis à te reprimendus mo-
 derandusq;, quam verbis accendendus animus erit.
 Tales tibi viros ad necessarios casus reserues facito: in
 quibus scilicet de dignitate tua agatur, aut fama. nec
 verò apud me dubium relinquitur, cum eos ita habi-
 turus sis, quin Imperatorem eundem habere se sentiāt.
 Id autem te ante omnia monitum velim, ne tantum
 tuae aut horum militum fortitudini fidas, vt arbitre-
 ris absque diuina ope à te hostes superandos. Victoria
etenim non ex hominum consilijs, sed ex summi Dei
voluntate ac potestate proficiscitur. Tum denique tibi
 militares artes profutura scito, cum Deū tibi pietate,
 ac iustis factis propitiū reddideris. Eum igitur, si vin-
 cere expetis, pura mente colito: spemq; omnem victo-
 ria in eo reponito. Et si quando (quod solet in bello con-
 tingere) tibi quicquam aduersi acciderit, quo existi-
 mare possis, ipsum Deū tibi subiratum esse, vide ne ab
 eo per impatientiam, atque animi perturbationem di-
 scedas, sed potius satisfaciendo, ei reconciliari stude.
Solet enim Deus quos diligit interdum malis afficere:
& quos constantes in aduersis videt, rursus in meliorē
fortunam restituere. Existimationis tua diligentissi-
 ma tibi ratio habenda erit, putandumq; nihil eare in
 humanis rebus pluri esse, aut fieri debere. Quippe cum
 victoria

victoria nonnunquam magis existimatione & fama,
 quam militum robore ac virtute comparetur. Et victo-
 ria quidem saepe cladibus mutatur, at fama si cum pro-
 bitate ac fide coniuncta fuerit, & permanet, & cum
 omni aeo perdurat. Honestati itaque à te incumbendū
 erit, qua detracta, nec principi illi Deo placere, neque
 apud mortales auctoritatem vllam stabilem, aut glo-
 riam consequi possumus. Venetorum verò amicorum
 ac sociorum nostrorum rempub. nostram esse existima-
 to, eamq. non minore studio, ac diligentia, quam re-
 gnum nostrum defendito: pro qua quidem conseruan-
 da, & amplificanda nec sumptui, nec militum labori
 parcas, iubeo. Cum ijs eo animo societatem iunxi, vt
 quamdiu nobis vita contigerit, omnia eorum prospera
 & aduersa mihi communia habiturus sim. nec te ab
 hoc proposito deterreat aut pecunia, aut alius cuiuspiā
 rei indigentia. Namq. omnia qua bello vsui fuerint, ti-
 bi a nobis abunde suppeditabuntur. Et vt vno verbo agā,
 nō magis tibi quam mihi ipse defuturus sum, vt scias,
 (si modò tibi ipse ne defueru) nihil tibi per nos defore.
Illud postremo obseruato, ac mandato memoria in quo
sua laus & gloria eluceſcet, si qui ex hostibus antequā
oppugnentur, in deditionem veniant, eos benigne in si-
dem tuam recipias. Ac si qui fortasse obstinatoribus a-
 nimis diuturnam obsidionem pertulerint, cum in po-
 testatem tuam venerint, clementiā tuam prius, quam
 illorum pertinaciam respicias, magisq. quid te ac ge-
 re nostra, qua semper crudelitatem odio habuit, quam
 quid illis dignum fuerit, cogites. Qua si obseruaueris,
 & nobis letitiam, & tibi gloriam paries. Postquam
 hac elocutus est, militibus ac ducibus illius dicto parere

finis
 oras.

luffis, cum complexus atque exofculatus, cum magna
 omnium fpe à fe dimifit. Qui cum exercitu digreffus,
 ac per Pelignos ac Marfos (ita enim rex mandauerat)
 iter ingreffus, ab Aquilanis ceterisq; eiusdem prouin-
 tia populis honorificentiffimè fufceptus eft, omniaq; et
 officia impigre, atque obedienter praefita. Ad regni
 deinde fines profecto, Ioannes Nicolaus, Nicolai ponti-
 ficis maximi legatus, obuiam proceffit, etq; commea-
 tus in exercitum ac itineris duces, & cum ijs qui aspe-
 ra & difficilia equiti loca complanarent, dedit. Eo iter
 perfequente, cum iam eò perueniffet Federicus Vrbi-
 natium princeps, de quo paulo ante mentionem feci-
 mus, quem Alphonsus exercitus ducem fub ipfo Ferdi-
 nando designauerat, cum paucis aliquot comitibus ad
 eum venit, vti cum illo ijs de rebus ageret, quas huius
 expeditionis caufa fieri oporteret. Vir hic clarus in re
 militari fuit, caftrenfibus disciplinis ab ineunte etate
 inftitutus: fi quidem illi nec in adminiftrandis rebus
 bellicis confilium, nec in capefcendis periculis animus
 deerat. Nec verò factis, quàm fide clarior, qua quidem
 vel maxime patuit, cum bello Pifeno Francifcum Sfor-
 tiam, qui ad eum fe receperat, conftantiffimè adiuuit
 ac fouit. Ob quas quidem virtutes primum Philippo
 Mariae magno illi atque inclyto principi (qui de eo ad-
 huc admodum adolefcente magnam fperam conceperat)
 ac poftea Alphonso regi carus fuit, & ipfius quoq; Fer-
 dinandi gratiam promeruit. Hunc Ferdinandus beni-
 gnè ac coinifer fufceptum, poftquam inter fe de itine-
 re ac tota belli ratione collocti funt, vti ad cogendum
 perducendumq; equitatum, quem reliquerat, domum
 contenderet, hortatus eft, atque vt primum poffet, in
 castra

castra reuenteretur : sese interea cis Tyberim amnem permansurum monet, atque ibi copias, qua ad se è regno ventura erant praestolaturum. Digresso Federico, eodem ad illum venit Auersus Vrsinus, vnus è copiarum ducibus, quos supra memorauimus, cū lectissimo equitatu. Multi etiam per eos dies ex Neapolitano regno pedites ac duces conuenēre. Quibus copijs auctus Ferdinandus, in Perusinum agrum (nam eā trācere in agrum Florentinum constituerat) profectus est. Ac primò quidem Perusini commeatus negare: causati, sibi cum Florentinis fœdus esse, per quod non liceat eorum hostes commeatu, aut re vlla adiuuare. Sed cū à pontifice iussi essent commeatus exhibere, ita demum commeatus praeberere decreuerunt, vt regij milites, qua sibi opus essent in oppidis mercatum irent. Deinde cū scirent commotum ijs de rebus, vt par erat, Ferdinandum, legatos ad eum mittunt cum muneribus, qui factum excusent, & illius iram oratione mitigent. Qui ad Ferdinandum introducti, hac breui oratione vsi sunt: Perusinos à primo regis in Italiam aduentu regij rebus sauisse, Bracium primò, postea Nicolaum Picininum, ciues suos regia stipendia summa fide fecisse, equites praeterea egregios propè innumerabiles eiusdem ciuitatis, non alios esse ceterorum Perusinorum animos, quàm illorum qui sub rege meruerunt, non licere sibi, propter societatem cum Florentinis initam, talem animi sui affectum in ipsum atque in regios milites demonstrare. idq; ijs molestum esse: optare illos factis, qua dicerent, comprobare: sed tempus non pati, ne socijs iustam querimoniam causam traderent. Ferdinandus his humaniter pro tempore pauca respondit. Hortatusq;

ut tantum comneatum potestatem facerent, eos à se dimisit. Deinde Federico in castra cum parte copiarum reuerso (nam reliquas Sigismundi Malatesta metu, qui cum capitali odio dissidebat, praesidio domi reliquerat) Ferdinandus Cortonam iter rapit, & haud procul ab urbe castra ponit. Quae cum ob ipsius loci naturam (est enim in edito monte sita) aditu vndique difficili atque aspero, ac valido insuper praesidio firmata, expugnari non posse, nisi fame atque obsidione videtur (praesertim sine tormentis, sine operibus) populato circa agro, ulterius progredi statuit. Difficilis erat transitus. Nam etsi omnis ea regio ad laeuam plana est, tamen quia plurimum aquosa & palustris est, sub ipsum montem transiri oportebat. Nec dubium (si hostes viri fuissent) quin magna aliqua clades in ipso transitu accepta esset. Nam & loco superiores erant, & à Castellione Aretino (quod oppidum haud plus quatuor millibus passuum inde aberat) ea militum manus, quae à Florentinis missa erat, eò conuenerat. Ferdinandus praemissa equitum parte, impedimentis in medium agmen coniectis, spectantibus hostibus, quam procul à monte per paludes licuit, vniuersum exercitum sine detrimento traduxit. Castellionumq; transgressus, quina millia passuum ab Aretio nobili atque antiquo Etruriae oppido, castris positus, ipso aduentu, ad sex castella circuniecta cepit, ac diripuit. Erant in castris, qui suaderent in vallem Aretinam ducendum extemplo exercitum, ibi multa castella cum magna praeda occupari posse. Alij comneatum penuriam veriti Folianum potius petendum censebant. Quod consilium cum magis Ferdinando placuisset, eduxit. Missiq; ab eo ad Senenses qui comneatum eo-

piam sibi fieri peteret, ij viginti dierum modo (metue-
 bant enim Florentinos) commeatus concesserunt. Sed
 mox adnitentē ea factione, qua regi amica erat, ac lo-
 anne Mauro Venetorum legato, per quem societatem
 cum Venetis iunxerat, commeatus (quāquam exigua
 parceq₃) prabiti sunt, atq₃ ad Lucinianū oppidum, For-
 liano proximum, missi. Eo die quo Folianum itum est;
 Simonetus, qui a Florentinis conductus fuerat, Aretium
 concessit: seq₃ cum Hestorre Fauentino principe, qui &
 ipse Florentinorum stipēdia faciebat, coniunxit: ibiq₃
 permansere. Post hac Folianum oppugnari atque obsi-
 deri cōptum: multiq₃ de exercitu audius sub muros in
 fossam progressi, ab oppidanis vulnerati sunt: qui se pe-
 riculis offerentes, ac per mœnia dispositi, nullo telorum
 ac machinamentorum genere, quo se defendi posse ar-
 bitrarentur, abstinebant. Quod cum Ferdinandus animo
 maduerteret, tūres ligneas erigi iussit tanta altitu-
 dine, ut oppidi muros aquarent: ex quibus oppidani sa-
 gittis petiti, multa vulnera ac detrimenta accipiebant.
 Inter hac Ferdinādo nūciatur Hestorrem Fauentinū
 per Valliana paludis pontē cum quingentis aut eo am-
 plius, equitibus in Montis Politiani agrū trāsgressum;
 eo consilio, ut frumētatores regiones inuaderet. Namq₃ eō
 ferē quotidie regij frumētandi & pabulādi causa pro-
 ficisciebantur. Quo cognito, Ferdinādus delectam pro-
 pere equitatum manū clam eō mittit: iubetq₃ in pro-
 ximis syluis occuli, atque ubi hostes in frumētatores se-
 se effundant, continuō è syluis egressos in eos impetum
 facere. Quibus profectis, postridie cū regij frumentā-
 tores pro consuetudine frumentandi causa palati es-
 sent, Hestor confestim ex insidijs prodit; atque eos in-

uadit. Regiorum primò pauci, in speciem praesidijs illis sese opponere: quos cum illi cupidius insequerentur, in insidias tracti sunt. Tum regij improviso è syluis pro- uolāt, & in eos impetū faciunt. Illi primū paucos rati, audacius resistere: mox ubi plures quā pro praesidio esse cognouerunt, insidias suspicati, terga dāt. Quos regij persecuti, nonnullis eorum casis, omnes propè, & in his plerosque agrestes qui se pro instituta consuetudine magna pecunia redemerunt, comprehendunt. Centum ferè equites lecti in ea pugna capti sunt. Hestor pauco- rum quorūdam suorum ope, cum equus vulneratus es- set, vix regionum manus euasit. Hac clade nunciata, ad- ded territi fractiq, sunt hostium animi, ut post eum diē nusquam cum regijs praelio congredi ausi sint. Ac nisi Sigismundus Malatesta, quē Florentini Reipub. copijs praefecerāt, aduenisset, vix sub Aretij mœnibus se tutos existimassent. Qui cum ceteris copijs Aretij coniūctus, magno insuper agrestium delectu à Florentinis habito (ad tredecim millia hominum esse ferebantur) mini- tari quotidie, sese Folianensibus auxilio venturum. Quod cum Ferdinando renunciatum esset, complana- ri loca omnia iubet, & ad pugnam comparari. Cete- rā siue simulatio illa fuerit, siue illum metus consiliū mutare compulerit, sese in castris apud Aretiam con- tinuit. Interim cum magna muri pars tormentis aeneis quassata esset, oppidani metu perculsi, praesidijs incolu- mitatem atque octo dierū inducias petunt: intra quos, nisi auxilium à Florentinis mittatur, dedituros sese op- pidumq, pollicentur. Quod cum frustra ad eam diem expectassent, non ausis hostibus fortunam praelij subire, apertis portis regios intromiserunt. Post hac Ferdinā-
dus

dus relicto in eo oppido quadringentorum equitum, ac
 totidem peditum prasidio (erat enim peropportune si-
 tum ad excursionses in agrum Florentinum ac Aretinū
 faciundas) Recinium cum reliquis copijs petit. Quo co-
 gnito, Sigismundus cum omnibus copijs ab Aretio di-
 gressus, per Vallem Nubiam ad montem Imperialem
 (sic enim vocant) millia passuum octo à Recinio pro-
 ficiſcitur: castraq₃ (quanquam in monte sita) vallo cō-
 munit. Ferdinandus verò tormentis aneis adhibitis,
 muriq₃ parte dissecta, quiescentibus hostibus, septimo
 die Recinium in potestatem suam redegit. Quo prae-
 sidio firmato, cum omnibus copijs Castellinam (id ei ca-
 stello est nomen, abest autē à Florentiā non plus decent
 & octo milibus passuum) profectus est. Ibiq₃ castris po-
 sitis, ad sex castella circumiecta capit ac diripuit: in
 quæ viginti dierum frumētum repertum, magno vsu
 exercitui fuit. Ea oppidi natura erat (est enim in edito
 monte situm) vt absque tormentis aneis, atque operi-
 bus expugnari non posse videretur, quæ ex Castellione
 vehi mandauerat. Itaque tantisper ab oppugnatione
 abſtinebat, ne milites temerè periculo obijceret. Inter
 hæc hostes excursionem facta, haud procul à regijs castris,
 quasi ea inuasuri, bis aduentitarunt: caterum vt pri-
 mum regij in illos conuerſi sunt, arrepta fuga impetū
 non tulerunt. Tormento aneo ex Castellione aduecto,
 murus oppidi pulsari capit. Sed primo iactu effractū,
 animos oppidanis addidit. Quæ quidem res causa fuit,
 ne locus ipse capi potuerit. Dum castellum obsidetur,
 cum accepisset Ferdinandus, Florentinos agrestes haud
 procul ab vrbe in agris circumiectis, cum armentis &
 pecoribus temerè vagari, quod sibi in tuto esse viderē-

tur, Diomedem Caraffam impigrum virum, de quo prioribus libris mentionem fecimus, cum trecentis equitibus, ac peditibus quingentis non sentientibus hostibus, eò confestim mittit. Qui ad pontem Agremium, septem milia à Florentia profecti, pagos quatuor improuiso adorti, eos vna excursione populati sunt, bouum ac pecorum capita ad tria millia, cum cetera prada inde abacta, agrestium clamor exortus, cum ad hostes peruenisset, Simonetus cū equitibus sexcentis, quò clamor vocabat, diuerso itinere ab eo quo prada agebatur subito auxilio, sed nequicquam accurrit. Nanque per hostilem agrum prada omnis incolumis in regia castra cum captiuis acta est. Ea verò clades cognita, agrestes ad eò conterruit, vt qui circa urbem incolebant, desertis agris in urbē sese trepidi receperint. Tormēto aneo, vt diximus, perfracto, mandauerat Ferdinandus vt aliud adueheretur, & quanuis hostes numero superiores essent, commeatuumq; penuria exercitus fatigaretur, & equis praterea pabulum, ac stramenta iam ita defecissent, vt illos arborum folijs sustentari oporteret, statuerat tamen in tantis incommodis ab obsidione non discedere. Caterum hyberno rigore concretus aër, cum terrā niuibus altè operuisset, omniaq; circum castra etsi quid herbidum erat, obruta iacerent, nec lignatum calones mitti possent, quia longè à castris ligna propter regionis asperitatem, petenda erant, & per altās niues agrè iumenta ingrediebantur, nec iam quicquam prater cælum ac niues oculis occurreret, cōsilium immutare coactus est, praesertim inopia cōmeatum urgente. Soluta igitur obsidione, motisq; inde castris, Ricinium redijt: ibiq; triduo moratus, dum de-

fatigatos

fatigatos inopia equos ac milites aliquantum reficeret, cum nec in eo loco, propter niues, & rei frumentaria, ceterarumq; rerum inopiam, hybernandi potestas esset, in loca mari propinqua, ubi conimeatum & maximè pabuli copia erat, ac mitius cælum, cum exercitu secessit. Nanque in ijs locis (ea est aëris temperies) quouis anni tempore alta gramina terram conuestiūt, vernatq; perpetuò humus florida, cum interea in mediterraneis omnia gelu ac pruinis exuruntur, & squalent: & hanc ob causam in ea loca, per hyemis tempus, pecus atque armentū omne ab incolis traducitur, manetq; donec pulso frigore, verna amœnitas redeat. Eius itinere cōperto, hostes quoq; ex eo monte, in quo castra habebant, digressi, & ipsi in hyberna concesserant, & Hestor quidem cum copijs in Pisanum, Simonetus in Aretinum, Sigismundus verò in Flaminiam profecti sunt. Locus erat haud procul à maris consinio (quem Abbatiani Galgani vocant) percommodè situs ad conimeatus terra, mariq; importandos. Ibi castra Ferdinandus fecit. Expectabat enim regias triremes, quæ Vadam Florentinorum portum petitura erant, ut ijs profectis, si opus esset, ipse cum copijs celeriter occurreret. Quo duodecimo die Antonius Olcina, vir fortis atque impiger, à rege cum triremibus septem missus, in quibus pedites octingenti inerant, profectus, turrim que portum tuebatur vi capit antequam terra ab hostibus sentiri aut ei occurrì potuerit, ipsamq; cum eo peditatu tenuit, & ampliore fossa terra communiuit. Quod ubi Ferdinando nunciatum est, cum intelligeret profectiōe sua haud amplius opus esse, quò maior copia necessariorum, exercitui atque adedò equis esset,

Aquam Viuam (id ei loco est nomen) cum omnibus copijs conceſſit. At Florentini vbi cognouerūt Vadam captam eſſe, in grauioreſ curas inciderūt. Nam quòd inde, in Piſanum maximè agrum, facile excuſſiones à regijs fieri poterant (neque enim à Piſis multum abeſt) angebantur eum locum in hoſtium poteſtatem perueniſſe. Itaq; repente coacta copiarum parte, Heſtorrem, ac Simonetum duces, ad Vadam ipſam oppugnandam miſere. Quare cognita, Ferdinādus haud mora, ſuis ad iter parari, ac ſequēti die cum ijs, qui parati erant, ceteris ſequi iuſſu, itineri ſe committit. Quo die, cū ſub Gauarranum cum magna copiarum parte perueniſſet, & poſtridie mane continuare iter ſtatuſſet, ante lucem per exploratores, quos premiſerat, factus eſt certior, hoſtes audito eiſ aduentu, caſtris propere motis, ſub veſperam Vada abiſſe. Quo cognito, vltèrius progredi deſtitit. Manens autem biduo, veritus ne ea ſimulatio magis hoſtium, quàm diſceſſus eſſet, tertio deinde die, vbi eos certò abiſſe per exploratores cognouit, Aquam Viuam, vnde diſceſſerat, in hyberna rediit. Inter hac equites ferme centum, ex ijs quos Foliani praſidio relictos diximus, quotidie hoſtilem agrum infeſtabant, tranſitumq; per paluſtria loca cratibus factò, quà minimè tranſire poſſe putabantur (nam tranſeuntes equos altera ſuper alteram congeſta crates alleuabāt) cum improuiſo hoſtibus apparuiſſent, magnam agreſtium ſimul, & pecorū praedam reportarunt. Hac per hyemem geſta. Ineunte autem Vere, Ferdinandus, vt copias cogeret, ſeq; ad bellū in aſtate prepararet, Caſtellionum conceſſit. Dum i duces ac milites qui permiſſu eiſ in regnum per hyemem

mem concesserant, tardius ad sese redeunt (multis enim potestatem abeundi domum fecerat, Vere primo reuersuris) Florentini captato tempore, Simonetum ac Ioannem Franciscum Miletensem cum copijs Folianum mittunt: quibus vastatis circa agris, haud procul inde castra ponunt. Quod postquam Ferdinando nunciatum est, confestim cum ijs copijs, quas tunc habebat, iter eo arripit, uti obseſis opem ferat. Cumque iam ad Tumutum (id ei regioni est nomen) peruenisset, fit certior, hostes ab obsidione Foliari, cognita ipsius profectio, discessisse. Quo cognito conuocatis quas potuit vndique copijs, ad sex millia militum coegit. Per eosdem ferme dies Alphonsus, cum accepisset naues quasdam Maurorum, quibus cum sibi religionis causa bellum erat, Tuneta oppidum ex Alexandria profecturas, naues duas onerarias celeriter armatas, Africam versus misit, ut eas in cursu, si fieri posset, comprehenderent. Fortè autem euenit, dum maria Africa exposita obirent, ut nauis quedam Genuensium, cuius ductor erat Vbertus Squartiascus, ex orientali ora Genuam repetens, ijs obuia in cursu fieret. Ad quam cum Praefectus cursum direxisset, ut sciret cuius esset: postquam appropinquare cepit, per lembum id exploratum mittit. Hisque ductoris ac gentis nomen non edentibus, cum contentio (ut sit) & mox altercatio orta esset, quod alij alios prius nomen edere debere (veterum nauigantium consuetudine) dicerent, Ioannes Iulius regius Praefectus, nauim ipsam, correptis armis inuadit. Illi simul ac regias in se venientes animaduertunt, & ipsi magnitudine nauis confisi, pro tempore celeriter arma capiunt. Tormētis, & balistis eminens praelium committunt. Postquam

verò inter se appropinquauerūt, regia Genuensem cit-
 cunſiſtunt, vnaq; earum in ipſius latus proram inſertit
 ac propugnatores e media nauis lapidibus reliq; ſum-
 mouet. Ad extremum Genuenſes (neque enim ad bel-
 lum inſtructa nauis erat) multis vtrinque ſaucijs ac
 caſis cedunt, ſeq; poſitis armis victoris fidei permit-
 tunt. Poſt praliū cadibus, & iniuriā temperatum
 eſt. Inter hac nihil contumelia mulieribus (nam in ea
 nauis præclara genere quadam ex Chio vehabantur)
 illatum eſt. Deinde præfectus impoſitis in eam nautis
 ac militibus, omiſſo prioro conſilio, cum ipſa nauis Nea-
 polim redijt. Ea res Genuam nunciata, patres ſimul ac
 plebem vehementer commouit. Nauis enim ipſius ia-
 ctura multorū ciuium fortunas euertebat. Itaq; extē-
 plo Baptiſtam Guanum Iuriſconſultum, ac Nicolaum
 Grimaldum, qui nauim ac merces ſibi reſtitui poſtu-
 lent, legatos ad Alphoñſum mittūt. Horum oratio que-
 rimoniam primū, deinde miſericordiæ plena fuit. Non
 ſicuiſſe regi, per pacis fœdera nauim ſuam, nihil à ſuis
 hoſtile metuentem capere, nulla denūciatione belli
 prius facta. Multorum priuatorum ciuium fortunas
 illa nauis amiſſa funditus euerti. Genuenſium amici-
 tiam nauis vna, quamuis preſioſiſſimarū mercium re-
 ferta eſſet, illi antiquiorem eſſe debere, regi præſertim
 opulentiſſimo & maximo gloriam, non aurum querē-
 dum eſſe. Adhac Genuenſes captiuos qui triremibus
 regijs detinerētur, a quo iure dimitti oportere, damnis
 quoque per omne pacis tempus, Genuenſibus mari illa-
 tis ſatiſfaciendum eſſe. De quibus quidem damnis præ-
 ſtandis, Andreas Benegaſius Iuriſconſultus, & Angelus
 Ioannes Lomellinus prius, ac deinde Ioannes Iuſtinia-
 nus, ac

mus, ac Brancaleo Lercarius Genuensium legati apud illum egissent. Ad postremum orare se vti mallet Genuenses sibi beneficio obligare, quam nauim ipsam tenentem, illorum animos à maiestatis suæ obseruantia auertere. Rex primum excusare, & dicere, nauim in iussu suo captam esse Genuensium culpa, atq; insolentia classis suæ duci, cuius nauis esset, respondere indignantium, ac vexillum pugnae signum proferentium, primo iurgium, mox praliū commissum esse. Ceterum illos propter auream pateram, quam sibi ex fœdere deberent, biennio nō redditam, in pœnam incidisse. Multa præterea detrimenta priuatim popularibus suis illata, nauim denique suam non parui precij prius à Genuensibus captam esse. Non recusare tamē se (si Genuenses velint) quominus omnes eorum, per pontificē maximum cōtrouersia, aut per alios quosuis communes iudices, Romæ agnoscantur, componanturq;: atq; ob eam rem paratum se esse mittere qui Romæ apud mensarium caueant, de ea summa qua petatur, si idem & ipsi faciant, hanc suam sententiam esse. Res deinde multis vltro citroq; verbis disputata atque acta est. Ad postremum legati re infecta discesserunt. Ductor nauis & qui in ea vecti erant, vt primum Neapolim appulerunt, omnes à regē liberi dimissi. Gemmarum quoque, & vniū, quicquid ad illum ex prada relatū erat, mulieribus quæ illa amiserant, gratiam fecit. Paucis diebus interiectis, postquam ea nauis capta est, Alphonsus certior factus, Senenses Florētinorum iniurijs irritatos fremere, ac facile fore, vt in belli societate aduersus Florentinos coirent, Matthæum Malferitum legatū ad eos mittit, fretus eius viri opera, de societate con-

uenturum. Qui Senas profectus, atque in senatum introductus, cur id eis expediret, multis rationibus disseruit. Inter hac Florentini coactis veteribus copijs, nouisq; insuper ducibus, Sigismundo Malatesta, & Alexandro Sfortia. Francisci fratre (ad dena milia equitum erant, prater peditatum) primo Recinium petunt. Quo cognito, confestim Ferdinandus etsi numero militum impar erat, tamen ut spem obsequii daret, Senas cum exercitu proficisci statuerat. Caterum cum audisset eam ciuium partem, qua in Florentinos pronior erat, id agere ferre, ne quam seditionem in ciuitate amica. eiusmodi profectio excitaret, consilium omisit. Itaque hostes (cum succurri non posset) Recinium interim capiunt, eoque praesidio firmato, recta Folianum pergunt, obsidentq;. Postquam vero Ferdinandus copijs auctus est, ulterius progressus, Soranum petit. Verum enimvero tanta mox in castris lues consecuta est, ut praelanguentium numero non modò ad rem gerendam, sed vix ad mouenda castra satis essent. Inter hac dum Folianum obsidetur, Gerardus Gambacurta Florentinorum dominatum agere ferens, castella quatuor, qua pater à Florentinis acceperat, intra Apenninum sita; per Ludouicum Podium, Montefia ordinis Antistitem, in regis potestatem tradere se velle pollicetur. Mittantur ob eam rem in propinqua loca pedites atque equites, qui rem conficiant. Caterum cum Gerardus promissum exequi vellet (profectis clam ad se qui Balneum castellum, in quo & familiam, & opes suas habebat, reciperent) proditus à nepote, qui turrem arcis cum socijs ceperat, ut Florentinorum gratiam promereret, non potuit destinata perficere. Mature enim à Florentinis auxiliū affuit, castellumq;.

lumq₃, quod ab illo tenebatur (regijs qui pauciores erant, in fines Vrbinati principis, qui proximus erat, digressis) cum multa prada Florentinis seruauit. Perstabant hostes in obsidione Foliani, oppidumq₃ tormentis quotidie quatiebatur, & nihilominus praesidij duces illorum conatus contemnebant. Quantum enim muri per diem tormenta diruebāt, tantum per noctem ex materia terraq₃ congesta sufficiebant. Ceterum oppidanorū perfidia (qui, cum de prodendo praesidio clam eum hostibus egissent, armis aduersus eos sumptis, hostes intromiserant) oppidum ipsum cum omni praesidio in hostium potestatem redactum est. Quod tamen scelus haud multum diu impune tulere. Nam etsi mox victorum praesidia affuere, oppidum incensum, ac sola aequatum est. Per eosdem ferme dies, Ferdinandus Turrin (quam Valiani vocant) haud procul à Monte Politiano peropportune sitam, per proditionē recepit. Eamque iter quod vnum ad oppidum per paludes est, claudit: oppidum ipsum magnum atque opulentum, & cultoribus frequens, magni profecto res momenti futura ad bellum Florentinis inferendum. In eam turrin Cotium nigrum Capuanum imposuit, vnum ex equitum ordine, cui maximè fidebat. Fortè autem cōtigat, vt Florentini per eos dies copias in Pisanum agrum mitterent, quae Vadam oppugnarent. Nam quòd ex eo loco Pisanus ager, si copiae eo maiores conuenissent, percommode vexari, infestariq₃ poterat, eum è regia potestate arripere affectabant, priusquam ad recipiendos milites amplior ac munitior fieret. Calce enim nauibus comportata, Antonius latiore muro, ac fossa turrin circundederat. & exinde finitimos agros infestos

faciebat. Itaque cum hostes ex itinere accepissent (neque enim longo interuallo à Monte Politiano iter faciebant) ipsam Valiani Turrin captam esse, confestim itinere intermisso, eò aduolāt, turrinmq; circumsistunt. Intelligebant enim (id quod erat) per turrin illā oppidū facile obsideri & capi posse. At Corius & fidei simul & officij oblitus, illam confestim absque vi, in Alexandri Sfortia potestatem tradidit. Qua praesidio firmata, inceptum iter Vadam persecuti sunt. Dum hac in Hetruria geruntur, Veneti Lacunissa exercitus duce, celeriter coactis copijs, Romanengum oppidum in Cremonensi, quod à Francisco tenebatur, haud procul ab Ollio amne situm, aggrediuntur, idq; expugnant, Eoq; praesidio firmato, Soncinum petunt, & ipsum super amnis ripa situm Romanengo amplius, atq; opulentijs, idq; tormentis adhibitis summa vi oppugnant. Cuius potiūdi cupiditas hoc maior Venetis incesserat, quod in eo oppido flumen ponte iungebatur, per quem in Brixianum agrum traiectus erat. Quibus rebus cognitis, Franciscus conuocatis repētē quas habebat copijs, Laudum vetus, cuius vrbs reliquia à Laudo paruo admodum interuallo distāt, sese confert, militibus, qui citra Padum in hybernis erant, eò conuenire iussis. Interim cum ei nunciaretur, Soncinum, & cetera Cremonēsis agri oppida in periculo summo esse, oppugnariq; ab hostibus, haud amplius differēdum ratus: cū ijs quae cōuenerant copijs inde properē mouit. Et quanquā iter per Laudēsem agrum breuius aliquanto ac rectius erat, tamen quia per Cremam potens, ac nobile oppidum, quod trans Abduam amnem situm, haud multū à Laudo nouo abest (qua in vrbe egregium Venetorum praesidium

praesidium inerat) eà tutò proficisci non poterat: iuxta
Abduam secundo amne duodeuiginti millia passuum
profectus, Picileonum, admirabilis munimenti, atque
operis oppidum quod Philippus Maria ingenti sumptu
extruxerat, adit: pontemq, transgressus, quo Abdua flu-
men iungitur, continuato itinere Cremonam conten-
dit. Interim Söcinum & per vim sepe, & per proditio-
nem à Venetis tentatum est. Post hac accitis hybernis
omnibus copijs qua in Placentino & Parmensi, & itè
in Cremonensi erant, inde digressus Cānetum in ripa
Ollij fluminis situm, in quo pons erat, quo flumen iūgi-
tur, cum toto exercitu proficiscitur: eo videlicet consi-
lio, ut in Brixianum trāseat, atq, ut hostes ab infesta-
tione Cremonensis agri trās Ollium auertat. Teneba-
tur verò id oppidum à Ludouico Gonzaga, Mantuano
principe, qui illi fœdere iunctus erat. Cuius copijs au-
ctus, mox vnà cum eo Pontem Vicum, in Brixienfi op-
pidum petit, idq, vi capit. Constituerat autem & re-
liqua castella, atque oppida Brixienfis ac Bergomenfis
agri, qua super Ollio flumine pons esset, sigillatim ex-
pugnare, quò Venetorum exercitum inter Abduā atq,
Ollium clauderet. Caterùm Veneti, ut Pontemuicum
ab eo captū cognouerunt, veriti ne aut Brixienfis ager
ab eo vastaretur, aut ipsi reditu (amissis oppidis ex qui-
buz in Brixiensem trayciebatur) prohiberentur confe-
stim transeundi fluminis consiliū capiunt. Transgros-
siqu, illius conatibus citra tamen praliū fortunā, quoad
tuto possent, obuiam eunt: eiusq, impetus reprimunt.
Aliquot tamen castella, atque oppida, studio partium
Venetis infensa, sine vi ad illum defecere: nonnulla e-
tiam ab eo debellata. Eo anno nihil aliud memorabile

in Gallia cisalpina geri contigit. Sequenti verò annorum Gentili, quem Veneti exercitus ducem diximus, idoneum tempus visum esset ad ea oppida recipienda, quae superiori anno Veneti amiserant: nondum satis exacta hyeme, etsi sciebat magnum hostiliū copiarū numero in hyberna, in ea loca profectum esse, prater imposita praesidia, conuocatis copijs Manerbiū petit, atq; haud procul inde castra ponit. Ceterū dum oppidum expugnare aggreditur, sagitta humerum ictus, in castra se recepit, ac paulo post ex eo vulnere moritur. Quo casu commoti Veneti, quod exercitus sine duce erat, motis inde castris, quieuerunt. Inter haec cum inter Gentilem Gattamelata nepotem, qui ante Gentilem Venetos exercitus rexerat, viri in re militari celebrati nominis, ac Tibertum Brandolinum eiusdem Gattamelatae generum, de honore & principatu certatum esset: nec pateretur Tibertus Gentilem sibi dignitate praeferrī, quod illum se inferiorem in armis, & ductando exercitu existimaret: ira haud dissimulata, à Venetis discessit: ac per Francisci fines traiecto Pado, Mirandulam (id eius oppidi est nomen) se recepit, ibiq; aliquandiu cum Venetis reconciliatione simulata, tandem ad Franciscum illius stipendia facturū, se contulit. Erat autē inter primos Veneti exercitus ductores Iacobus Picininus, Nicolai filius, prater paterni nominis gloriam in armis latē clarus, florētē aetate iuuenis. Is cum tribus milibus equitum fortissimorum Bracciana factionis, ac paternae disciplinae priore anno sub Venetis stipendia fecerat: multis praclaris facinoribus editis, neque labores, neque pericula detrectando. Demum finito stipendio, Venetis ostendit oportere sibi mercedem

sedem augeri, si sua modò opera vti vellent, quòd multos secum haberet quorù opera fideli ac forti vfi essent, quibus stipendia augere sibi necesse esset. In quo cù Veneti propter atatis infirmitatem duriores se praberēt, nec ille alioquin permansurus videretur, Franciscus, ac Florentini arbitrati illum facile, dum animus in dubio esset, à Venetis distrahi posse, propositis ei per internuncios, honestioribus tum mercedis tum dignitatis atq; imperij conditionibus, quibus non modò iuuenis gloriæ ac potentie audius, verum etiam vir matura etate, & ab ambitione liberior, capi posset (quandoquidem per finitum stipendium licebat ei absque vlla infamia nota discedere) tentauēre illius animum. Ipse verò cùm famam cūctis rebus antiquiorem duceret, quam nullo vnquam tempore volebat in dubium adduci, statuerat Bracianam factionem, cuius ipse erat dignitate princeps, tueri. Itaque viginti aureoram millibus annuæ mercedi additis, in Gentilis locum exercitus dux susceptus, apud Venetos manere persenerauit. Atq; ineunte Vere hortari Venetos cœpit, darēt operam, vt copias ad bellum in æstatem pararent, antequam Franciscus, copijs conuocatis, in castra exiret, magno id vsui Venetis fore, si priores ipsi copias educerent: posse anteqm̃ hostes cœant, ea oppida recipi, quæ priore anno amiserāt. Interim dum ab vtraque parte necessaria ad bellum magna diligentia parantur, Veneti persuasi à Carolo Gonzaga, Mantuani principis fratre, qui cum capitales inimicitias gerebat, vti bellum ab ea parte, quæ Veronensem agrum contingit, se duce aduersus illum gererent: cui putabat propter popularium in se beneuolentiam obesse plurimum, posse, statuerunt ab ea parte

bellum inferre. Cumq; suaderet Carolus, ut confestim Iacobum cum copijs in ea loca mitterent, fore enim facilitate victoriam, Venetos docuit Iacobus id consiliū haud tutum esse, quod si copia eō traducerentur, omnis Brixienſis, ac Bergamensis ager præda hosti relinqueretur, quem mox simul ac disceſſiſſent, affuturū crederent aliena inuadendi infidēdiq; occasionem nactum. Pellenda potius ē Brixienſi Franciſci præſidia, atque in Cremonenſem agrum deducendas copias, & in eius finibus bellum trahendum censebat, quo magis de suis defendendis, quā de alienis oppugnandis intentus eſſet: & quoniam Venetos Mantuano principi inſenſos, in eam partē proniores sciebat, posse diuisis copijs, partem Carolo ducendam in eam expeditionem tradi: reliquos in hostium fines agi, et si satius esse existimabat omnes simul copias vno loco contineri, quoniam diſiuncta haud pares esse Franciſco poſſent. Itaque exigua partem copiarum (neque enim in eorum exercitu plus quindecim milibus equitum, & octo milibus peditum erant) Carolo tradunt. Cum aduersus fratrem profectus gerere bellum cœpit, primò quidem satis prosperò illi res cedere, aliquot castellis fratri ereptis. At frater grauiora metuens ad Franciſcum auxilium poſtulatū mittit. Cuius periculo cognito Franciſcus, Tibertum Brandolinum cum mille & quingētis equitibus, multoq; peditatū ire ad illum iuber. Inter hac Iacobus Picininus exhortatus diu Venetos, ut stipēdia militi exoluerēt, quò maturius, comparatis omnibus, copias in expeditionem educeret, cum diutius pati non poſſet tempus ad res gerendas idoneum frustra teri, cū ijs quas paratas habebat copijs, ex Leonato Brixienſi

agri

agri oppido, in quo hyemauerat, legatis castris sitis negotio dato, ut reliquas copias quamprimum ad se mittant, mense Maio digressus, Quintianum Brixiese oppidum, quod superiore anno Franciscus ceperat, validoq; presidio ac fideli impasito egregie communierat; petere statuit. Caterum ea vis imbrium, ac tempestatu fuit, ut ipso die, quo die aliquin facile peruenisset, non potuerit eo copias ducere. Qua mora, hostibus qui in propinquis locis erant, itinere eius comperto, facultatem praeiuit in oppidum, proxima nocte, quos vellemittiendi. Qua quidem res difficiliorem aliquanto oppugnationem reddidit. Postridie vero; quamvis continuatis imbribus, Quintianum peruenit, ibiq; castra fecit. Quo quidem in loco non plus quatuor millia equitum secum habuit. Ac licet in ea obsidione non absq; discrimine, praesertim tanta paucitate militum, persistere videretur, cum praeter oppidi munimenta validaq; praesidia, octo milia hostilium copiarum, aut eo amplius in circumiectis locis essent nihilominus hoc initio expeditionis eius, plurimum referre existimationis suae arbitratus, praclarum aliquod a se facinus agi; quod maiorem de se expectationem concitaret, ad motis propius castris, tormentisq; aneis adhibitis, cetera expugnationi necessaria cum cura praeparauit. Post haec moenibus bido percussis, ne nocte quidem ad quietem intermissa; cum tamen interea complures equites ad se in castra accessissent, oppidum ipsum totis viribus oppugnare adortus est: plerisque hostium, qui ex proximis locis conueñant eminus spectantibus. Demum muro eruto; per vim oppido potitus est: eoq; mox presidio firmato, nullo quiete militi data, Pontem Vicum, quem super Ollid

flumine situm diximus, quo se hostes post Quintianum captum ex itinere receperant, petit. Illi autem veriti ne inclusi obsesq; ob rerum necessariorum inopiam obsidionem diu ferre non possent: ne in hostium potestate deuenirent, relictis qui prasidio ac defensionis oppidi sufficere viderentur, Senigam quina inde milia passuum à Ponteuico, se conferunt. Post hac Iacobus castris positus, quo hostibus facultas omnis praeceidatur mittendorum è Cremonensi auxiliorum obsesus, propter pontis commoditatem, simul ut maior ei copia stramenti ac pabuli ex hostili agro suppeteret: tum etiam ut hostem grauius laderet, pontem vectilem, continuo adhibitis fabris effecit: atque eum supra Pontem uicum ad mille passus iacit. Quo facto, exposita vltra Olciu amnem parte copiarum, omnem prope superiorem Cremonensis agri partem, ad Alpes spectantem vna prope excursionem in ditionem redegit: nec minore cura interim tormentis aneis muros oppidi quatiebat. Ceterum tanta vis pluuia erat, ut non posset in armis miles consistere. Sed cum vel paruam temporis iacturam sibi perincommodam ac periculosam existimaret: ne forte interim valentior hostis accederet, contra suorum prope omnium sententiam, an oppidum expugnare posset, experiri constituit. Admotus itaq; copys, summa vi oppidanos aggressus, multis vtrinq; caesis ac saucijs, septimo obsidionis die oppido potitus est. Nec mora, Senigam petit: quod se recepisse equites diximus, qui Ponteuicum deseruerant: sperans se oppido & inclusis in eo equitibus vno tempore potiri posse, aut certe eos per insidias extra oppidum illectos comprehendere. Inter hac Franciscus certior factus Quintianum a Iacobo capium esse, quod putabas

putabat nullis, quamuis magnis, hostium opibus vno mense capi posse, & ad Ponteuicum castra posita, multa etiam Cremonensis agri ab eodem in ditionem Venetorum redacta esse, coactis repetere, quas potuit, è circumiectis locis copiis, Cremona contedit, equitatumq₃, qui in Cremonesi erat, ad se celeriter accito, fretus etiā ea manu quæ apud Senigā erat, Cremona mouens citato agmine Ponteuicum petit, ratus id oppidum adhuc in suorum potestate esse, speransq₃ oppidanos non solum obsidione liberare posse, sed etiam traiecto flumine, subito atque improviso aduentu hostes opprimere. Cumq₃ citatim contendens in itinere, præter suam opinionem accepisset Ponteuicum captum esse, primo credidit (quoniam is locus haud facile expugnari posse videbatur) suorum dolo amissum. At ubi vi captū cognouit, mutato repetere consilio, Senigam profectus est, idq₃ optima ratione prouidit, arbitratus Picininum post captum Ponteuicum, Olly amnis oppida sibi eripere conantem, ut copia quas in Brixienti haberet trās Ollyum clauderet (neque enim aliter subueniri posse) Senigam, id quod euenit, confestim ducturum. Ac fortè cecidit, ut eodem tempore ipse à citeriori, ille ab vltiori parte oppidi, ac fluminis quæ Brixiam respicit, Senigam peruenerint. Caterum Iacobus, postquā Franciscum aduentasse animaduertit, neque habere se eas copias quibus ruro posset, ad Senigā castra facere, nec faciendi pontis, quod oppidanos vehementius premeret, sibi facultatem esse, hostibus in aduersa ripa adstantibus leui pralio cum ijs, qui intus erant, edito, ijsq₃ intra portas reiectis, iter retrò ad Pōteuicum, vnde venerat, conuertit. Ibi magnam vterq₂, Franciscus Seniga, &

Iacobus apud Ponteuicum, aſtatis partem conſumpſerunt, leuibus quibuſdam pralijs interim commiſſis. Præterea Iacobus, quæ cep erat, in Cremonenſi oppida tutatus, magnam inde rei frumentariæ vim conuexit, quæ magno Brixia uſui fuit, crebrisq; excuſſionibus agrum Cremonenſem infeſtum faciebat. Inter hæc Carolus Gonzaga, qui initio aduerſus fratrem aliquando erat aduerſam fortunam expertus, tandem ſtatuit totis copijs decertare. Ac mox cum fratre, ac Tiberto collatis ſignis congreſſus, infeliciter pugnavit. Et quanuis equitū, quos eo pralio amiſerat, numerus haud magnus eſſet, nihilominus quia copiarum duces, ac primores equitum penè omnes capti fuerant, maior re ipſa, quàm videretur, ea clades fuit. Ex eo ſequutum, vt & Veneti de Veronenſi agro ſoliciti: & Ludouicus à fratre metuens inducias in certam diem inter ſe fecerint, quibus cauebatur, vti Veronenſis ac Mantuanus ager trans Mincium amnem à belli cladibus liber eſſet. Poſt hæc Franciſcus diſſimulato conſilio, cū ad ſe Ludouicum, ac Tibertum cum copijs è Mantuano accerſeret (quod ab ea parte bellum propter inducias ſublatum erat) illos Gaudium oppidum ex itinere petere iubet, locum quidem, præter nemus circumiectum, triplici munimento firmiſſimum, cū quidem per Mantuanum, & Cremonenſem agrum commodius ad eum iter eſſet. Eſt autem ſetum in apertis campis, haud procul à Monte Claro, & Brixia nō plus duodecim millia paſſuum remotum. Iiq; proſecti ſubito atque improviſo aduentu exterius munimentum ingenti ſoſſa atq; aggere circumdatum continuo occupant. Quod ubi Franciſco nūciatum eſt, haud mora, cum omnibus copijs præter eas

quas

quas presidio reliquit, quanta maxima celeritate po-
 tuit, eò contendit. Cuius discessionis causa cognita, Pi-
 cininus confestim aliò itiner & ipse cum copys moues,
 eòdem aduolat. Tantaq; fuit illius velocitas, vt Fran-
 cisci celeritatem prauenerit, magna spe fretus se non
 solum posse Gaudiensibus obseſſu opem ferre, sed etiam
 Ludouicum, ac Tibertum, aut intra munimenta com-
 prehendere, aut si egressi obuiani irent, fundere, ac fu-
 gare. Caterum id consiliũ cum legatis caſtreſibus pe-
 riculosum videretur, ne pugna implicitos superueniens
 Franciscus turbaret, remq; in discrimen adduceret, ef-
 ſetq; ambiguum, an adhuc Gaudienses in fide perma-
 nerent, omiſſum est. Ac mox profectus ex altera parte
 Franciscus munimentum ingreſſus, obſidere oppidum
 perrexerit. Poſtquam verò Picininus animaduertit fru-
 ſtra ibi tempus teri, nec poſſe vlla vi oppidanis succur-
 ri, Portianum, quatuor inde millia paſſuum auxiliũ ſpẽ
 obſeſſis oſtentans conceſſit, ibiq; permanſit. Franciscus
 autem continuata obſidione oppidum cepit. Et quoniã
 is locus, vt diximus, ad infeſtandum Brixienſem agrũ
 peropportunus videbatur, nihilominus Iacobus apud
 Portianum manere perſeuerauit, hoſtium conatibus
 crebrò ſeſe opponens. In hoc rerum ſtatu omnis æſtas,
 atque autumnus conſumptus eſt. Leuia tamen aliquot
 pralia, ac propè æquo Marte cõmiſſa. Sed accepta apud
 caſtrum Leonem clades, calamitatẽ per Carolũ Gõ-
 zagam prius acceptam Venetis renouauit. Quod oppi-
 dum cum Iacobus, excluſis oppidanis, qui ad agros co-
 lendos (ſide accepta) exierant, propter eius opportuni-
 tatem (eſt enim ſitum inter Abduam atque Ollium,
 amnes) occupare tentaret, quo Franciſcum è Brixienſi

agro extraheret, & oppidani iam oppidum dedituri viderentur, Venetorum verò equites securi magna ex parte arma posuissent, profecta interim a Francisco auxilia, castra improuiso inuadunt, eosq; omnes, antequam arma capere, aut gladios stringere potuerint, capiunt. Quingenti prope homines capti, castra direpta sunt. Inter hac Franciscus, ac Florentini de bello anxij, quòd regē ac Venetos pecunia plus posse quàm se intelligebant, etsi diutius bellū traheretur a Venetiis, veritè ne sumptus ferre nō possent, belli moras praevidere quavis ratione cogitant. Et quia Florentini veterē maiorum amicitia optimè erga Renatum affecti erant, putabantq; illum Alphonsi statum in Neapolitano regno perturbare posse, approbante consilium Francisco, illum per legatos cum duobus milibus equitum, præter sagittarios in Italiam accersunt, dena auri millia in singulos menses decreta. Adiectumq; fœderi, vt Renato, cū vellet, libera facultas ex Italia decedendi, & Francisco ac Florentinis eius item dimittendi potestas esset, dummodò tribus antè mensibus, ea illi missio denunciaretur. Is in Galliam Cisalpinam transgressus, Gulielmo Montisferrati principis fratri, qui a rege ac Venetiis mercede conductus, aduersus Franciscum bellum gerens, agrumq; Alexandrinum ac Nouariensem infestans, bonam partem equitatus Francisci in se conuerterat, vt arma poneret, persuasit. Acceptusq; illius copijs, ijsq; Bonifacio eius fratri cōmissis, multisq; Alexandrinorū adiectis, ad Franciscū se contulit, castraq; cum castris iunxit, ea videlicet consilio, vt Venetiis Brixienſi agro expulsis, quòd ea æstate putabant fieri posse, inde Florentiā peteret ab ea parte aduersus Alphonsum

sem bellum gesturus. Eius aduentus Francisci res haud dubie confirmavit. Nam & Gulielmum graue hostem illi placuit, & prater equitatum ac sagittarios quos in Italiam tranſiuexit, ipsius Gulielmi copias sibi conciliauit, & Bartholomaeum Colconem, ac nonnullos alios duces cum tribus millibus equitum, qui bello contra Gulielmum occupati erant, in castra perduxit. Venere item a Florentinis per id tempus ad Franciscum in castra Michael Cottiniola, & Alexander eius frater, existimantibus tantis viribus coniunctis, ea astate Brixiam Venetis eripi posse. Cum quibus copijs Franciscus simul & Renatus mox profecti, Monte Vico primum vi capio, multisq; alijs circa oppidis (in quibus expugnandis magna crudelitas prater Italia consuetudinem, a Gallis patrata est) omnem Bergomensensem, ac Brixensem agrum, & quicquid inter Ollium atque Abduam amnes interiaceret, tanto tumultu ac terrore inuoluit, ut prope omnia, alia metu, alia Venetorum odio, sese eius fidei ac potestati permiserint. Tanta autem eius procella vis fuit, ut Veneti nusquam amplius castra cum hostium castris conferre iam possent. Nec tamen Picininus, in quo Venetorum conseruandi status spes reliqua erat, ad luci potuit ut aut Brixia moribus se includeret, aut Athesium flumen, quod Veronam influit, cum copijs transiret. Sed iuxta Benacum, qui lacus est in Brixienſi nobilis, vnde & Mintius amnis Mantuam praeterfluens exoritur, castra habes, indeq; crebras excursions faciens, hostiles agros infestos reddebat. Ad haec Manfredus ac Gibertus Corregiensium princeps, qui a rege conducti aduersus Franciscum, & Ludovicum Mantuanum regulum bellum gerentes, in Mantuano,

ac Parmensi agro castella quadam ceperant, multaq;
 egregia facinora ediderāt, pluribus excursionibus pro-
 pe portas Parmae factis, quibus in locis, propter factio-
 nis & clientelas magna eorum autoritas erat, quod
 eorum maiores olim Parmam imperio tenuerāt: mis-
 sa a Francisco aduersus eos maiore suorum manu, &
 ipsi cedere coacti sunt. Quibus difficultatibus ac peri-
 culis Veneti circumuenti, cū reipub. salutem in vno
 rege positam animaduertent, Ioānem Maurum, qui
 Senis ab initio belli fuerat, scelusq; cum Senensibus
 composuerat, paulo ante Venetias reuersum, legatum
 ad eum mittunt, oratum, si eorum statum saluum esse
 cupiat, auctis copijs ipse in Hettruriam contendat: quod
 Florentini iniecto domi metu, copias ex Insubribus in
 Hettruriam reuocent. Multa siquidem in illo fuerunt
 ornamenta: ingenium ad omnes tum pacis, tum belli
 artes imprimis habile, magnitudo animi modestia ac
 decoris studium, constātia, probitas, facundia egregia,
 qua reos in iudicio, orando causas veterum more, gra-
 ui periculo liberauit. Ob quas quidam virtutes, respub.
 Venetorū maximis & honestissimis legationibus eius
 opera saepenumero vsa est. Is ad regē profectus, huiusce-
 modi orationem habuit. Et si pax tua, atque societas
 (rex inclyte) nostra reip. semper optabilis fuit, quod eā
 nobis honestissimam ducimus, tamen vel ea maximē
 causa illam expetiuius, atq; cōtraximus, vt Italiam
 pacatam tandem aliquando videremus, qua ab vltima
 memoria nostra bello vexata, nunquam potuit con-
 quiescere. At verò cū hoc propositum atq; cōsiliū
 nostrum a Francisco Sfortia & Florentinis perturba-
 tum esset, causas belli querentibus, necesse fuit, & tibi
 aequē

equè & nobis, vel inuitis arma suscipere. Verū enim ue-
 rō hoc bellū longè aliter processit atq; ipsi opinabamur,
 & ratio dictabat. Neque enim verisimile cuiquam vi-
 deri poterat, Franciscum, ac Florentinos tuæ ac Vene-
 torum potentia pares esse posse. Quod quidem, si rectè
 cogitamus, & maiestati tuæ simul, & nostræ reip. de-
 decori haud dubiè cedit: sed Alphonfi maiestati, cuius
 est maior etiam autoritas (pace tuæ loquar) magis:
 quoniam in Hetruriam non misisti eum copiarum nu-
 merum, qui ad tantum bellum gerendum satis esset:
 quiq; tanto rege tam opulento, tam glorioso dignus vi-
 deretur: præsertim cū scires Florentinos eas parasse co-
 pias, quibus exercitū tuum cedere necesse fuerit. Ideoq;
 magis fame tuæ & existimationi officere arbitror,
 quòd Ferdinandum filium huius expeditionis ducem
 effecisti: cui quidem cedere turpius sit, quàm priuato
 cuius copiarum duci. Quem quide, sat scio, si pro egre-
 1. gia illius virtute, par aut certè non multo inferior co-
 pijs hostibus fuisset, hodie in eorum sinibus cum magna
 tua gloria bellum gerentem videremus. sed cum parua
 manu maioribus copijs resistere, aut obseſsis opem ferre
 non poterat. Quibus quidem rebus à te rex, cōsuli oport-
 uit, tum ob sœdus quod tecum sanximus, tum vel im-
 primis gloriæ tuæ causa, quam vt tueare, omni à te ra-
 tione curandum est: ne quādo vspsiam apud rerum scri-
 ptores extet, tuum exercitum Florentinorum exerci-
 tui cedere coactum. Multum etenim tibi rex, nō solum
 quid præsentis de te sentiant, sed etiam magis quid po-
 steri de te existimaturi sint, cogitandum est, quorum
 hoc liberiora fuerint de te iudicia, quò ab omni metu
 ac spe remotiores fuerint. erunt igitur qui hoc aliter,

ac se habeat, interpretentur. Putabunt enim alij te nō tantum opibus ac potentia valuisse: alij id tibi negligētia ascribent, eamq; vt in tantis rebus fugiendam improbabunt. nonnulli etiam fortasse tuam erga socios atque amicos fidem, atque officium desiderabunt. Hac autē omnia iudicia effugies si, (quod nostra reip. salutare in tantis malis videtur) maioribus equestribus ac pedestribus copijs quamprimum cōparatis, ipse in Hetruriā proficiscare: erit sanē tua profectio magna hostibus terrori. Neque enim solū eorum impetum, ac ferociam cohibebis propter eam opinionem, qua de tua virtute apud illos increbuit, cuius insignia experimēta Neapolitano bello edidisti: sed etiam ijs depressis & fractis Venetorum sociorum, & amicorum statum, quē tuum existimare debes, vehementer subleuabis. Adhuc Franciscum, qui Mediolanensibus oppressis, imperium illud occupauit, Mediolani possessione cedere cōpelles: deniq; vna & eadem opera totam Italiam pacaueris, quod fuerat tuum ac reip. nostra consilium, & quidem maximē à te optari, rex, debet, vt tanti scilicet boni auctor prädiceris: in qua enim (bono Deus) magis, aut melius elucescere potest vel virtus tua, vel gloria, quā id efficere, atque conari, vt Italia consopito armorum strepitu, ocio & quiete persui possit? Erit in manu tua, legos dare pacis, & belli quibus velis: nec erit, qui auctoritati tuae nō pareat. Sed scito hac consilia, si rem serō exequare, vana aut nulla fore. Iam enim astas, vt vides, princeps est, nisi matures, per hyemem cūdum eris: quod anni tempus ad rem gerendam inutile est. Ita nec socijs vllam malorum alienationem afferes, & omnia sumptus in militem perierit, & de existimatione tua

non

non parum detraberetur, si in re gerenda cessaueris, teq³ intra castra continueris. Oportet, vbi velis sociorum saluti ac dignitati tua cōsulere, celeritati seruias, quæ cum ceteris in rebus tum maxime in re militari plurimum valet. Frustra enim, vbi semel opportunitas è manibus elapsa est, Dei immortalis auxilium implores. Qua propter quaeso abiecta mora, sociorū saluti ac dignitati tuæ fac cōsulās: sic & gloria & existimationi tādē tua prospicies. Qua cum dixisset, Rex placide in hunc modum respondit. Ego, quid mihi neglecti erga vos Venetos socios, & amicos officij, iure imputari possit, non video. Nam simul ac à me petistis, vt exercitum in Hetruriam mitterem, quoniam Franciscus fines vestros inuasisset Florentinorum opibus adiutus, confestim, vt par fuit, exercitū parauit: & quo maior Florentinis belli metus incuteretur, non per alium gerere id bellum quàm per Ferdinandum filium, qui est mihi mea vita charior, volui, easq³ copias misi, quas putavi satis esse ad bellum administrandum. Sed siue propitia fortuna hostibus fuerit, siue vestri copiarum duces non eum equitatum, quem equum erat, in castra perduxerint, res aliter, atque ipsi sperabamus, euenit. Accesserunt alia incommoda, quod in finibus hostium bellum gerendum fuit in magna rerum necessariorum penuria, quodq³ à Senensibus socijs timide atque exigue nobis suppeditata sunt omnia: qui neque oppida, neque receptus ullos in suis oppidis in quibus tutus esset noster exercitus, concedere sustinuerunt. Quod si esset ab illis factum, nihil dubitari potest, quin Florentini in maximum discrimen rerum suarum ab exercitu nostro adducti essent. Sed veriti finitimorum hostium

potentiam, nec amicos se, nec inimicos satis constan-
 tes praestiterunt. Pax quidem, & quies Italia mihi ma-
 xima cura est, nec est quicquam in quo frequentius a-
 nimus & cogitatio mea versetur. Itaque pro ea compo-
 nenda omnes profecto labores libens subierim. quam
 rem si minus efficere ac consequi potero, at apud omnes
 animi mei hunc affectum testatum relinquam. Sed
 quanuis omnia quae iure foederis debui, à me vobis præ-
 stita esse intelligā, misso in Hettruriam exercitu, misso
 Ferdinando filio, paratis etiam nouis copijs, quas cum
 Ioanne Vintimilio praestantissimo copiarum duce eò-
 dem mitterem, tamen vt agnoscatis (Veneti) salutem
 reipub. vestra vt sociorum & amicorum mihi charissi-
 mam esse, non grauaor ipse quamprimum auctis co-
 pijs, eòdem proficisci, nec per me steterit, quin & ve-
 strā remp. tātò periculo subleuem, & optata pace Ita-
 lia nostra opera aliquando frui possit. Ab hoc sermone
 digressus cogitare de bello attentius cœpit. Itaque con-
 festim milites scribere, atque omnia parare, quae huic
 expeditioni vsui esse viderentur. Et quo citius copias
 cogeret, vetere cōsuetudine in prata Campana se con-
 tulit, omnibus eò conuenire iussis, qui essent secum pro-
 fecturi. Caterum ijs serò aduenientibus, illum citra
 campum Latronem hyemis oppressit. Cumq; adhuc rex
 ibidem esset, Franciscus Aringherius legatus à Senēsi-
 bus ad eum venit de communi foedere acturus: quae res
 pluribus diebus per Matthaeum Malferitum legatum
 regium apud Senenses agitata fuerat. Cùm autem le-
 gatus Venetus magnopere instaret, vt traiecto flumi-
 ne in potifcis Romani fines transiret, atque iter cœptū
 persequeretur, respondit, profectionem suam in Hettru-
 riam

riam per id anni tempus (iam enim Calenda Octobris praterierant) inutilem sibi videri: praesertim cum in Senensi agro nullum haberent oppidum, quo se cum exercitu in hyberna reciperent. Ex eo enim futurum, ut nequicquam equitatus peditatusque consumeretur. nec eius postea ullum ineunte Vere usum fore. atque ideo in id tempus profectionem differre satius esse. At legatus magis magisque instare: nec vlllo modo intermittendam profectionem tam necessariam dicere: quandoquidem si à Senensibus in oppida non recipiantur, ac in Auerse Ursini finibus receptus futurus sit, non posse eum salua fide & dignitate iter differre: praesertim cum Veneti Renati bellum illius causa tollerent, qui multas sibi & magnas conditiones proponat: quandoquidem omnes reiecerint, ut qui eius societatem, & amicitiam, usque ad ultimum discrimen tueri decreuerint. Quibus rationibus motus rex statuerat postridie amnem transire. Caterum proxima nocte, quasi palam inhibere Deo transitum, quem & vates quidam illi exitiabilem futurum monuerat, repentinus quidam dolor cruris eius dextrum inuasit, cuius vis tanta fuit, ut inde moveri non posset. Quinto abinde die, continuato dolore, nihilominus deliberauerat lectica delatus iter ingredi, atque amnem traicere. Caterum cum ad vehementem cruris dolorem etiam febris accessisset, consilium mutare suadentibus medicis, coactus, Fōtanam castellum ijs locis proximū, lectica se deportari curauit. Ibi cum pharmacum sumpsisset curanda valetudinis causa, ex subita humorum commotione, inter suorum manus collapsus, creditus est à vita discessisse. Quae res continuò in vulgus edita, popularium animos mirum in modum

perculit : medicorum deinde fomentis ad se reuersus, dum se propediem conualiturum sperat, equitatum ne mitteret, aliquot apud se diebus adhuc continuit. Sed prater opinionem omnium, ingrauescente indies morbo, postulante Ferdinando, partem equitatus confestim ad se mitteri, quod diceret se confidere propter Alexandri Sfortia discessum, quem ad Franciscum fratrem cum Michaële Cottiniola profectum diximus, posse, ereptis tormentis ancis hostes, qui adhuc Vadam obsiderent, castris exuere, Inicum Gheuaram cum mille equitibus eò proficisci quamprimum iussit. Caterum antequam in castra peruenire potuerit, Vada turre at munimentis euersis (iam enim Antonius Olcina iussu regis abierat) capta & in hostium potestatem redacta est. nec tamen è regis quisquam est captus. Nam postquam dissecto muro, locum se tueri non posse animaduertuerunt, consensu nauibus quae in portu erant, salutem consuluerunt. Cum autem regi vlcus inuri oporteret, nec aliter medicis sanari posse videretur, essentq; qui suaderent ei propter doloris impatientiam cohibendas manus, vetuit, perpeffurum se omnia affirmans, quae medici iuberent. Atque ita interritus, vrentem spectare sustinuit. Inter hac per Italia Principum legatos de communi pace (pro qua quidem re Marinus Caracciolus, & Michael Rictus à rege missi erant) apud summum pontificem Roma actum. Et in eo quidem Alphonsus, quò res conficeretur, nonnihil de iure suo, hortantibus Venetis, detrahi patiebatur. Verum enimvero ea pacis mentio frustra fuit. Rex deinde percurato vlcere, in magna saluantium & congratulantium turba Neapolim redijt. Quò paulo post Matthaeus Malferitus Senensium

Senensium rogatu, ad eum reuersus, societatem de qua diu actum fuerat (edocto rege, cur id expediret) confecit. Postquam Ioannes Maurus rebus (vt diximus) infectis, legatos de pace Roma discessisse accepit, cū iam planè omnis de bello cura esset, regi persuasit, vt stipendium in militem conserret. Nouem millia equitum, quatuor peditum, partim iam in castris erant, partim nuper mercede erant conducta. Cumq; iam nonnullis ex ducibus stipedium traditum esset, allatum est (præter omnium opinionem) pace inter Venetos, Franciscū, ac Florentinos ad Laudum oppidum factam esse. Quod vbi Alphosus rescituit, valde quidem primò (vt par erat, quoniam se inconsulto facta fuerat, atque inscijs Ludouico Podio, & Antonio Pisauensi eius legatis, qui ab initio belli Venetias profecti res communes tractauerant) commotus est. Necquam indignationem animo conceperat apud legatum dissimulanter tulit, quiduis aliud potius se auditurum credidisse, propalam dicere quam se in re tanta, quaq; sua tantopere interesset à socijs, neglectum esse, pro quorum statu conseruando tot tulisset labores, tot sumptus fecisset, atq; in Hetruriam traicere parasset: quorum denique rogatu multam iam pecuniam in militum stipendiu effudisset, nō potuisse saluo fœdere absq; suo consensu pacem fieri. At legatus placare regis animū magis magiq; niti: causari, id a ciuibus suis necessitate factum, nec aliter existimandum esse. In ipsa tamē pace honestam de eo mentionem non omissam, licere illi in ea comprehendere, si velit, salua dignitate, trium mensium spacium ei ad deliberadū dari: paratos esse Venetos præstare omnia, qua eius honori & existimationi conducant. His, atq;

huiusmodi verbis aliquantum mitigatus, post aliquot dies, cum eius voluntas de pace exquireretur, pacem quidem non abnuere se dixit, at pacis ipsius conditiones (quippe cum nescire quanam aut cuiusmodi essent; neque enim ab ijs qui pacem fecerant aut per legatos; aut per nuncios, ut par erat, delata ad eum fuerant) non admittere. Si quis pacem à se petat, se non tam inhumanum esse, ut cum à se reiciat aut aspernetur: non esse eo ingenio, ut non concedat, si honesta postulentur: idq; per praconem publicè pronuciari iussit. At Senes simul atque ijs denunciatum est, pacem factam esse, ijsq; integrum esse ea comprehendere, si velint, confestim; ut quos belli satietas dudum ceperat, pacem se accipere dixerunt. Quo facto, postea passi non sunt, Ferdinandum ex reipub. sua sinibus Florentinos vexare. Quare cognita Alphonsus, Ferdinandi moram in Senensi agro superuacuum iam esse intelligens, cum copijs ad se reuertiiussit. Qui Tyberim transgressus, & in Marsos profectus (relicta ibi copiarum parte) ad regem se contulit. Per id ferme temporis cum Genuam perlatum esset, tres naues à rege armari, & Genuenses naues aliquot locupletissimas ex Chio insula expectarent, veriti ne ob eam causam regia armarentur, ut illas incursum inuaderent, accedente graui indignatione, quam animis conceperant, ex eo quod rex nauim Squarciaficam, oratoribus ad illum missis, non reddidisset; nec precium mercium persoluisset, naues octo in quibus dua minores, quas vulgò Banonerios vocant, celeriter comparant; eiq; Ioannem Philippum Eliscum, antiqua nobilitatis virum, praeficiunt. Quas postquam ad cursum paratas esse Alphonsum nunciatum est, confestim tres illas naues;

nes, quæ iam ultra Siciliam profecta erant, reuocat,
 atque in Neapolitano portu collocat. At Ioannes Phi-
 lippus naualibus socijs & commeatibus, ceterisq; ne-
 cessarijs in naues impositis, soluta classe in altum eue-
 ctus, præter omnium opinionem, in Siciliam primùm
 nauigat, Drepanumq; hostiliter profectus, accepto cō-
 meatu circuitaq; insula, Ionium mare transgressus, ad
 insulam, quam Sapientiam vocant, nauigat, ibi nauium
 ex Chio aduentū præstolaturus: ad quas prius Genuē-
 ses miserant, qui classis profectionem nunciarent, mo-
 nerētq; vtra prius naues ad eam insulā peruenissent,
 alteras expectarent. Quibus duobus fere mensibus post
 profectis, & cum classe coniunctis (sex hæ fuerunt)
 cū Alphonso nunciatum est, propalam minitari eos
 se Neapolitanum portum petituros, & regias naues
 incensuros, primū omnium Bernardo Villamarino
 classis sue præfecto negotium dat, vt cum triremibus,
 quas habebat, profectus, sciscitetur quid agant, & quē
 cursum teneant, obseruet, ac si Neapolim petant, vbi
 appropinquare caperint, celeriter ad se aduolet. Dein-
 de portus fauces (quod erat maximè necessarium) ob-
 trudere incipit. Saxa ingentia è proximis lapidicinijs
 præproperè excidi, & in profundum iaci imperat, &
 quò citius muniat, ratus Genuensium naues mox assu-
 turas, in tumulos extrui tam propinques inter se, vt
 nulla aduersariorum nauis interlabi posse videatur.
 Huic munimento ligneam primò cathenam è multis
 trabibus compactam, deinde ferream adijci præcepit.
 Quà lapidum congeries deficiebat, molem à tergo mu-
 ro circumplectitur tanta altitudinis, vt nauis onera-
 ria altitudinem superaret. Tormēta aenea, quæ multa,

ac varia mira magnitudinis habebat circa molem, & contra molem opportunis quibusque locis disponit, equitatus partem in urbem accersit, delectibus in Capano agro habitis, urbanam iuventutem arma parare, & ubi opus sit, adesse præcepit: defensores nauium fortes viros delegit. Interea allatum est, triremes decem Genuæ armari, quæ onerarijs coniungantur: sine quibus propter triremes quas tunc rex habebat, Genuenses arbitrari videbantur onerariarum usum inanem fore: quo magis Alphonso cura fuit, munimenta incæpta maturare. Neque dum enim saxa contra portum proiecta in tantam altitudinem creuerant, ut superlabi oneraria naui non posset. Interim Genuensium naues quatuordecim intra Capreas, Aenariamque prospectæ sunt. Quo cognito Alphonsus arma expediri, & ad molem accurri, si forte accedant, imperat: opere tamen munimenti portus nec noctu, nec interdium intermisso. Ceterum Genuensium classis rectè in Prochyta sinum profecta, sui metum paulisper regis sustulit. Postero die Bernardus Villamarinus cum triremibus reuersus defendi naues in portu posse spem fecit. Tertia die Genuensium classis Neapolim versus profecta, ac supra portum tantum extra tormenti iactum, explicato velo euecta, ostentatione modo sui facta, varijs terroribus illatis, vnde mouerat, rediit. Idem triduo post, sed nequicquam fecit: omnibus mirantibus tam vana ostentationis causam. & sanè si viri modo fuissent, propter opera & munimenta adhuc imperfecta, regie naues agere se defendi potuissent. Tum planè intellectum est, triremes à Ioanne Philippo expectari, sine quibus dissidere videbatur, posse se destinata consequi. Quas dum expectat

(lentè

(lente enim ac segniter eares Genua agebatur) complures dies consumpti sunt. Inter hac munendi portus ac perficiendorum operum spacium regi datum. Lapidum cumulis ad summam aquam perductis, spacium quod intermissum erat, immensi profecto operis, expletum est. Pari diligentia lignea catena, & item altera ferrea absoluta, ac naues qua mole alligata erant, in portum interioremin minoris altitudinis, prater illas duas ingentes & Squarciaficam traductæ sunt: hæc corio crudo ab interiori parte, vt eatum quoque mali, contra vim ignium circumtectæ. Atque hæc opera diuina quadam atque inaudita maris tranquillitas, quod maturius efficerentur adiunxit. Paucis post diebus Ioannes Philippus serum triremium ad se aduentum demiratus, soluta classe Pontiam versus contendit: siue vt aduenientibus aduersus iret, siue quod aquædi commodè in illis locis, rostratis regijs prohibentibus, potestas non esset: ex Pontia deinde Plumbinum nauigat, dimissis Genuæ nauibus, quas è Chio profectas diximus, præda magis, quam bello aptis. Quod aliquanto post oneraria tres ad bellum instructæ ad eum Genua missæ sunt. Nam quod rex onerarias sex magnas, inter quas duas illas inaudita magnitudinis habebat, & haud tutum Genuensibus videbatur, sex nauibus classi detractis, cū cetera classe Neapolim adire, portumq; inuadere, naues illis submitserunt: eò quoque triremes illa decem, quas segnius propter ordinum discordiam parari diximus, duce Masino Frégoso, Petri fratre, qui tum Princeps Genuensem rempub. tenebat conuenere. Eodem & Siretus Vultabius (is opinatus eam discordiam componi posse, ex Neapoli Genuam se cōtulerat)

vnà cum Angelo Ioanne Lomellino, cui cōponenda controuersia cum Ioanna Philippo ac Masino potestas data erat, profectus, & cum eo de tota Senatus sententia collocutus, relictis haud procul à Plūbino nauibus, monitisq; ne intra regni fines accederent, terrestri itinere ad regem venit: speq; facta, rem componi posse regem primò scorsum affatus, deinde in Senatum introductus, quæ Genuenses vellent, exposuit. At cū eiusmodi postulata haud quaquam aqua visa essent, ea irrita rex habuit: maximè quod fama erat, totam classem aduētare. Turpe enim regio nomini existimabat, regem cum armato aduersario intra regni sui fines pacisci, ne videretur id metu cōpulsus effecisse. Quod cū ille animaduerneret, dari sibi nauim rogauit, quæ confestim classem adiret, ne intra regni fines appropinquaret. Sed dum accepta bireme nauigat, Masinum cum triremibus nauem ad Pōtiam insulam iam profectum reperit, non expectatis onerarijs. Nam is quidem Ioanni Philippo, penes quem summa imperij erat (vsque aded ea tempestate inter nobilitatem ac plebem vetus certamen & perniciofa contentio exarserat) haud satis audiens erat. Hunc Siretus docuit, quatuordecim naueis longas armis, virisq; egregiè instructas regi esse: tot enim parauerat vbi cognouit decem à Genuensibus armari, non esse ijs locis immorandum absq; onerariarum praesidio: proinde quamprimum ad onerarias se recipere ne cunctaretur: putare se illas subito affuturas: at ille tum studio visendæ insula, tum quod re ad consilium delata, alij occasum solis expectādum, alij luna exortum (quod aër anceps videretur) diceret, perstitit. Alphonsus verò opinatus aut casu, aut iudicio fieri

fieri posse, ut Genuensium triremes seorsum ac procul ab onerarijs accederent, Bernardum Villamarinum cum ijs quatuordecim rostratis, quas habebat, impositis in eas præter nauales turmas, compluribus lectis viris, sub vespertinam eò iubet contendere. Isq; ad Aenariã insulam primum delatus, per noctem inde soluens, Põtiã petit, præmissis triremibus septẽ in prada spem, si fortẽ ibi Genuenses essent. Ceterum ea fuit Genuensium incuria atque imprudentia in disponendis speculatoribus, ut parũ absuerit, quin omnes in ipso portu capti fuerint. Itaq; ut regias triremes iam appropinquantes viderunt, tũ demum damnatis eorum consilijs, omnia tumultuose ac trepidẽ agere, socij remigũ, remiges sociorum officia turbare. Vna denique salus in tanto discrimine visa est, in celeri fuga posita, antequã propius cõgressis regijs, portas exitu prohiberẽtur. Itaque confestim remo veloci, summo certamine obnixi, fugam arripiunt. Quod ut Bernardus animaduertit, exhortatus suos ad res gerendas, insequi fugientes cœpit. Ceterum plus valuit Genuensium timor, quã regiorum studiũ, quanuis regiarum triremium duæ celeriores, Genuenses terra includere conantes, eas haud multo intervallo consequerentur. Cum autem Circeio iam monte transmissis, supra quinq; & viginti millia passuum à Pontia fugiendo emensi sese premi, nec eundem posse animaduertent, sex earum, quæ propiores periculo videbantur in quibus erat Masinus, conuersis puppibus proras in littus tanto impetu, adiuuante velo, adigũt, ut tota penẽ triremium ipsarum corpora illisa, atq; constricta in terram penetrauerint: tantaq; fuit trepidatio, ac pavor instantibus tergo regijs, ut

omnes salutis tantummodo memores cetera neglexerunt. Itaque desertis triremibus, passim in terrā dilapsi, pars semiermes, alij inermes procul à littore diffugiunt. Armorum, signorum ac tormentorum magnus numerus cum cetera prada à regijs captus. Tres verò reliquæ quæ paulò longius aberant, continuata fuga, cum in altum magis euecta essent, vim hostium euaserunt. Triduo post cum Anichinus Corsus è Genuensi crastinus, ignarus acceptæ calamitatis, qui cum sua nauis longa (quæ era: una ex decem) sub Genuensibus merebat, Pontiam periret, ubi Genuensium reliquas triremes putabat esse, Bernardus qui ad eam insulam, post fugatos aduersarios cum classe se contulerat, nouemmodò triremibus emissis, signisq; hostiū quæ caperant, in classem Genuensis speciem praelatis, propius aduenit, tunc illexit. Qui tandem dolo cognito, cum frustra fugam à se tentari intueretur, in scapham delapsus, & ad eum profectus, illius se fidei ac potestati permisit. Posthac à regijs tentatum, si qua inde vi Genuensium triremes reuelli possent. Sed una tantum ex omnibus extracta est, ceteris adeò confractis, & arena ac terra immerfis, ut nulli prorsus vsui futura viderentur. Itaque cum laborem inanem sumi non placeret; ijs crematis abierunt. Eius calamitatis nuncio accepto, Ioannes Philippus Pontiam usq; cum onerarijs profectus (quod nihil absq; triremibus perfici poterat) retrò conuersus abire statuit. Cumq; Genuam versus contenderet, iuxta insulam Corsicam, teterrima tempestate exorta, ita disiecta est omnis classis, ut desperata salute, alia effracto malo nauis, alia amissis antennis, alia velo discisso, alia sine malo, nulla integra (præter Pretoriam)

Pratoriam) in diuersa delata sint. Per eosdem dies atrox ac procellosus turbo apud Neapolim noctu repēte excitatus, regiarum nauium, & Squarciafice malos vi sua ad inum perfregit ac deiecit. Quorum casus propter grauitatem ac pondus, ipsarū nauium corpora adeo labefactauit atque conuulsit, proras praesertim, ut nihil esset aspectu foedius, atque ca res pro miraculo apud omnes haberetur. Itaque quod salutare contra incendia inuentum fuerat, in illo casu aduersum, atque incommodum fuit. Taurinis nanque pellibus obuoluti mali, cum venti vim in se reciperent, ipsi turbini facile cessere. Ad hac rudentes propter ignium metum in alterum nauis latus coacti infirmiores malos faciebāt. Maris quoque tempestas, quae postea in multos dies continuata est, proiecta ante molem pro munimento saxa disturbauit, catenamq; ligneam dissoluit ac disiecit. Sed ita tēpestate, Bernardus cum classe Neapolim reuersus, adductis Genuensium triremibus captis vnā cū socijs eius expeditionis (ū erant aliquot summi viri) latissimē a rege acceptus est. Eiq; ob versos in fugā aduersarios datum, ut equo per urbem inter principes viros (veterum more) inuectus, magnāq; ciuiū caterua stipitatus incederet. Per eosdem ferme dies Franciscus Sfortia, ac Florentini quō magis res suas confirmarent, legatos ad Venetos mittunt, qui suadeant uti pro communi Italiae quiete, confecta paci societatem adijciant. Quam quidem rem Venetis confectum nunciari regi placuit. Et quo magis lenirent illius animum, honestas eius rei causas afferebant: atque ut eius societatis particeps fieri vellet, orabant. At cum multa eam rem agitando indices occurreret, quae partium animos

distraherent, tantum valuit Ioānis Mauri legati prudentia, nunc regem, nunc Venetos hortando, monedo, orando, vt pristinam inter regem ac Venetos amicitia redintegrarint. Persuasit Venetis, vt in ipso foedere cauerent regij honoris causa, vt legati à Frācisco, ac Florentinis vnà cum suis ad regem oratum mitterentur, vti communem pacem, ac societatem, honestis conditionibus datis, acceptisq; ne recusaret, Missi in id à Venetis Hieronymus Barbadicus ac Zacarias Triuisanus: à Frācisco Bartholomaeus Vicecomes Nouariensis Episcopus, & Albericus Mallectus: à Florentinis Bernardus Medices, & Dietesaluius Nero, viri in agendis rebus late cogniti. Et quoniam Ioānes Maurus longo vsu sensum atque animum regis callebat: placuit Venetis & ipsum quoque pari honore ac potestate cum ijs quos nominauit, communes res agere. Per id etiam temporis, Nicolaus pōtifex maximus, missis ad omnes Christianos populos ac principes legatis, vt imminenti Barbarorum periculo occurrerēt (iam enim finitimi Graciae populi Turcis parēre cogeantur: & erat ingens metus, propter ingentes illorum apparatus nunciatos, ne Italiam terra mariq; inuaderet) Alphonsum, ac Franciscum ad pacem, item Florentinos ac Venetos magnopere hortabatur: ac pro ea re iam prius ad regem miserat qui iam genuensem componeret Dominicum Capranicensem, Cardinale Firmantum, qui pro ea re postea ad Genuenses se contulerat. Qui quoniam dux & autor Italiae pacis ac societatis inter principes fuit, ac pro ea conficiunda vnus omnium maximè laborauit, aliquid mihi hoc loco de eo dicendum putauit. Vita fuit imprimis emendata, & quae honestate ac probitate omnibus
 i exemplo

exemplo esset: frugalitate eximia, neglecto suppellecti-
 lis luxu, quem ceteri adamarent: pietate, fide, atq; in-
 nocentia singulari, doctrina ac iuris Pōtificij scientia
 imprimis excellens: de quibuscunq; posset, benemereri
 studebat. Is suscepta prouincia componenda inter prin-
 cipes pacis ac societatis, postquā legati, quos supra me-
 morauimus, Romam conuenerunt, vnā cum ijs iter in-
 gressus, rege prius de omnibus certiore facto, Caietam
 venit. Rex venandi studio traiectum oppidum petierat,
 quod à Caieta decem millibus passuum abest, cognitoq;
 legatorum aduentu, Caietam versus proficiscitur. Qui
 cum illi obuiam, honoris gratia, plus duo millia passuum
 extra urbem processissent, ijs perhumaniter susceptis,
 Caietam adiit, vbi omnibus hospicia pro ciuitatis co-
 pia parari iusserat. Hic enim mos regis semper fuit o-
 mnibus legatis, quicunque ad se proficiscerentur, di-
 uersoria, & quotidiana cibaria non minore elegantia
 quam copia, & lauticia præbere. Eo die nihil de com-
 munitibus negocijs tractatum. Postridie cum omnes ora-
 tores ad pontificis legatum cōuenissent, ad regem pro-
 fecti sunt. Remotis arbitris, cum omnes illi primas di-
 cendi partes, æquæ iure concessissent, ipse pro omnibus
 hunc in modum disseruit. Rem sanè facilem, & tibi vl-
 trò expetendam (vt pro omnibus his legatis verba fa-
 ciam) ad te, rex, oratum venimus, pacem scilicet, ac so-
 cietatem tuam, quorum vtrunque & dare & accipere
 tua bonitatis est, præsertim hoc miserrimo tempore,
 quo vniuerso Christiano generi ac religioni nostra san-
 ctissima periculum ab exteris nationibus impendit.
 Quæ causa imprimis hosce populos ac principes mouit,
 vt armis positis communi quieti consulerent. Nec verò

Pontif.
 et aliorum
 Principum
 Legati.

putes te ab hisce in agenda pace contemptum esse, aut neglectui habitum, quod eam, te inconsulto, fecerint. Ita enim fieri necesse fuit, quò facilius conficeretur, quæ fortasse aliquanto plus difficultatis alioquin fuisset habitura. In ea enim haud præterita est honesta de tua dignitate mentio, sed & tibi relictus & concessus eius ineunda locus, ne tu id in regni tui detrimentum aut dedecus vllum factum arbitrere. Quòd si te nò alia ratio moueret, quam Italia quies, quæ prouincia diutissime exagitata atque intestinis bellis vexata est, ita vt qui vicit, similior victo videatur esse, tamen & æquitatis & humanitatis tuæ esse, cõmunem hanc pacem, & societatem amplecti, vt tandem aliquando, quantum in te esset, requiesceret, atque vt hanc ex ea pacata laudem gloriamq; tuarum laudum cumulo adijceres. Vt cum in præsentia non de ea pacanda, sed potius de tutanda & conseruanda agatur, multo magis debes communi huic fœderi, & consentienti caterorum populorum ac principum volûtati acquiescere. Imminet enim nobis bellũ & graue & periculosum, quale multis iam seculis in Italia non est auditum. Agitur salus Italia: agitur salus totius Christiana reipub. agitur salus totius religionis nostræ. Mahometus atrocissimus Christiani nominis hostis, non contentus capta Constantinopoli, quæ vrbs à Constantino potissimum aduersus Barbarorum impetus condita est, in cuius expugnatione quas cades, quas incendia, quas rapinas, quos incestus, quas templorum violationes, quas sacrorum profanationes, quæ Christi Dei nostri, quæ virginis sanctissima ludibria commiserit, non es nescius: non contentus, inquã, Græcia oppressa, quæ aut iam omnis

paret,

paret, aut metu eius contremiscit: non contentus denique finitimarum gentium obsequio, emergere iam è Græcia claustris, atq; in Italiani erumpere, Romanq; caput, ac sedem religionis nostra petere se velle minitatur, nec solum nullam adhuc accepit pro tantis sceleribus suis pœnam, sed tertium iam annum Thracia Græciq; dominatur, omni interim, post captam Constantinopolim tempore ad comparandos exercitus, cōtrahēdasq; vires ex quibuscunq; gētibus, collato. Persuasit sibi hostis callidissimus, si dissentiente Italiani inueniret, ea se facile potiri posse. hac autem subacta, ceteros Christianos populos, ac principes imperata facturos. properat hostis immanissimus, quo nos bello contendentes improviso opprimat. nullum tempus pestiferis consilijs eius exequendis aptius existimans. Nec fallent eum profecto cogitationes sue, si ociosi illius conatus spectabimus, si non occurrerimus eius furori. Tanta est eius potentia, tanta auri atque argenti vis, tanta classium molendarum opportunitas, tanta deniq; hominum in bellum multitudo. Clausum est iam Aegeum mare nauibus nostris, nec amplius nisi plures simul onerariae, eaq; magna Aegei maris insulas, & Orientales oras quibus in locis Christianis negociatoribus vberimus quaestus solebat esse, adire iam possunt. Clausum est nobis mare Ponticum, & ipsum nostris hominibus fructuosum, castellis trāsitum impediētib; , in ipso Bosforo Thracia ab utroque littore excitatis. Habet praeterea in id bellum consentientes Scythas, genus hominum, & multitudine, & corporum robore, & bellandi usu formidabile, qui Christianorum oppida quae in Ponto sunt, aut breui opprimant, aut certe quietas esse

non sinent. Dimisit iam in omnes partes Barbarorum, & exterarum nationū oratores, ad eos maximè, quos mari viciniore expeditioni sua prodesse posse intelligat, ut illorum auxilijs atque opibus suffultus, incorruptissimam nostram religionem funditus euertat, ac sacrilegi illius Mahometi (quod Deus auertat) nefandis legibus subijciat. Nec dubium est, quin & Syros, & Afros, & Mauros reges, & ceteros etiam e mari remotiores aduersus Christianos in belli societatem trahat. Mira est enim vis religionis, qua etiam si mala ac detestabilis sit, tamē animis semel insita, ac penitus impressa inflammare homines, & concitare ad sui timorem soles: omnes enim quam ipsi colūt religionem potiore ac sanctiorem aliena putant. Hac tot mala atq; pericula Italia impendentia sola pax atque consensus vel tollere, vel subleuare potest. Tantum enim est Italia in armis nomen, ut vel solo rumore confecta pacis ac publici fœderis possit insolentissimum hostem à pernicioso conatibus suis deterrevit. Sed ne hoc quoque sat est. Duce enim & auctore opus est, praesertim bello maritimo, in quo maximè victoria reposita videatur. Quis enim plus classe potuerit, facilem profectò terrestri belli victoriam ceteris reliquerit. Nam quādiu mare tutum ac liberum illi fuerit, nec commeatu, nec milite, propter viciniam terrae Asia ac paterni regni, prohiberi poterit. Quo commercio atq; opportunitate subblata, aut fame, aut ferro vincatur necesse est. Te autē vno neminem aptiorem ad tantum imperium gerendum arbitrantur. Omnes ad te summo consensu hanc praefecturam deferunt. Vident in te omnia abunde esse, quibus eiusmodi imperatorem praeclitum esse oporteat.

teat. Summam scilicet belli scientiam, egregiam virtutem, amplissimam auctoritatem, maximam felicitatem. Quarum omnium rerum mirifica exempla ijs qua gessisti bellis demonstrati, Neapolitano, Massiliensi, Hispaniensi, Africano. Vident etiam (id quod maxime in huiusmodi bello requiritur) te maritimis copijs ac nauibus plurimum posse, tantumq; maiestati tuae tribui, ut nulla Italia ciuitas, nulla classis futura sit, qua tua signa non libens sequatur, quaeq; mandatis tuis parendum sibi non existimet: qua res maxime in hac expeditione necessaria existimatur. Cateris enim aequalitas ipsa inuidiam excitat, nec alios alijs praesse patitur. tibi omnes promptissime & absq; inuidia obtemperaturi sunt. Nec verò (etsi magna antehac & praeclara facinora gessisti) superiora bella tua, cū hoc vno bello, gloria comparanda sunt. Illa enim habent fortasse aliquid quod non omnes aequè probent: quoniam non sine Christianorum sanguine confecta sint: hoc autem veram & solidam & constantem omnium opinionem gloriam in se habet, quod contra Barbaras gentes, contra religionis nostrae hostes atrocissimos suscipitur ac geritur: in quo qui interficitur, magnum pietatis locū sibi apud Deum, immortalem vendicat. Hoc tuum factum omnes vno ore laudabunt, & consentienti fauore prosequetur: nec erit vllus tam iniquus rerum estimator, qui non illud omnibus rebus ac aetate nostra ab omnibus regibus gestis, merito anteponendum iudicet. Hanc igitur prouinciam quo possis suscipere, communem hanc Italia pacem, ac foedus in eas oportet. Nam absq; hoc nec Italia vires componi, neque magnum aliquid mari geri potest: praesertim contra hostem poten-

tissimum. Qui postquam Constantinopoli peritus est, nihil omnino pratermisit temporis ad adificandas classes: cuius rei magnam ei commoditatem prabet & loci situs, & materia copia, qua in ea regione permagna est. Hoc ut agas, a te petit vehemēter Nicolaus pontifex maximus: a quo ego ad te legatus venio. Qui imminētibz periculis tantis vniuersa Christiana reip. obuiam iri quamprimum expetit. Hoc te orant hi legati, clarissimi viri, hoc te vniuersus Christianus orbis, ut te duce maritimi belli, in communibus periculis vti queat. Noli, obsecro, Italia deesse: remp. Christianam, religionem hanc sanctissimam (quātum in te est) tuere ac serua. Noli pati ea ruere, quibus omnium nostrā salus consistit: occurre impendenti malo. Noli, inquā, expectare, dum immanissima gentes Christiano nomini inimicissima, ad tantum bellum coeant, quod sustinere tota Europa non valeat. Nam quota pars orbis terrarum Europa est? Cuius etiam magnam partem Scythae tenēt. Tantos autem possunt ha gentes exercitus conficere, ut illorum modò aspectum Christiani homines ferre vix possint. At si maturabimus, omnia nobis secunda erunt. Recepta enim maris possessione, cum in Graciā Thraciamq; exercitus nostri transmiserint, & Mahometi furor cohibebitur, & cetera gentes rei euētum tacite spectabūt. Caue rex pratermittas hanc sempiterna ac vera gloria occasionem, qua tibi à Deo immortalī permissa & etiam parata est. Cogita eorū principum gloria quanta sit qui pro Christiano nomine vel amplificando, vel conseruando aduersus hostes religionis nostra bella gesserunt. Carolus ille Gallorum rex, qui Aquitaniam, & Galliam togatā in Italia, &

Saxones,

Saxones, & alias quasdam gentes, è manu Barbarorū ereptas ad religionem nostram redegit, & Magni appellationem meruit, & quādiu orbis terrarum stabit, ab omnibus mortalibus pleno ore laudabitur. Gotthofredi nomen, qui Hierosolymas, & Christi Dei nostri sacratissimum monumentum, eiectis Syris, aliquando recepit (qui postea locus rursus in eorum potestatem nostra negligentia recidit) in omnibus gētibus perquā illustre est. Sigismundi imperatoris gloriam, qui contra hosce eosdem Turcas sapius prosperè pugnavit, nulla vnquam ætas conticescet. Ioannis Vaiuoda, qui totiens sua virtute atque consilio huius Mahometi patrem pralio fudit, ac vicit, multis Turcarum milibus caesis, quāta sit fama apud omnes vides. Sed nil te magis cōmouere debet, quā religionis nostra sanctissima discrimen: in qua animorum nostrorum felicitas sempiterna continetur. Pro hac decertādum, pro hac effundenda vires, pro hac denique vita ipsa exponenda est. Si pacem hanc & fœdus Italicum aspernabere, reliqua Italia obtorpescet, ac de bello intestino sollicita erit. Qua cessante, aut de maritimis apparatibus nihil cogitāte, ceteri Christiani principes, qui sibi esse remotiores ab hoc incendio videntur, & ipsi quoq, omisus belli curis, domi se cōtinebūt. Quapropter amplectere, obsecro, hanc communem pacem ac societātē, quæ communis non solum Italia salutis, sed & totius Christiana gētis atque ordinis causa instituta est, teq, ad benemerendum de tota repub. Christiana, de Itālia præsertim, quæ te tanquam ducem & Imperatorem suum respicit, natum esse ostende. Pro quā quidem recomponenda, in ijs quæ aqua & honesta postulaueris,

hosce legatos, & eorum ciuitates ac principes eam ob rem ad te profectos, faciles reperies. Ea legati multis verbis confirmauere. Ad qua Alphonsus: Nunquam mi-

Responsio hi adeo secunda res aut domi, aut foris suere, quin si cū
Alphonsi bello pacem commutare licuerit, bello pacem praeule-
 rim. Nec verò nisi aut lacessitus, aut pro socijs ad hunc diem arma suscepi, ac gessi bellum: nec me tam ratio vlla mouit imperij aut regni augendi (quod Dei munere satis est amplum atque opulentum) quam mea ac populorum quietis atq; tranquillitatis qui nostro imperio parent. Isq; semper finis consiliorum meorum fuit, vt absq; iniuria in pace viuerem. In bello pacem, non in pace bellum querere soleo. Et si quando a nobis hostis pacem petijt, nunquā eum aspernatus sum, nunquam reieci, sed honestis conditionibus, petitus pacem dedi, proq; amico postea habitum passus sum regnorum meorum commertio perfrui. Hoc posterius bellum Florentinum, iam neminem nescire arbitror, Venetorum sociorum, & amicorum causa, nō vlla cupiditate mea, à me susceptum esse. Quos cū vrgeri premiūq; ab hostibus cernerem, non fuit aequitatis meae in tanto status discrimine eos destituere. Ita si à me esset petita pax, vt à Venetis, non fuisset profectò durior in ea concedenda, quam ipsi Veneti, quorum gratia bellum susceperam. Nec debuit certè (vt Venetorum pace loquat) res tãta, praesertim qua mea tantopere reserret, me inscio atque inconsulto agi. Sed quae acta sunt, redargui magis, quàm emendari queunt. Ego per me stare nqlim, quin hac pax atque societas communis fiat. Nolo consentienti Italia deesse, potissimum, cū hanc ipsam societatem ac pacem, quemadmodum ipsi differuistis, ad
 totius

totius Christiana reipub. salutem & conseruationem pertinere agnoscam. Video enim quorsum tendāt Mahometi huius insolentissimi conatus : video quid struat ac moliatur tantarum classium atque exercituum apparatibus : video quò spectet illius audacia , quo ué sit pertinacia & cupiditas eius eruptura. si fuisset bello vacuus, omnes profectò iam vires in eius perniciè conuertissem, nec essem passus (quātum in me fuisset) eius furorem euagari latius, sed bellum consilia mea perturbauit, quo nunc liberatus (Deo volente) propositum meum persequi potero. Ego enim labenti reip. Christiana deesse nec volo nec possum, & vel dux, vel comes huius gloriosissima expeditionis ire non recuso. Tantumq̃, abest, vt eam deserere in animo habeam, vt omnes copias ac facultates meas in eam rem collaturus sim, ne vita quidem parsurus: statui enim pro illius religione defendenda vitam exponere, qui pro hominum genere conseruando vitam exponere non dubitauit. Sic maiores mei, sic ego ab adoleſcētia institutus sum, vt sanctissimam religionem omnibus rebus antepōnā. Sed si honesta concedentur ac postulabuntur, nec pontificis maximi, cuius auctoritatem (vt debeo) plurimifacio, nec studijs populorum, nec principum voluntati refragabor, atque huic necessariae expeditioni seruiam. Post hac cū his de rebus agi incœptum esset, & quædam rex postularet quæ consultatione ciuitatum, ac principum egere videbantur, Legati tempus ad respondendum petierunt. At cū videret, non posse tantam multitudinem (magnum enim legati comitatum secū adduxerant, & regem plurimi secuti fuerant) in eā vrbe commodè diuertere, aggregq̃, quæ equis necessaria

erant, eò comportari, redeundi Neapolim consiliū cepit. Itaque pramissis, qui hospitia pararent, legatos Neapolim ire iussit, vbi & honorificentissimè excepti, & pro amplitudine ciuitatis, ac rerū abundantia lautius habitū sunt. Rex aliquot diebus Traiecti commoratus, deinde Puteolos petit: vbi dum moram facit, nauim vnā ē duabus maximis fortē amisit. Nam cū iam resectis ijs partibus quas venti procella conquassauerat, & eam quā magnitudine secunda erat, ac pulchritudinis prima habebatur extrinsecus (vt sit) nauis ambureret, vt eam denuò pice circūlinirent per foramina, ē quibus aqua egeritur (clā omnibus) ingressus scintillans ignis, tormētorum puluere correpto, quā materia pleni complures cadi erant, nautarum negligentia, vno momento excussa maximo cum fragore loco mouit. Atq; ijs qui in superiore parte erant repente in mare saltu seruatis paucis quibusdā infimæ sortis hominibus qui interius erant, quibusq; crassa caligo prospectum ad superiora auferebat, extinctis, nauis conflagrauit. Ita quā nauim regis diligentia ab aduersariorum vi conseruauerat perdidit casus. Alphonso deinde Neapolim reuerso, de pace ac societate agi perseueratum, atque in multos dies agitatio pertracta est: contendente rege pro officio, vti Giberto Corregio Nicolao Guerrerio, Gherardo Gambacurta, ac ceteris qui suas partes in bello secuti, eorum oppida amiserant, ablata restituerentur. Atq; in eo vehementer pugnatum est, Francisco ac Florentinis, in quorum potestate ea peruenerant, reddere recusantibus. Dū hac aguntur, Genuenses à pontifice maximo persuasi, & item literis ijs commotis quas rex post fugatas eorum

triremes

vires Genuā atq; in omnes partes scripserat, qui-
 bus nihilominus pacem se non abnuere significabat,
 Gottardum Donatum, facundum virum Romam mise-
 re, qui vnā cum pontificis legato, quem supra memora-
 uimus, de componendis controuersis ageret: qui Romā
 profectus non reperto amplius legato pontificis, cum id
 Genuēses docuisset, iussus est, suadete pontifice, Neapo-
 lim ire, vt communibus rebus tractandis interesset. Isq;
 ad regem profectus, de pace orationē habuit. Inter hac
 pontificis legatus omni diligentia instare, vt commu-
 nis pax ac societas conficeretur. Rem quoque Genuen-
 sem, simul ac Gottardus accersit, tractare aggressus.
 sed cetera prius componenda erant. Demum tantum
 valuit huius viri prudentia atque autoritas cunctarū
 partium legatis summis precibus id orantibus, vt pax
 ea, quae apud Laudum oppidum à Venetis socijs cū Frā-
 cisco, ac Florentinis, corūq; foederatis facta fuerat, pau-
 ris quibusdam in ea moderatis, à rege comprobata sit.
 Simul ac societas communis ab eodem est confirmata
 quam Veneti cum Francisco & Florentinis sanxerant:
 quibusdam etiam correctis atq; immutatis quae regi
 non satis placebant, in hac ferme verba: Amicitia, fe-
 dus ac societas, Venetis, Francisco Sfortia, ac Florenti-
 nis, eorumq; foederatis cum Alphoso rege pro commu-
 ni Italia quiete & salute, potissimum pro reprimendis
 Turcarum conatibus à quibus graue bellum Christia-
 na genti imminet, his legibus inuiolabilis in annos
 quinque & viginti esto, & eo amplius quoad cunctis
 socijs placuerit. Alphonsus Venetorū, Francisci, & Flo-
 rentinorum ac foedorum statim aduersus eos qui bel-
 lum inferant aut laceffant, siue Italicus, siue externus

Caudis
 pacis

hostis fuerit, tanquam iuris sui res sit, defendito. Rebus quietis, mutuae opes opis causa, si qua fortè repentina vis ingruat, Alphonsus, Veneti, ac Frācisus singuli octo milia equitum, peditū quatuor millia, Florentini quina milia equitum, duo peditum in armis parata habento, singuliq; militibus, & copijs suis stipendia persoluunt. Si bellum alicunde oriri contingat, nulli partium, nisi de communi omnium consensu, pacem componere liceto. Nec regi nec socijs cū vlla Italica natione societatem, aut fœdus facere absque communi consensu fas esto. Premente bello, singuli dimidiam saltē equitatus partem & peditatus, auxilio ad eum, quem laceSSI continget, impigrè mittūto, nec illud donec paratum sit bellum, inde reuocanto. Si contingat auxilia ad aliquem ē socijs mitti belli causa, qui auxilium acceperit, auxiliaribus copijs loca in queis diuertant, assignato, annonamq; & cetera necessaria, eodem precio, quo popularibus suis, venundato. Si quis fœderatorum bellum intulerit, fœdus ex eo violatum quod ad ceteros pertineat, non esto, sed integrum atque incorruptum habento, ceteriq; laceSSito auxilium prebento non minore studio, quàm si is, qui laceSSat in ipso fœdere comprehensus non esset. Si cui sociorum bellum inferatur, nulli reliquorum per eorum fines transitum concedere aut commeatus præbere fas esto, sed omni vi laceSSentis conatibus obstāto. Hac sic Venetijs inter Venetos, Franciscum, ac Florentinos acta fuerāt. Quæ ab Alphonso hunc in modum correctæ sunt. Quoniam dubitari posset oriente bello, inter aliquos ex fœderatis, quisnam laceSSeret, aut laceSSitus esset, optimum esse statuit ad tollendam omnem iniuriæ causam ceterorū fœderatorum iussu arma deponi, controuersijsq; eorū

cognitis, per iniuriam ablata ijs quibus erepta sint, restitui, & cognitionem causa intra triginta dies finire, eamq; cognitionem haberi, ubi pontificem maximum esse contigerit. Si quis sociorum qui arma ceperit sententia lata per reliquas partes parere recusarit, eo casu delectis ad eam re statuere liceat, qui auxilium copiarum numerus, aduersus contumacem, à ceteris socijs mittendus sit: nec tamen ijs liceat maiorum militum summam iniungere, quam quiuis sociorum ex fœdere, pacis tempore, tenere debeat. Idem ipsi delecti decernant & iudicent, quo nam modo cauere ac satisfacere armis laceßito debeat. Qui absque reliquorum omnium sociorum consensu pacem aut inducias fecisset, quæ triginta dierum terminum excederent, is fœdus violasse iudicetur. Si quis è socijs aut fœderatis bello petitus sit, siue is qui laceßierit ex sociorum, & fœderatorum numero vnus fuerit, siue sit externus, & alienigena, intelligatur laceßito auxilium præstandum esse. Rex non minorem equitum ac peditum numerum per pacis, ac belli tempus, quam Veneti ac Fræcis in armis habeat. Nec Veneti regi, nec rex Venetis auxilium maritimum (si qua maritima vis ingruat) præstare teneatur. Neq; huius fœderis iuribus quæ rex aduersus ducem, & ciuitatem Genuensium habere prætendat, neque item ijs iuribus quæ contra Sigismundum Malatestam, atque Hestorem Manfredum copiarum duces, pro pecunia ijs credita, habere se asserit, præiudicium vllum esto. His conditionibus pax atque societas composita est. Omnibus Italia ciuitatibus ac regulis præter Genuenses in ea comprehensis. Quibus tamen eius ineunda locus in certam diem reseruatus est. Vnum illud opus restabat, vt

scilicet res Genuensis componeretur, quò omnis Italia sopitis, sublatisq; discordijs, tandem requiesceret ac maritima expeditioni deseruiretur. Namq; inter Italia ciuitates, quæ mari pollerent, Genua non in postremis habebatur. Itaque & pontificis, & Venetorum, Florentinorum, ac Sabaudiesis principis legati qui tum aderant, ceteris iam curis soluti, in eam rem incumbentes nunc sigillatim, nunc vnà omnes cum oratore Genuensium orare regem pergunt, vt Genuensium postulatis aliquo modo compensatis, ijs pacem in tam miseris tamq; afflictis temporibus, det. Quibus rex sicut antea, non abnuere se pacem respondit, si aut Genuenses ab eorum postulatis desistant, ac superiorum temporum pateras aureas, quas sibi ex fœdere debent, ad se deferant, aut si damnis exceptis satis fieri velint, & ipsi damnis, quæ sibi ac populis suis intulissent, satisfacciant. Quæ res cum componi nullo modo posset, Genuensi legato, nauim, & res ablatas, aut earum precium, deponi apud sequestrum debere asserente, nec æquum esse, rege sibi ipsi nauis capta ius dicere, nauimq; ipsam, quæ appareret ante omnia restitui oportere, Pontificis legatus vnà cum ceteris, omnibus nequicquam tentatis, abeundi consilium cepit. Itaq; petita à rege venia, Romam, atque inde domos quisque suas reuersi sunt. Genuensis quoque legatus, cum frustra sese ibi tempus terere, ijs digressis animaduertenter, & ipse statim Romam se contulit: vbi dum moram facit, legati pontificis, quem diximus, hortatu, Nicolaus pontifex maximus, qui tum grauiter agrotabat, è vita discessit.

LIBRI DECIMI ET VLTIMI FINIS.

IOANNIS IOVIA-
NI PONTANIRE-
RVM SVO TEMPO-
RE GESTARVM
LIBER PRIMVS.



TALIAM natura iustitute
quodam (nullum enim perpe-
tuum est imperium) post colla-
psas res Romanas, & regnantē
Gotum, varia gentes, diuersis
tamen temporibus occuparūt.
E quibus maximē illustres Iō-
gobardorum res fuere. Hos diutius regnantes primō
Franci, post Normanni, & ipsi ab initio partim Ger-
mani, partim Sarmata, verū ē Gallia, quam aut pul-
sis, aut superatis antiquis colonis occupauerant, profe-
cti pepulere. Princeps autem Robertus Viscardus, rerū
quas gessit magnitudine, ingentem sibi & gloriam, &
imperium comparauit. Satis enim parua manu Italiā
ingressus, atq; ab Gulielmo fratre, qui Melfia adifica-
ta, cum Normannis in Apulia concederat, cuiq; a vir-
tute Ferribrachio fuit cognomen, aduersus Gracos in
auxilium accersitus, rebus non semel bene gestis, cum
Gulielmo, Drogoq; atq; Humifredo fratribus, qui pro
etatis prerogatiua, alius post alium Normannis præ-
suerat, in dominatu successisset, Cōstātinopolitani Im-
peratoris praefectos primō ē Salentinis expulit: inde in
Brutios cū Regerio fratre profectus, Pænos qui plures

annos genti imperitauerant, vi atq³ armis eiecit: tra-
 iiciensq³ in Siciliam, multis confectis pralijs, attritusq³
 tādē barbaris, insulam penē omnē in suam, fratriq³
 potestatem redegit. Quorum reliquias nedum delet,
 maiores res omitteret, in montanis Sicilia locis sedes
 habere eos permisit. Mox reuersus in Italiam, Lucanos,
 Apulos, Samnites, Campanosq³ qui cis saltus Terracinē
 ses sunt, diuersis artibus ac tēporibus domitos, in suum
 ac fratris iurare nomen cōegit. Pōst verò cum Boamun-
 do filio Hadriam traiiciens, fugato Imperatore Constā-
 tinopolitano Alexio, plurimis captis oppidis, non exi-
 guam Epiri, ac Macedonia partem imperio suo adiecit.
 ab hoc igitur, atque à Rogerio fratre imperium cōepit,
 quod pōst à Rogerio Rogerij filio in regium nomen ver-
 sum est: ac supra trecentos regnatum annos, maximis
 interim bellis fortiter administratis, pluribus rebus
 terra, mariq³ feliciter gestis, dum ab ipsis aut propul-
 santur regibus, aut inferuntur bella, Federico etiam
 & rege & Augusto Romanam ecclesiam prosterrente.
 Quo mortuo, excitante Romano pontifice ad bellum
 Gallos, hi Siculo ac Neapolitano regno Carolo duce po-
 titi sunt, Caroliq³ successoribus, pōst inter se de regno
 contendentibus, quae contentio Italiam simul omnem,
 Galliasq³ permiscuit: tandem ad Alphonsum regem
 douenit, quem Hispania è citeriore accitum, & annis
 ac rebus gestis florentem Ioanna sibi adoptauerat, quae
 per id tempus Ladislao fratre mortuo, Neapoli regna-
 bat. Hic Ioanna etiam viuēte primū cum Ludouico,
 deinde ea mortua, cum Renato, Prouincia atq³ Ande-
 gavia regulis, qui & ipsi regnum sibi Neapolitanum,
 quod ex eadem qua Carolus stirpe essent editi, atque

ex te-

ex testamento superioris Ioanna hereditarium asserebant, plures annos bella vario euentu administravit: tandem Neapoli per vim capta, Renato etiam pulso, victor regno potitus est. Hoc regnante Italia res maxime florere: nam & bella multa fortissime gesta sunt, & bellis partim compositis, partim etiam confectis, pax secuta est tranquillitatis atq; opulentie plena. Hac etas fortissimos duces, sapientissimos rerum pub. administratores habuit, viditq; literarum studia magno fauore, ingenti frequentia, post tot seculorum interiecta intervalla reuocari. Quam temporum felicitatem Alphonsi mors turbavit. Hunc hyeme in Apuliam profectum, dum aucupij, ac venationis studiis capitur, morbus corripit, quo confectus haud multis aestivum post solstitium diebus Neapoli interijt, etatis sue annum agens quartum ac sexagesimum. Alphonso mortuo Ferdinandus succedit, quem heredem in regno Neapolitano pater instituerat, natum Valeria in Hispania citeriore, atq; ex muliere susceptum, quam Valeria cum ageret in delitijs habuisset. Res hortari videtur, quonia Italia rerum mentionem fecimus, qui tum vniuersa status esset, quiq; aut populi, aut principes eam moderarentur, paucis exponere. Nec vero cetera indignantur vrbes, reguliq; si prima nobis Venetia auspiciu dicendi fecerint, & propter vrbs ipsius magnitudinem, ac nobilitatem, & propter reipublica temperationem, summamq; imperij aequabilitatem. Igitur vrbs huius primordia satis quidem exigua fuere: initio enim loca, in quibus post vrbs crevit, a piscatoribus habebantur, ac salinaris, qui piscandi studio, aut faciendi salis gratia illic multi conuenerant. Quas ad res locorum eos natura cum

primis inuitabat. propinquitās praterea ac frequentia
 Venetia urbium, ē quibus mortales multi eō assidue
 mercandis ijs confluebant. Quibus artibus ac quaestibus
 paulatim loca ipsa creuere habitatoribus, creuere quo-
 que cum quaestibus simul & negociandi, & nauigandi
 studia: idq; eo magis quod sedes ea terrestribus ab in-
 cursionibus maxime tuta habebatur, grassantibus iam
 tū exteris nationibus, ruentiq; Romano imperio. Itaq;
 hac vsi opportunitate, opulentissimus quisq;, ac maxi-
 me nobilis ē finitimis Venetia atq; Illyrij populis, dum
 barbarorum, qui per id tēpus Italiam infestabāt, iram
 verentur, in tutiora se recipientes, multis praesertim
 direptis, non paucis etiam funditus excisis oppidis, eō
 tanquam in arcem confugiunt. Post verò alijs atq; alijs
 commigrantibus cōpere maioribus studijs, cupientio-
 ribus animis rem nauticam exercere. Quam ad rem
 locus, necessitudoq; magis ac magis eos adhortabatur,
 crescēte multitudine, ac solo angusto, rerumq; omniū,
 qua victui necessaria essent, egeno atque infœcundo, vt
 inter palustreis, atque astuarios locos sito. Quod si con-
 iectura vti liceat, credibile quoq; est, propinquos quos-
 dam portus, qui perquam celebres tunc erant, illaben-
 tiumq; in mare fluminum ostia, plurimum frequentia
 contulisse, dum assiduo, continenterq; per ea commer-
 cia exercentur. Hinc opulentio rem ad mercaturam
 conuenarum cum verterentur studia, breui Venetorū
 res (Venetos enim sese, quod ē Venetia emigrassent vo-
 cauere) ciuibus, atque opibus aucta est. Igitur diuitijs
 freti, peritiāq; nauigandi, cum eorum nomen abunde
 potens pollensq;, & clarum esset, Mauris sapius classe
 superatis, praeconibusq; Illyricis, quiq; alij mare infe-
 stum

stum reddebant, captis victisq³, pluribus elati victorijs, cœpere insulas primò atque nationes externas subigere. Atque hunc in modum circiter septingentos (vt ipse tradunt) annos, aut etiam amplius artibus his eò potètia peruenere, vt Venetorum res finitimis, exterisq³ pariter formidolosa essent. His igitur è sententia fluentibus, crescente imperandi cupiditate, ad res Italicæ animum adiecere, finitimis regulis, dum impotenter in subiectos populos dominationem exercet, eos inuitantibus. Nam inter Patauinos ac Veronenses regulos diutius cum esset certatum, vtriusq³ partis rebus vexatis atque attritis, laceßiri & ipsi aliquando à Patauinis hanc occasionem naçti, finitimam in continentem insiliere. Post bello maximo acerrimoq³ cõflato cū Philippo Maria Mediolan. duce, cuius imperiũ latè magnũ in Gallia cisalpina erat, multis tandem cladibus vltro citroq³ datis atq³ acceptis, vniuersa penè Venetia occupata, Bergamo ac Brixia captis, magna quoque llyrj parte aliquanto tamen prius domita, imperium in Italia viribus auctoritateq³ magis ac magis auxere. Tantam autem rerum felicitatem concordia studium maxime peperit, ac viuendi inter se equabilitas è statuendis ac seruandis legibus nata. Hunc itaque tuendarum legum cõsensum secuta est administranda rei publicæ concordissima securitas. Nam ne vnquam nobilium animi per ambitionem insolescerent, qui eam initio constituere, vnum & quidem summum statuerunt magistratum: quem qui gereret, ducem vocaueret, senatus quidem principem, caterum cui iniussu senatus nec pace agere nec bello publicum quicquam liceat. Dux ipse senatũ consulit, Senatus autor decernit,

cuius tamen decreta duci nomine feruntur. Hoc mortuo, è numero senatorũ statim alter per suffragia creatur. Magistratus ipse quanquam perpetuus, memoria tamen nostra Franciscus Fuscarius, quod senectute aggrauante, publica ad munera factus videretur inhabilior, magistratu se abdicare coactus est. Huic de publico certa penduntur stipendia. Senatus ad eum cogitur in curia, quam egredi ducem nisi statis diebus, ac certis causis minimè permissum sit. Caterum ipsis senatoribus mira in dicendo libertas, summa in consulendo integritas, atq; asseueratio recti ac veri cultus eximius, erga patriam studium supra quàm cuiquam sit credibile. Quod si quando deliberandis atq; decernendis rebus in contentionem sit deuentum, non partium studia superant, verum publici boni ratio. De quorum tamen institutis, moribus, æquabiliq; administratione silere est omnino consultius, quàm non multa differere. Proximis in regionibus reguli tres imperitant, Mediolanensis, Ferrariensis, Mantuanus. Mediolanensi frequentissimi, maximeq; opulenti Gallie cisalpina parent populi, Comenses, Ticinenses, Alexandrini, Nouarienses, Laudenses, Parmenses, Dertonenses: item Placentini. Ferrariensi Mutina, ac Regium, opportuna ac nobiles vrbes subiectæ sunt. Rem Mediolanensem per id tempus moderabatur Franciscus Sfortia, qui Philippomaria mortuo, Blancemaria vxori suæ, Philippi è nobili matrona filie dominatum asserens, partim vi, partim beneuolentia ciuium, ac rerum gestarum fama clarum se, ac maxime potètem in Gallia, Italiaq; vniuersa fecerat, vir profecto Romanis temporibus dignus. Ferrariensem Borfius Estësis, miti vir ingenio, cõsilioq; maxime

ximè tranquillo, quiq; Italicarum turbationum sese medium gerere consuisset. Mantuanam Ludouicus Gonzaga & ipse vir, belli non minus quàm pacis artibus clarus. Quæ vrbes populiq; alpius adiacent. alij Monferratensi, alij Sabaudiensi obediunt, cuius imperium etiam trans alpes in Allobrogibus latè amplum est. In Aemilia, Piceno, Vmbria, Sabina, Latio, Hettruria magna parte, magna etiam Campania, qui populi, quiq; reguli in ijs agitant, Romani pontificis imperata faciunt. Quorum omnium ea tempestate res maximè illustres Sigismundi Ariminensis, Federiciq; Vrbinate erāt. Quibus autem artibus pontifices maximi tantum sibi imperium comparauerint, nequaquam est explicatu facile. Namq; vt initio armis illud sibi vèdicauerint, longè aliud arbitrari par est. Genus enim ipsum hominum olim quietum, ac religioni tantum deditum. Caterum vt antè sacerdotes innocētissimi, atque abstinentissimi fuere, quo tempore sola sacra, ceremoniasq; tractabant: sic post fuere ex eis, qui cupiditate ambitioneq; præcipientes ierint. Verum Romani pontificis aqua imperia, administratio tranquilla, studia pacis, ocijq; maiestas propè diuina. Hettruria olim bona pars sub regulis erat: quibus aut casis, aut pulsis Senenses, Florentiniq; illorum vrbes, atque agros suo imperio subiecere: finitimos etiam populos, qui antea liberi erant, in seruitutem redactos, nouis vti viuerent legibus coëgere. Vtraq; autem res publica popularis nunc est, nobilitate olim ob superbiam pulsa. Florentinorum nomen per orbem terrarum latè clarum est, non tam rebus gestis, quàm gētis ipsius solertia, & vrbis magnificentia. Eam in plano sitam amnis Arnus interfluit,

quam decorum ne immortalium tēpla, an publica, pri-
 uatāq; edificia magnificentiorem reddant, haud faci-
 le est iudicatu. Ipsis ciuibus mirum edificandi studium,
 mira ornandi cura. Si quid regio non suppetat, peregre
 deuehendum atque importandum curant. Certamen
 est nō in vrbe modo, verumetiam in agris, qui magni-
 ficentius aedificet. Itaque regio sumptu villas passim
 edificatas videas. Genus ipsum hominum acutum, &
 graue; bonarūq; artium studiosum, pecunia tamen
 studiosius, quocirca in vltimis etiam terris negocian-
 tur. Quorum tamen propria laus est, at peculiare me-
 ritum, quod Latinas literas penē ab interitu vindica-
 uerint, dum & ipsi Latinis, ac Gracis literis dant ope-
 ram, & illarum studiosos ad se accersitos, salarijs pra-
 mijs, honoribus prosequuntur. Vrbis ipsa paulatim à
 paruis obscurisq; initijs, atq; Fesularū ē ruinis creuit:
 quam quidem artium plurimarum, quas ea gens aut
 ipsa inuenit, aut ab alijs inuentas perfecit, frequentia
 mirum in modum auxit, locupletauitq;. Florentinis
 proximi sunt Lucenses, ciuitas non tam suis consilijs li-
 bera, quā alienis opibus, atque praesidijs firma, dum
 Florentinorum ne accedat opibus, magna cura est ce-
 teris. Senesis reipublica administratio propter diuersa
 ciuium studia inquietior est, nec satis ex eo libera. Ita-
 que ciues dum parum ipsi inter se cōsentiunt, quae rei-
 publice in commune bonum haberi potest ratio? Pacis
 tamen apud eos studium viget, praterquam Florenti-
 norum artibus: quibus non raro eorum res turbantur,
 quorum ager oppidū quā fertilis est. Cines ipsi qua-
 stui dediti, ac ciuiliū vitae muneribus. Libertatis idem
 omnibus studium: ea tamen Romani pontificis opera
 ducisq;

Florent.

LB

ducisq₃ Mediolanensis, quàm ciuium cura magis confat. Genuensium res maiores quidem atque opulentiores haud multo antè fuere. Nam & mari aliquando potiri dicuntur, non solum Corsica, Sardinia, multisq₃ Aegæi maris insulis captis, vexatisq₃, sed Euxino enavigato, pluribus oppidis quæ in ora Pontici maris posita sunt, ab eis, aut captis, aut etiã conditis. Venetorum quoque rebus penè ad internicionem aliquando adductis, & vrbe illorum ingenti classe circumcessa. Horum opes paulatim dilabi cœpere ob domesticas seditiones ciuiliq₃ odia, quibus effectum est, vti amissa libertate Gallorum regi seruiuerint. Nam veteris cum esset instituti, ducem qui summum apud eos magistratum gerit, communi consensu creari, dum multos annos studio partium magisquàm publici boni duces designantur, magna certamina, sæda seditiones, ingētia etiã bella exorta sunt, donec Genuensium res publica eò perducta est, vti Gallicum nomen, imperiumq₃, à partibus inuocatum atque acceptum fuerit: missusq₃ à Carolo rege Ioannes Renati, de quo antè dictum est, filius, qui Genuensem rempublicam administraret. Reliquam Italiam, quæ ab saltu Terratinensi Equos, Hernicosq₃, ac Marforum, & Sabinorum montes in Picenum, ad ostia Truenti pertinet, quod flumen in Hadriaticum sinu influit, quæq₃ supero etiã atq₃ infero mari cingitur, Neapolitani eam reges tenent, in qua Ferdinãdus ex testamento successit. Igitur Alphonso mortuo, reguli, ciuitatesq₃ missis oratoribus, Capuæ conuentu habito (nam pestilenti: Neapolis infestabatur) in Ferdinandi verba de more iurauere. Et quanquam omnia quæta apparebant, rex tamē conuentu dimisso, in Pe-

Calixtus
Pontifex.

*lignos ac Marrucinos digressus, equitatu in itinere scripto reliquum aestatis in Theatibus ac Ferentanis egit. Hinc rebus regionis eius pro tempore cōpositis, in Apuliam, vbi hyemem agere decreuerat maturauit. Inter ea ~~Callistus pontifex~~ maximus Alphonsi beneficiorum immemor, cuius auctoritate atque opibus antea Cardinalis, pōst Nicolao Quinto mortuo pontifex creatus fuerat, peruersa cōsilia, & perfidia plena aduersus Ferdinandum agitare cōcepit; clamq; cum primoribus ciuitatum, ac regulis agere de rebellionē, diuulgatis etiā epistolis, quibus Ferdinandum supposititium Alphonsi filium diceret, denique aqua & igni interdiceret qui huius imperata facerent, & in officio ac fide permanerent. Quod ni Callisti cōsilia mors interrupisset, ingens maximeq; calamitosum cōflatum iri bellum apparebat: quippe qui esset fluxa fide, peruicaci ingenio, varijs cōsilijs, praecepti ambitione. Huc accedebat, quod dum assentatoribus patefacit aures, Borgio sororis filio ingentem dominatum in regno Neapolitano destinauerat. Sed Callisti conciliorum ac vitae finis idē fuit. Creatur inde Pius pontifex, ad quem missi ab rege legati omnia pacata retulere: quin etiam haud multo pōst Latinus Vrsinus Cardinalis cum ampliſsimis decretis Barolum in Apuliam venit, vbi iussu pontifici; collegijq; Ferdinandum initiatum (vti moris est) coronāq; donatum, regem declarauit. Quae res popularium regni animos de bello iam dubitanteis, quietiora vti sperarent, mirum in modum confirmauit. Ipse inter ea amicos, sociosq; nunc per literas hortari, nunc per oratores rogare, vti veteris amicitia memores esse vel-
lent, se bonum amicum, fidum socium futurum ad cumulandam*

mulandam veterem beneuolentiam, ad continendam societatem, nouas ubiq³ causas, noua semper vincula additurum, offerre, polliceri: se paterno contentum regno, suisq³ fortunis, pacem atque ocium omni arte procuraturum: denique omnia se quam bellum malle, illumq³ pro hoste habiturum palam dicere, qui bellum in Italia moliri pararet. Adhuc in populos popularesq³ suos publice ac priuatim noua beneficia cōferre, vectigalia minuere, regulos benigne appellare, ornare muneribus, decretisq³. Hispanis qui remanere apud se uellent, familiaritatem polliceri suam: qui redire in patriam mallent, muneribus affectos, ornatosq³ dimittere. Carolum patru elem, Nauarra principem, qui agente animam Alphonso res nouas tentasse Neapoli dicebatur, quiq³ ob conscientiam Alphonso mortuo nauem, quæ Neapolitano in portu in ancoris stabat, confestim ascenderat, benigne appellatum: multa etiam amplaq³ per amicos pollicitus, nihil prius habuit quam persistentem in abeundi proposito conciliatum dimittere, isq³ haud multis post diebus in Siciliā nauigauit. Demum rex cuncta perspicere ac meminisse, quibus amicos, sociosq³ contineret, aduersum populos, regulosq³ non satis habens iustum sese, ac liberalem gerere, nisi & illos ad bene etiam de se merendum inuitaret. Non deerant tamen qui è regulis existimarent hac ipsa à Ferdinando simulanter fieri, quod ijs ingenium eius à puero esset cognitum. Nam & eum sese esse post manifestò declarauit. Quæ existimatio nonnullorum etiam procerum ac primatū regni animos ab illo (ut creditū est) auertit. Hac agenti Ferdinando, significatur Ioannemantonium principem Tarentinum clam rebus nouis stu-

dere: quod regem nequaquam fallebat, qui eius inconstantiam atq; animum minimè tranquillum nouerat: quippe cui ab adolescentia seditiones, rapinas, discordiasq; gratas fuisse intelligeret. Erat enim Ioānes antonius vario & inconstanti ingenio, ac parum firma amicitia: apud quem etiam sancti, honestiq; non tantus respectus, quantum studium, quantaq; erat cura assequendi eius quod animo destinasset: atque ut sui ipse parcissimus, sic cōtrā alieni quā appetentissimus erat: utque in bello abunde timidus, sic in pace parum fidens suis aut amicorum opibus, quem lōga & maximè queta Alphonfi pax male habuerat. Sed ad quod intentus erat, aliquando peruenire ut ad id posset, interim dum ingentem sibi pecuniam compararet, nihil pensi habebat: & quanquam ipse timidus ac suspiciosus, gerendi tamen belli maximè audius: utq; in confereendis manibus minimè strenuus, sic producēdi belli egregius artifex. Is igitur per finitimas ciuitates, locaq; opportuna clam summittere cœpit, qui alijs premia alijs delictorū condonationē promitterent: nobiles alios suae inopia, alios gloria maiorū admonerent: regulos ut quenque vel cupidum rerum nouarum, vel ere alieno pressum, vel rei suae pœnitere intelligerēt, tentare, hortari, sollicitare, multa pollicēdo erigere, opes eius ostentare ne desinerent: denique belli eum autorem ac ducem offerrent. His atque alijs animos hominum ad belli studia cum impelleret, in Galliam quoque ad Carolū regem, in Prouinciā ad Renatū, Genuā ad Ioannē Renati filium mittit, qui eos ad regnū armis repetendum hortentur: omnibus denique artibus participes, ocios, dices consilij sui quarit, atq; habet: tentat. At

rex

rex artes illius veritus, nunc per literas, interdum per oratores, aut amicos operam dabat, illum vti conciliarent. Itaq; blandè appellādo, largamq; de eo spem ac fiduciā vbiq; praeferendo, consilijs eius pro tēpore obniam ibat. Quam tamē ille occasionem nactus (vt erat simulator atq; dissimulator, arte non minus quā natura ad vtrunq; institutus) per speciē cōciliationis postulare ab rege cœpit, vti Iosia generi sui Iulij Antoni patri, & Antonio Centilia, cuius filio suā ipse despōdere filiā pararet, quīs illos oppidis, castellis, agruq; Alphōsus spoliasset, ea cuncta vti restitueret. Hac re diutius in senatu agitata, diuersa cum essent patrum sentētia, nec de Ioannisantonijs fide quicquam exploratum haberetur, aut bonæ spei, tandem rex honestum potius quā vtile consilium secutus, famēq; suæ consulens, ne accusari vnquam posset, quod per ipsum scilicet sterisset, quominus cum Ioanneantonio pax maneret, Iosia Hadriā Teramumq; Centilia, Crotonem, Catātianum, quēq; alia oppida, agriq; aut huius aut illius fuerant, restitui iussit, missis ab Ioanneantonio, qui eius ea nomine acciperent. Per id tēpus Antonius Centilia qui paulo post Alphonsi obitum ad Tarentinum transfugerat, communicatisq; consilijs in Brutios ad res nouandas profectus erat, per veteres clientes beneficiariosq; (vt qui natura seditiosus at suprà quā dici potest, serenda discordia singularis esset artifex) populos, primoresq; ciuitatum sollicitabat, ac nūc vanos terrores miscendo, nūc se ad liberandos eos ab duro Hispanorum dominatu autorem futurum predicando, cum omnia nominis sui admiratione impleisset, nomenq; Renati in memoriam reduxisset, eō rem perduxerat, vti omni

fermè regio in rebellionē spectaret. Quod veritus rex, Carolum Campibassium, & Alphonsum Daualum ed cum exercitu premiserat, qui prouideret, ne quid respublica detrimenti caperet. At Centilia castellis aliquot occupatis, quanquam parua manu, populorum tamen leuitate fretus, sibiq; praesides bellum mouerat. Hunc motum diuersis ex oppidis permulti secuti, breui ingentem agrestium multitudinem armauerant. Quæres partim terrore ac metu, partim cupidine rebellandi, popularium animos affecerat. Quo minus autem Centilia quod animo destinauerat perficeret, Alphonsi celeritas obstitit, qui facientem iter per oram maritimam Cropanos versus, de improviso adortus, eum fudit, fugauitq;. Quare complures de rebellionē cogitantes, in fide atq; officio continuit. Urbibus, castellisq; Iosia, atque Antonio restitutis, atque illorum nomine à Tarentino acceptis, cum in Brutis quietiores futura res speraretur, & Ioannisantonij animus sedatus videretur, tum ille magis, magisq; intētus omnia administrabat. Nam scriptos in Gallia cisalpina milites, finitimisq; in regionibus mari ad se deuehendos curabat. Cum regulis fœdera clam inibat, Ioannem Renati filium omnibus artibus ad bellum inuitabat. Iacobum quoque Picininum, qui aduersus Sigismundum Ariminensem prius Alphonsi, post Ferdinandi auspicijs bellum gesserat, quanquam Ferdinando ob eius multa, patrisq; merita obnoxium, tentare tamen ausus, ingētib; & suis, & Ioannis pollicitationibus corruptum, paulatim in suas partes traducere pertentabat. Cum primis autem tum socium fidelem, tum solertem ministrum inuenerat Marinum Martianum, principem Rhosanen-

Rhosanensem, cuius præter genus vix erat quod bonus aliquis laudare in eo posset. Hunc Ioannes antonius pater adoleſcētulum, quod ingenio maximè peruerso esse senserat, ab suo conspectu arcuerat, in filij locum non habiturus, ni Alphosus Heleonora filia ei in matrimonio collocata, magno etiam dominatu addito, in patriæ restituisſet gratiam. Ac nihilominus pater, dum viueret, filij fædum animum, ac peruersos conspiciatus mores, non semel quidem suspiransq; dixisse inter domesticos fertur, fore vt his Martianam tādē familiam pessum daret. Igitur Marinus hinc regi suadere, quo Hispanos omneis regno eijceret: neque enim fidendum illis esse: consulereq; vti per Italicos homines, suosq; populares regni res administraret: magnam inde regem sibi beneuolentiam, & gerendis rebus fidem auctoritatemq; conciliaturum: illinc Ioannem Paulum Cancellum proximum sibi regulum, nobiles item multos in Campania, Samnioq; ad rebellandum diuersis artibus pellicebat. Post vbi verò satis prosperè cedere consilia sua vidit, Hispanos palàm insectari cœpit. Adhæc cum Honorato Caietano, qui Fundis, finitimisq; dominabatur in locis, simultatem primò exercere, post verò in manifestas inimicitias prolabi, quod illum regi acceptum, suisq; consilijs offuturum maximè intelligebat. Quin etiam aduersus Galeatium Pædonum arma mouerat, obſessis Capreatis, vti per hanc occasionem scribere exercitum liceret. Vtebatur autē ministro Marco Ratha, sobrino suo, homine turbulento, Gallicarumq; partium studioſo: cuius vxor Ioannis erat Coxe filia, qui capta ab Alphonſo Neapoli, Renatum in Prouinciâ im secutus, magnum sibi locum apud Galliarū prin-

cipes rerum usu atq; eloquentia comparauerat: ac pro-
 pter prudentia opinionem cum Ioanne filio Genuam
 ab Renato missus fuerat, quo tanquam magistro vtere-
 tur. Per hos igitur ministros multi mortales coniura-
 runt, in quib; & Iacobus Ratha Beneuentanus antistes,
 cuius insigni perfidia, Ferdinandi res maximè perni-
 ciosum vulnus accepere. Hunc rex cum Francisco Bau-
 cio, duce Andriense, legatum Mantuam miserat, vbi
 Pius pontifex maximus Christianorum conuentum
 habebat. ad quem Renati, & item Gallia regis Caroli
 legati venerant, postulantes vti regni Neapolitani sua
 Renato salua iura essent. Quo tempore Iacobus præter
 fidem, decus, iura diuina & humana, ministrum se ac
 medium exhibuit scelerum omnium, quæ ab Ioanne-
 antonio, ac Marino, ab Ioanne item Renati filio para-
 bantur, autor & ipse cum esset scelerisimorum etiam
 consiliorum. Affuit in hoc conuentu Mediolanensium
 dux Franciscus, cuius autoritate ac consilio factum est,
 vti pontifex Romanus Gallorum postulata iniqua esse
 docuerit, palam professus Ferdinando se non desuturum:
 deberi hoc publico Italia sceleris ac memoria Alphonsi
 regis, cuius beneficio atque opera Romana res aucta es-
 set opibus, autoritate, imperio. Interea Ferdinadus co-
 gnitis Tarentini consilijs, quo illius incepta frustrare-
 tur: quippe cui poriunda per dolum Venusia maxima
 spes esset, ad Arundinem castra posuit. Is amnis tribus
 millibus passuum, aut non multo amplius ab Venusia
 prætersuens, in Ausidum influit. Venusiam Pyrrhus
 Buzicius, Francisci, de quo dictum est, filius tenebat, re-
 gis carus, ac maximè fidus. Caterum dotalis vrbs erat,
 quæ usque præter imperium æquum, clemensq; Ga-
 briel

brieli Vrsini, qui Ioannisantonij iisdemè parentibus frater fuerat, plerique Tarentino fauebant: nec deerant, qui urbem se dedituros polliceretur. Qua spe Tarentinus & ipse circiter decem millibus passuum opportuno in loco coactis in vnum copijs, confederat. Ac tamen si nihil adhuc aperte hosticum geritur, vterque tamen in insidias intentus erat, ceterum hic cauendū quàm ille parandis intentior. Atque haud multum absuit, quo minus dum noctu Ioannesantonius vrbe se positurum sperat, rexq; illius consilium praueniens obuiam facti ante cōfluxerint, quàm bellum inter eos indictum esset. Tandem verò ille, quamuis re saepius frustra tentata, urbem per dolum occupat. At rex confestim subsidio suis veniens, porta ingressus alia, Tarentinos vrbe expulit: & quanquam à cede temperatum est, bona tamen cinium direpta. Hanc sibi urbem Ioannesantonius, si potiretur ea, belli arcem atque horreū propter opportunitatem destinauerat, agrum vberem, pabulūq; maximè feracem, pascēdis equis aptissimum ratus. Vrbis ipsa in mediterraneis, ac natura etiam munito loco sita, totius regionis caput erat: atque vt in omnem Apuliam qua ad montes iacet, quaq; regi parebat, discursiones facile permittebat: sic vrbes, agrosq; Tarentino subiectos à tergo claudens tuebatur, nequid hostile inferri ab rege posset. Adhuc Tranēsum inde, ac Boralitanorum res, inprimisq; Francisci Andriensis ducis facile se assiduīs impressionibus afflicturnum, finitimosq; alios tum populos tum regulos dolo, vi, metu, pollicitationibus, minis, ob loci opportunitatem in parteis suas tracturū sperabat. Hic motus, qua Tarentino mens esset, futurumq; haud multo post bel-

lum indicauit : licet missis vltro citroq₃ sapius legatis, quieta vtrunque nunciarentur. Sed ille verbis quidem pacem velle, re autem bellum parare, tempusq₃ agitando per speciem concordia terere, dum qua agitabatur a coniuratis parata essent omnia. Quocirca rex animo vehementer angi, diuersaq₃ secum cōsilia agitare, nec cui fidendum esset, satis compertum habere, repetere animo veteres regni discordias, domestica populorum inter se odia, regulorumq₃ aut similitates, aut amicitias: praterita bella docere plane posse, quātum in hominum animis polleret inconstantia, ac leuitas: quantum auaritia valeret, ac vindicandi cupido: nec tantā equi aut honesti curam, quantum vtilitatis studium, ac libidinis generi mortalium inesse: suas Tarentiniqu₃ ac Renati opes iuxta expendere, quid ab Gallis, Gallicarumq₃ partiū studiosis, quid contrā ab se socijsq₃ terramarig₃ geri posset, cogitare, ac metiri. Deniq₃ quātum fortuna humanis in rebus polleat, quā varij rerum euentus essent, animo aestuanter volutabat. Hec agitant: Ferdinando significatum est praefectorum literis, rerum in Brutijs aduersum tumultuantes agrestes bene ab illis gestam, quos ab domibus, atq₃ ab aratro digressos partim autor Centilia, partim rerum nouarum libido ad bellū, ac direptiones traxerat. Hi primò vagi, palantesq₃ vt quis sese ducem prabuisset, sequebantur, post inito consilio, atq₃ in vnum cōuenientes, duce potissimum Nicolao Tosto, cuius maiorumq₃ eius nulla ante cognitio, aut memoria fuerat: statuere Alphonsum Daualum, qui mortuo Carolo regis copijs solus praerat, ex improviso adoriri, & cum vniuerso exercitu cedere. Nam & multitudo erat ingēs, & Alphonsus

phonsus per pacata loca non satis magna manu iter faciens, nihil hosticum verebatur. Itaque habentem eum in campis castra, qui Maidam inter Neocastrumq; interiacent, qui agrestium primi agmen precedebant, de colle sese ostentantes, sublati ad primum statim conspectum clamoribus, maximo impetu in castra ferebatur. At Alphonsus repentina re permotus ac trepidans, interim dum suos impeditos atq; imparatos instruit, præmittit qui rem sciscitentur, eorumq; impetum remorari verbis studeant. Illi primò remissionem tributorum, hinc alia atque alia postulare cœpere. Ad ea ab Alphonso benigne cum responderetur, vbi conuenisse ingentem suorum numerum vident, eadem ac sanguinem flagitantes, sese in castra proripiunt. At Alphonsus longius à castris structis in plano ordinibus, cum interim à Iacobo Galiota, impigro homine, acriter pugna conferta esset, vbi illos vidit nullo certo duce, nullo feruato ordine rapi, illatus conferta acie primò impetum eorum reprimi: mox ab euentu rerum confirmatis militum animis, fundit fugatq; fugiētes, magnum illorum numerum cedit: multos etiam capit, quos haud multo post interfici iubet, certior factus, paucis post horis longè maiorem affuturam multitudinem. Quod niflumen Sabatium, qui circiter viginti millibus passuum ab castris aberat, transire maturasset, eo die cum vniuersis copijs ad vnum casus esset: vix dum enim saltum prætergressus, qui flumine, syluis ac montibus clausus, atque impeditus est, summis è montibus cateruatim decurrere ad occupandum saltum hostes conspicit. Cecidere ex agrestibus septingēti, aut etiam amplius: fama tenet ad duodecim millia fuisse hominū, qui simul

ad tumultum conuenerant. Alphonsus re bene gesta, Consentiam versus tutiora in loca se recepit. Quibus rebus permotus rex, euocato ad se Alphonso, ut ab eo coram de statu regionis certior fieret, in Brutios proficisci decreuit. Igitur Venusia rebus compositis, relictoq, ibi Masio Barresa cum presidio, ad omnē Bradanum proficiscitur, ubi aliquot diebus aestiua habuit. Inter has Nicolaus, quem multitudo ducem sequebatur, in agrū Consentinum impressione facta, finitimis castellis ac vicis, partim metu, partim studio rerum nouarum ad eum inclinantibus, breui supra viginti hominum milia in vnum contraxit. Qua multitudine fretus, dum Consentiam obsidere parat, nihil inuiolatum relinquit, agros vastat, adificia incēdit, pro libidine atq, ira cūcta gerit. Hoc cognito Ferdinādus magnis itineribus eō cōtendit. Agrestes verō de aduētū regis certiores facti, dimissa statim obsidione, in montana se recipiunt, dilabente passim multitudine, magna tamen manu Castellione occupata, quod id oppidum in colle situm, naturaq, egregie munitum esset. Rex castris admotis quae ad oppugnandum necessaria videbantur proximis & locis comportatis, ac non semel oppugnatione incassum tentata, tandem eximia suorum virtute oppidum capit, captum diripit, atque incēdit. Hac tanquam belli arce amissa, cum spes nulla esset reliqua, qui ex agrestibus in rerum expectatione erant, diuersis itineribus domum regrediuntur. Tostus & ipse initio oppugnationis se cū paucis ex oppido surripuit. Dum haec a Ferdinando geruntur, Ioannes uti cum Tarentino, coniu-ratisq, conuenerat, classe ab Renato patre in Prouincia comparata, instructaq, rebus Genua compositis, idoneam

adoneam ad nauigandum tempestatem nactus cum duabus ac viginti rostratis nauibus, onerarijs quatuor è Liguria soluit, ac felici nauigatione vsus, paucis postquam soluerat diebus, prater litus Formianum delatus inter Liris ac Vulturni ostia, diebus aliquot in ancoris stetit, dum cum Marino Martiano quid primum agendum videretur statuit, Tarentinumq; de aduentu suo certiozem facit. Rebus igitur è communi sententia compositis, Falernū in litus descensione facta, Suesam à Marino deducitur: vbi magnificentissimo apparatu, letiq; adeo popularium animis acceptus est, vt nihil in eū honoris pratermissum videretur, quod aut maiorem ciuium letitiam, aut Marini vehementius declarare studium posset. Quæ res Ioannū animū magis magisq; auxit, atque accendit. Ea potissimum tempestate iudicari plane potuit, non fidem, non constantiam, nō gratitudinē popularium animis inesse vllam, pœnitere eos præsentis semper imperij, gaudere nouis rebus, futura in expectatione habere, leuitatem ducē esse atque autorem ad postrema quæq; flagitia. Rebellant cum Marino simul volentibus animis, communi consensu complures Campania, ac Samnitium populi. Non illos longa pacis ocium, quæ etiam eorum qui in militia educati sunt, relanguescere animos facit, non parte sub Alphōso plurima diuitia, quarum comes voluptas, desidiaq; esse consuevit: nō belli facies ipsa, quæ eo terribilior, magisq; formidolosa apparet, quā longior pax fuit: non denique agrorum securitas, ad quos relictis oppidis commigrarant, aut eorum desiderium quæ relinquenda erant, remorantur. Certatim vndique ad rebellandum cuxritur. Ipse vero Marinus ceterisq;

*iure necessitudinis, omnis diuina & humana rationis
 oblitus, spretis, inuitisq₃ patris manibus, qui Alphonsi
 partes acerrimè fouerat, paternum tectis hostem acci-
 pit, addit sceleris, nato tunc filio, religionem Compatra-
 tus, moxq₃ in illius, ac Renati patris nomen conceptis
 verbis solenibus sacris, ante aras, Deo teste, iurat, con-
 festimq₃ nullo indicto bello, hinc finitimos Capuæ a-
 gros, illinc Lyri traiecto, propinquam regionem popu-
 lationibus vastat. Abigitur omnis generis rerum pra-
 da, ingensq₃ captiuorum trahitur numerus. Caluium
 quoque oppidum, corruptis qui illud proderent, capit
 ac praesidio firmat, & quam maxime potest, metu ac
 formidine cuncta complet. Augebat terrorem regis ab-
 sentia, nullo propinquo exercitu, nullo duce, qui graui-
 bus ac repētinis malis iret obuiam. Quocirca nihil tu-
 tum, nihil securum Neapoli, aut finitimis in locis vi-
 deri, metu in maius cuncta tollente, deserui villa, relin-
 qui adificia, impuberes, senes, mulieres munita in loca
 passim trahi, fuga omnes sibi consulere, iumentis, pe-
 coribus, carris via oppidaq₃ impleri, videriq₃ omnia cir-
 cumsonare armis, atque equorum hinnitibus fremere,
 dum quotidiana, tum populorum, tum principū rebel-
 liones nunciantur, demum vanis etiam rumoribus op-
 pida vrbesq₃ complentur. Hanc tantam consternatio-
 nem auxit confirmauitq₃ classis, quæ Ioannis iussu an-
 te portum Neapolitanum aliquot diebus in ancoris ste-
 tit, præ se ferens spem rerum in vrbe nouandarū. Quod
 sentiens Isabella regina singularis animi matrona, vr-
 bem diurnis ac nocturnis praesidijs firmat, fortibus ac
 fidelibus viris quid agendum, quid cauēdū esset præscri-
 bit, hostem à continenti equitibus per oram maritimā
 pluribus*

pluribus in locis dispositis arcet, portum erectis aggeribus ac muris, eductisq³ ex arce ferreis aneisq³ tormentis munit: nihil hosti ad offendendum terra mariue aut opportunum relinquit, aut ciuibus, quod idoneū ad propugnandum esset, neglectū permittit. Ipsa Neapolitanos nunc plureis, nunc singulos coram benigne appellat, forteis confirmat, timidos erigit, aliū alia ratione cohortatur. Quin etiam Campanos, ceterosq³, qui in fide perstabant, literis ac nuncijs bonum habere animum iubet, regem propediem cum exercitu affuturum affirmat: demum pro re ac tempore necessaria parat, ac pluribus simul prospicit. Incenso Castellione, omniq³ circum regione pacata, rex Martoranum versus proficiscitur, eo consilio, vti ea peragrata, compressisq³ si qui noua parare in animo habebant, regionis ipsius res commodius, magisq³ ē sententia componeret. Hac igitur agitans literas ab Isabella accipit, quibus certior sit Ioannem cum classe ad litus Sinuesanū applicasse. Quo nuncio accepto, permotus rex, hinc atque illinc ingētib³ angebatur curis. Nam & Brutios, Lucaniamq³ inquietam relinquere periculosissimum iudicabat, in qua paulo post iisdem autoribus ingentius repullulaturum intelligebat bellum, et rebus Campanis nō occurrere longē perniciosius videbatur. Hac itaque diutius agitati animo, & quod porissimū sequeret³ur consiliū deliberanti placuit. Centilia tandē capto, autorem rerum nouarum ratione hac ē medio tollere, hominē infidum, leui ingenio, insigni audacia, serendasq³ ad seditiones natum. Venientem itaque ad se non tam beneuolo animo, quā ficto consilio, quippe qui Ioannis aduentus ignarus verebatur ni ad regem

venisset, ne statim bellum in se omne traheret, rex cō-
prehendi eum iubet, atq; è uestigio Catantianam pe-
tens, scalis admotis oppidum aggreditur. Oppidani ut
qui diuturniorem passuri obsidionem non essent, uix
una, aut altera impressione sustentata, multis vulne-
ratis, ac mortuo balistali sagitta Tosto, deditionem fa-
ciunt. Rex oppido recuperato, cuius magna opportuni-
tas erat, rebuq; quantum tempus patiebatur, constitu-
tis, cum iam de Marini rebellione nuncios accepisset,
magnis diurnis, nocturnisq; itineribus Neapolim con-
tendit, atq; ad adem Antonij, Capuana in uia, senatu
habito, cum de summa belli agitatum esset, de commu-
ni tandem sententia confestim ad Calvium oppugnan-
dum, exercitum rapit, magnosq; machinarum, ac tor-
mentorum apparatu instructus, euocatis etiam è fini-
timis oppidis, quæ in officio perstabant, ueteranis mili-
tibus, castra ad ipsas propè fossas admouet. Ipsum oppi-
dum in plano situm, ac præterquam ab ea tātum par-
te, qua meridiem prospicit, qui tractus haudquaquam
multus est exesis imminet rupibus, quas inter alterasq;
longe etiam asperiores media percurrit vallis: per quā
riuulus fertur, cuius aquis belli tempore ciues tutissi-
mè utantur. Sunt qui Cales fuisse peruetus ac frequen-
tissimum oppidum credant, siquidem antiquæ vrbi
vestigia, mœniumq; fundamenta multis in locis visun-
tur. Rex ad meridiem castris positus, tormentisq; ad-
motis, muros quæ porta committebantur, quati asti-
dūc iubet: & quāquam magna ruina edita, omnia ta-
men indies asperiora erant. Nam & anni tempus pes-
simum erat, & cum cingi vndique oppidum nequiret,
ut quaque ad defendendum necessaria erant, per val-
lem

lem, noctu praesertim, facile importabatur ab Theano: quod oppidum non amplius quatuor millibus passuum abest. Breuiq; tanta sclopetariorum immissa vis est, ut passim totis castris milites veluti pecora trucidaretur, qui glandibus, pilisq; expositi, non vallo, non aggere, non vlllo munimenti genere protegebantur. Ipsorumq; castrorum facies ob multitudinem cadentium maxime fœda ac miserabilis erat. Praerat oppido Sancius Garilius, cum lectissimo milite, vir impiger, ac bellicis in rebus multos annos exercitatus. Verum Gallus Germanusq; sclopetarius maxime nocuus ac formidolosus erat: regem autem uti eo acrius instaret, multa impellebant: loci opportunitas, pudor deserendi incœpti, Căpanorum importuna postulata: quodq; ut hostibus ingens audacia, si irrita conatu discederet, accessura esset: sic suis infelix auspiciū reparatibus longe maximus terror, atque animorum cōsternatio inde futura, quod fuga similior discessus videretur. His rege curis anxio forte accidit, ut Camillus Caracciolus impiger iuuenis, regi q; ob virtutem maxime carus, cum munitionibus praesset, patefacta ab bombardis aliquantulum per muros via, occasionem pugna adesse ratus, cohortatusq; paucis milites, uti pristina virtutis memores essent, ingentibus etiam donis propositis, signum pugnae dari iusserit. Itaque certatum est pro muris, atque in ipsa ruina atrocibus animis, dum neutri cedere loco volunt. Tandem sclopetorum, colabrinarumq; fœda strage superati regij, alij cedunt, alij precipites dantur. Camillus dum inter primos versatur, pila colubrinaria per cerebrum adacta cadit: cuius casu prostrati ceteri obvocationem deserunt, multisque

acceptis vulneribus, cis fossas agrè se recipiunt. Regem nihilominus in proposito persistentem ingentes, coplurimūq; dicrū hymbres deterruere, quod exploratum quoq; habebat Antonium Caldorā aduētare: qui iunctis cū Marino ac Ioāne copijs, obseſſis ſubſidiū ferrent: tum etiam non equos, non milites integros ſibi eſſe intelligeret. Quibus ipſe victus neceſſitatibus, relicta obſidione, Capuam cum exercitu petiit: diſtributisq; per hyberna militibus, Neapolim conceſſit. Fama interim Ioannis per regnum diuagata, multos qui antea dubijs erant animis ad rebellandum inuitat: veniſſe virum florentem annis, regijs moribus, è veteri Neapolitano- rum regum proſapia, quorū merita paſſim à natu maioribus referebantur. Contra alij Hiſpana gentis impotentis animos, inſatiabilem auaritiā, crudelem dominationem cum damnarent, veniſſe tandem, erāt qui ſubjcerent, veniſſe iam qui ab insolentiſſimo Cate- lanorum dominatu tot annis oppreſſos populos, ſpo- liatas prouincias, diſſipatum regnum, à vi iniuriāq; liberaret, cuius integritas, reſtitutio, ſanctitas diis æ- quaretur immortalibus. Hæc igitur, taliaq; palam ia- ctabantur, paſſimq; inibātur in ciuitatibus à rebellio- num autoribus conſilia. Apulia maxime in aduentus eius expectatione erat. Ciuitatū principes nihil prius, aut potius curabant, quā vt aduenientem apertis ac- ciperent portis. Augebant Ioānis nomen auctoritatēq; Ioannes Paulus Cantelmus dux Soranus, Nicolaus Mō- fortius comes Campibaffanus, nobilesq; item multi, & in ijs Ioannes Sanſframundius comes Cerretanus, qui ad Ioannem ſtatim ad primum aduentus eius nuncium defecerant, & Caldorarum familia, cuius dominatus

quod

quoddam in Pelignis; Marrucinis Ferentanisq³ potēs, pol-
lensq³, & clarus esset, rebellionis suae fama ingentem
Ioanni expectationem conciliauerant. Quocirca ini-
to consilio placuit uti Ioannes in Apuliam proficiscere-
tur, qui à Theano mouens, tentata ex itinere Isērnia;
quam ad deditiōnem coacturū se sperabat, ubi in Apu-
liam Nicolao duce peruenit; omnia ad se inclinantia
cōperijt: Luceria portas aperit, prodita ab Loisio Minu-
tulo vrbis eius arce. Cuius exemplum breui sequitur
Sancti Seuerij oppidum, Troia, Fogia, Manfredonia:
taptis etiam Ferdinandi praesidijs; arx Manfredoniae
praefecti ignauia etiam dedita; quaeq³ oppida in Gar-
gano ad mare, siue in montanis sita pleraque ad Ioan-
nem deficiunt. Hercules quoque Estensis; quē rex Apu-
lia rebus praefecerat, suadente Borsio duce Ferrariensi
eius fratre, qui Gallorum rebus clam fauebat, Ioannis
partes sequitur. Idem faciunt Ioannes Caracciolus dux
Melfitanus, & Iacobus frater eius comes Auellinensis:
ad hac Georgius Allamanus comes Pulcinensis, Carolus
Sangrius, Marinus Caracciolus, qui multa, & quidē
opportuna tenebant oppida in Apulia, Lucanis, Hirpi-
nis, Samnio. Rebellat in Marsis, Sabinisq³ Aquilā, Pe-
tro Lallo Campanisco autore & Frāsciscus Marerij co-
mes: in Ferentanis Iacobutius Montaganus. Ad Taren-
tinum quoq³ in Apulia; Daunisq³ deficiunt Labellum;
Quarata, Melficta, Bitontum. E Neapoli, compluri-
busq³ ciuitatibus, quae adhuc in officio manebant nobi-
les permulti aut cupiditate rerum nouarum, aut quod
ipsorum maiores gallicam factionem fouerant, ad Io-
annem transfugiunt. In his Bosillus Iudex, qui Beneue-
tūm, ac Montisfufculum, quibus praerat, prodere Ioāni

festinās, detecta proditione, irritos conatus habuerat. Hoc malum contagio quasi quædam principum ac populorum animos eo magis infecerat, quod Ioannes Tarentinusq₃ iunctis simul viribus, consilijsq₃ Bari communicatis palam iactitabat, appetete Vre se in Campaniam ex Apulia, in qua hyemabant profecturos, copiasq₃ Neapoli admoturos, inuitatos rebellionem Danielis Vrsini comitis Sarnensis, Iordani comitis Atripaladini, & Felicis principis Salernitani. Hi nō vna è matre fratres erant, ac Ramundi, Ioannisantonij fratris filij, quos ille Ramundo mortuo, multa pollicendo, adulescentes faciliè in sententiam suam traxerat. Quibus consilijs Ferdinandus obuiam ire parans, Mariam ex concubina filiam Felici desponderat, ac multis promissis & illum, & fratres onerauerat. Quin etiam relictæ Campania in Samnites cum exercitu profectus, apud Montifusculum confederat, quo è loco & consilia hostium explorare commodius poterat, & celerius occurrere, quocunq₃ hostis iter intenderet. Interim Auellinensis comitis agros assiduis populationibus infestat. Prata quoque munitissimum castellum expugnare conatus, re infecta multis suorum amissis, certior factus Pij pontificis maximi auxilia iam aduolare, ne a Marino Martiano aditus interciperetur, ad saltum Merulanensem, qui est in agro Casinate, maturare decreuit. Quo tamen iter hosti esset formidolosius, in agrum Campibassanū, locaq₃ finitima defleuit: multisq₃ castellis expugnatis, aliquot etiā insens, agros, villasq₃ populatus cum ingenti præda in Venafranum, atq₃ inde Sidicinum in agrum peruenit: positrisq₃ prope Caluium castris, quod antequam in Samnites proficisceretur,

noctu

noctu scalis admotis, arce occupata, caesisq, vigilibus, perfidio etiam capto receperat, pontificis copias expectabat, quas ex Hetruria mouisse perlatum erat, Stelateis interim, Sidicinosq, agros vastaturus. At Marinus, qui non iuuenili leuitate, magis quam execrabilis in Ferdinandum odio descuiisset, hostemq, ab Liguriis accitum, classeq, profectum finibus, ac tectis accepisset suis, quo pacto regem è medio tolleret, animo aestuante agitabat, hominum ac deorum immemor. Hoc dies nocteisq, versanti secum, tandem per speciem colloquij adoriri illū placuit. Quocirca Gregorium Coreliā multos sibi ante annos cognitū, intimūq, regis familiarem à se accersitum mitti clam ab rege postulat, acturus cum illo de r. conciliatione, rebusq, communibus. Quem ad se profectum blandè appellans, ac facti penitentiam simulans, rogat, vti compositis opera eius simulatibus, in regis gratiam pristinumq, beneuolentiae locum restituatur. Vetera in se Alphonsi beneficia commemorat, pueritiam cum Ferdinando actam, tot liberos è sorore susceptos, iura diuina & humana refert, Gallorum insolentiam detestatur, Ioannem incusat, nec se passurum affirmat liberos suos, duorum regum sanguinem, homini barbaro, Gallicamq, insolentiam in tenui etiam re pra se ferenti scruturos. Cum his mandatis plenus spei Gregorius ad Ferdinandum reuertitur. Re in senatu agitata, exquisitisq, sententijs, cum regis responso ad Marinum Gregorius redit. Quo saepius vltro citroq, misso, dies tandem colloquio dictus est, quo dirimi omnem posse cōtrouersiam satis magna spes offerebatur. Abest Theano circiter mille ac sexcentos passus, secundam viam militarem, vetus facellum

à cuius fronte, quàm meridiem spectat, campus patet penè nudus arboribus. hic ad colloquium delectus est locus. Ferdinandus explorato itinere, ac praesidijs dispositis, prior ad Turricellam (id loco nomen est) venit, ac partitus copias, peditatuq³ viarum angustias, & loca superiora occupans, ne quid à tergo parùm tutum relinqueret, equites in plano pluribus locis distribuit, ac praesidijs firmat hinc ad locum pedetentim progreditur, Gregorium ac Ioannem Vigintimilium comites secum ducens, non tam consilio, quàm necessitate adductus. Nam cum Gregorium Marinus dirimenda controuersia medium adesse vellet, rex Ioannem propter rerum gestarum famam, prudentiaq³ opinionem, alterum deligere coactus est, quando duobus cum non amplius comitibus in colloquium vtrunque veniendum conuenerat. Et Ioannes quidem propter aetatem pugna parum idoneus, Gregorius verò imbecillo corpore ac dextro brachio penè inutilis erat: quod Marinus futurum prospexerat. Postquam igitur ventum ad locum est, Ioannes ac Gregorius vnà cum Deiphobo Anguillaria, & Iacobutio Mōtagano delectis à Marino comitibus, quibus cum consilia communicasset, quiq³ facinoris essent conscij, ad viam haud procul à sacello remansere. Illi in campum vterq³ armatus, vterq³ equo insidens circiter nonaginta passus ab via soli, communibus de rebus disceptaturi procefferant. Rex aliquanto editiorem in campo locum cum cepisset, vnde circum omnia lustrari oculis latè poterat, à Marino est monitus, humiliorē in locum equum vt dmitteret, ne à Gallis, qui Theani arcem tenebāt, despectari possent. Quod dictū regis animum vehementer pupugit, suspicari insidi as paratas.

paratas, seq̃ fraude peti. Quam suspicionem Marini oratio mirum in modum confirmabat, cum ita esset exorsus, vti omnem semper in regem ab se culpam rejiceret, nullam verò ipse regis excusationem, aut causam acciperet. His altercantibus, cum aliquantum temporis extractum esset, Deiphobus (sic enim conuenerat) ad Ioannem Gregoriumq̃ conuersus, vultu quàm maximè composito, quādo, inquit, Marinus, quod felix ac faustum sit, res ex animi sententia cum rege suas composuit, an ipse quoque meas compositurus, regem supplex adire vltra morabor? adactōq̃ statim equo, solus in regem ferebatur. Venientem conspiciatus rex animaduertit quo propior fiebat magis magisq̃ se versus ad dexteram declinare, apparebatq̃ hostili eū ingressu ferri. Et iam eò progressus erat, vt rex quē strictum ille quoad poterat pugionem occultabat, conspiceret: quo conspecto, cum Deiphobus tātum non in regis equi habenas illatus esset, Ferdinandus confestim stricto ense, atque animo quàm confirmatissimo in illum primum, mox in Marinum equum concitat, ac nunc hūc, nunc illum, nunc vtrunq̃ simul cominūs petens, ambos in fugam vertit: cum interim Iacobutius Ioannem, Gregoriumq̃ armatus ipse pugna inutileis facile continet. Quod equites conspicati, qui in speculis dispositi erāt, sublati clamoribus præstò fuere. Illi ad suos quāmaximè citatis equis delati, re infecta non tam tristes abeunt quàm regis fortitudinem admirati suspiciunt. Ferdinandus incolumis à suis exceptus, ingentis animi plenus in castra reuertitur. Illud deorum potius, quàm hominū consilio factum videtur, ne rogantis regis, cum primum in via obuiam facti sunt, vti galea

fibulam Deiphobus ei substringeret, gladio iugulum aperuerit. Postero die rex, aliquotq₃ insequentibus diebus productis copijs, populabūdus in agrum Sidicinum proficiscitur, coactaq₃ ē propinquis oppidis satis magna agrestium manu, quacunque it ferro cuncta vastat. Inde in Stellate progressus, ad Balneas vsq₃ Sinuessanas, quaecunque in agris erant corrumpit: parcutitur tamen adificijs, igniq₃ temperatum est: eripi enim hosti victū, non exuri adificia, quæ longa parauisset pax, volebat. Fortē accidit, ut cum præteruectus equo locum rex esset, ubi cum Marino congressus fuerat, pugionem humi repertum eques ad eum ferret, qui Deiphobo inter cōgrediendum exciderat: erat autem veneno intinctus, rabidisq₃ medicamentis delibutus: quo quamuis leuiter ictus cū esset catulus, statim veneno exedente concidit. Hæc res magnam in primis Marino inuidiā conflauit: videri enim supra hominum improbitatem facinus indignū & atrox regem, cuius nomen apud mortales sanctum esset, fraude ac veneno ab illo circumuentum. Non fidem apud eum, non necessitudinem, non quod in regis nomen volens, libensq₃ iurasset, nō deū metum locum habuisse vllum, spretam, contemptam, pessum eodem facto datam famam, pietatem, gratitudinem, religionem nihil illū in Deo, nihil in hominibus credere aduersum scelera esse repositum. Hæc grauioraq₃ aduersus Marinum ab amicis, inimicisq₃ equē iactabantur. Populanti agros Ferdinando significatur, eodem penē tempore Ioannem Tarentinumq₃ iunctis simul exercitibus, magnis itineribus per Samnium aduentare, Pelusiāq₃ incensa, & Alphonsō Lagonissa cum vniuersis Caudinorum oppidis in societatem ascito, re-

cto iti-

Et itinerem Neapolim contendere. Parte verò alia Simonetum cum pontificis copijs in Casinatem peruenisse, petereq; illum ab rege, vti sui etiam copijs adiutus ad saltum Menanensem auxilio afforet. Martianum enim promissam militum parte, reliquo cum exercitu, ni maretur, statim affuturū. Ad hæc missis qui iter explorarent equitibus, leui certamine inito Ioannem Maleuoltam, vnum è Pij præfectis captum, reliquos formidare, se non ijs viribus esse vt sine regis ipsius auxilio, Marino prohibente, angustias incolumi exercitu persufurum confidat. Cui rei Ferdinandus præuertendum ratus, ijs enim copijs additis, hosti se numero ac viribus superiorē fore intelligebat, nocte intempesta profectus, cum de profectione certiore fecisset Simonetum, & ille in tempore adesset, sine vlllo certamine, saltu penetrato, statim coniunctis exercitijs, quo Tarentino, Ioanniq; occurreret, citatissimis equis Sueffulam petebat. Quod hostes exploratum cum haberent, Acerris dextra relictis, Nolam diuertere. Aduenientibus Felix & Daniel cum Iordano fratre præstò fuere, qui dicerent, se cū oppidis, popularibusq; imperata facturos. Igitur hostes impares se cū iudicarent, neque retrò iter vertere sine manifesta perniciē, neque aquis in campis expectare tuto possent, intra Sarnensis fauces (sic enim vocantur) sese includere. Sarnum in adeo montis latere positum arcem in summo habet dorso quamunitissimam. Sub ipsum autem montem suburbium iacet, in longum porrectum, habitatoribus frequens. Ac ipso suburbio in via Nolana occasum versus circiter mille & sexcentos passus, sub inflexi radicem mōtis fontes scatent, qui statim minimè vadosum

fluvium, qui & ipse Sarnus dicitur, constituunt, quæ in loco porta est turri subiecta. Eum autem locum Fauces incola vocat. Ab altera etiam suburbij parte ad Solis exortum, qua Salernum versus est iter, fontes alij manant, qui cæteris immisti fontibus, toto passim suburbio scatentibus, alterum & ipsum nequaquam vadosum flumen efficiunt. Hi amnes, Solis alter ab occasu, ab exortu alter sese petentes ex obliquo, in meridiem mare versus prolapsi, per culta circiter duobus millibus passuum ab ipsis fontibus, cuncto simul alueo confluent in mare, quod à confluyente quidem ipso circiter sex millibus passuum abest. Quod medium interiectum est agri fluminibus insula penè in modum cingitur, à septentrione perpetuis, ac minimè peruijs montibus clausum. Ager ipse vitibus atq; oleis confitus, pabulo quoq; abundat plurimo. Itaque in hanc tanquam insulam cum se hostis recepisset, fluminibus ac montibus perinde ac munitionibus se tuebatur. Ferdinandus sub confluentem in sylva, cui Longula nomen est, castris positus, quo arctius hostem premeret, structo ponte, à frumentatione, quod maturæ iam erant segetes, atque à pabulatione, hinc atq; illinc arcere hostem statuit: idq; eo erat facilius, quod castellum Santi Martiani valde confluenti proximum regi parebat. Igitur strato ponte, assiduus discursionibus hostem adeò vexabat, ut is obsessio per similis videretur. Quocirca fremere eques, timere duces, ipse Tarentinus sibi diffidere, & iam de nocturna fuga cogitare: esse etiam qui se regi per amicos conciliare clauderent, alij qui transfugere pararent, cuncta demum plena esse terroris, atque formidinis. Per eosdem dies hostium classis præfectus non exigua predatum manu

Surren=

Surrentino in littore exposita, agros vicosq; populari parabat: satis magna cū spe, sollicitati ciuium animis, ob vetus Andegauensis factionis studium, vrbs etiam potiunda. Quod rex intelligens, Antonium Olcinam cum lectissimo peditatu, qui agrum villasq; tueretur, pramiserat: praesidio etiā vrbi addito, hostis primò impunè rapere, ac passim ferri, mox ab signis dilabi cœpit. Quod Antonius animaduertens, nactusq; idoneam occasionem, hostem palabundum ex improviso adortur: qui locorum ignarus, atque iniquè congressus, cum diutius sustinere impetum non posset, insignem cladem accepit. Itaque alijs casis, alijs captis, qui reliqui erāt, dum fuga sibi consulunt, rati iter ad mare peruium, hinc Antonio, illinc Surrentino premēte, per rupes maximè editas deturbantur. In ipsis etiam triremibus, dum funes legunt, ac pontes, dum reliquos à clade accipiunt, trepidatum est. Telorum armorumq; omnis generis magna vis Surrentum perlata. His rebus adductus Felix, missis qui veniam impetrarent ad regē supplex in castra profectus est, Parma arce (quod castellū Sarnensibus à faucibus non ita multū abest) regi prius tradita, praesidioq; illic imposito: Rex eo acrius instare, ne annona cōportari Sarnum posset summis viribus conari, arcere hostē à populationibus, prohibere frumentationes dies nocteisq; id agere, quo nihil hosti tutum, nihil quietum relinqueret. Fortè accidit, leui vt certamine inito Petrus Hubaldinus eques regius ab hoste caperetur. Is (vti moris nunc est) exutus armis, atque adēpto equo, ad regem remissus, retulit satis se exploratum habere, occupato clām mōte à peditatu, deinde per effractam, quæ ad Fauces esset, portam immisso

equite, diripi qui hostibus ad suburbij consedisent caput haud magno conatu posse. Quo hosti inflicto vulnere fore uti castris intra Fauces translatis, hostem fame confectum paucis diebus ad se dedendum rex compelleret. Quo audito, conuocatis ducibus cum singulorum ipse sententias exquireret, Simonetum huiusmodi orationem habuisse accepimus. Qui dominari in bello fortunam dicunt, Ferdinande rex, non temere illi quidem mihi & sentire videntur, & dicere. Non quod belli administrationem, victoriaq; euentum in manu fortuna collocatum existimē, sed quod in conferendis praeipue manibus propter ea quae repente accidunt, nunquam satis prospici ab imperatoribus aut consulendo queat, aut ubi consilium captum est, strenue rem, gnauiterq; gerendo. Quo enim consilio aut qua nam prospicientia equorum confossiones, militum transfugia, falsi rumores, male accepta imperia, cæli tempestates, locorum iniquitates in itinere faciundo, equitum, centurionum, tribunorum, aut imperatoris ipsius casus in conferendo praelio, aliaq; huiusmodi prope innumerabilia, aut prouideri ne accidunt, aut postquam accidere, ne damno sint, satis utique perspicere poterit? cum nullum persæpe ad prospiciendum spacium propter temporis exiguitatem, nulla opportunitas ob rerum difficultatem imperatori relinquatur, nec idem ipse & hic, & illic vno in tempore adesse, nec plura simul aut imperare alijs, aut administrare ipse valeat. Equidem ego ita se habere rem non magis magistro ab aliquo in scholis, quam ipso ab usu, qui humanarum actionum optimus ac sapientissimus magister est, doctus affirmare audeo: quippe qui iam sexagenarius quam militiam

ado-

ORATIO

Simonetum

ad Regem

*adolefcens fequi cœpi, eam adhuc fequor. Quo interim
 tempore animaduertifum à me eft, non femel etiam le-
 uiffimū cafum ex victo victorem, ex victore victū exer-
 citum reddidiffe. Tot igitur annorū vfus, & hæc, quam
 videtis, ætas abundè me monere debent, ne quid teme-
 rè incipiendum, nequid inconfulto audendū confulam.
 Velle autem tētare fortunam, eius effe arbitror, cuius
 res anguftæ cum fint, fpes etiam longe anguftior indies
 futura videatur. Quod ego confulium Ioanni, Tarenti-
 noq̃, quorum res deteriores indies futuras arbitror,
 fequedum potius iudicem. Nobis dies ipfa mēliora atq̃
 fecundiora cuncta promittit, dum tanquam feptis ho-
 ſtem clauſum, ac circumſeſſum habemus. Nobis ſtan-
 do, ne dicam cunctando augetur autoritas, duplican-
 tur vires: & tantum non captum hoſtem fama ipſa,
 qua bella maximè cōſtant, per regnū, atq̃ Italiam di-
 uulgabit: illis contra omnia cum ſuis noſtrisq̃ cōtem-
 ptui aequè ſint. Stando Felicem, id eſt, Salernum No-
 lamq̃ vtrunque nobilem, vtrunque maximè opportu-
 nam vrbe recuperauimus: ſtando hoſtem paulò antè
 ad obſidendam Neapolim feſtinātem, de fuga vt cogi-
 tet, ſitq̃ de propria etiā ſalute ſolicitus (quod videtis)
 iam cōegimus. Cum interim claſſis, qua oram hāc ma-
 ritimam metu ſui conceuſſerat, ludibrio haberi cœpit,
 ſtantibusq̃ hīc nobis penc. auditi fuerint claſſiariorū
 militum clamores atque eiulatus, aut iugulum Sur-
 rentinis præbentium, aut præruptiſſimis è rupibus in
 mare ſe præcipitantium, quo inſequentium gladios fu-
 gerent. Nobis Neapolis & oppida vrbesq̃ vicina anno-
 nam, equos, arma, recentem peditem, recentē equitem
 ſubminiſtrant: quarum rerum illis non modò nulla eſt*

NB
 commoditas, aut copia, sed haud sciam an eorum desiderium relictum sit vllum, cum Apuliam Peucetiosq³ ac Salentinos, tot montes ac valles, tot nostra oppida ab illis distrabant. Demū à pugna continēdo, pugnantium finem, id est, victoriam, absque vllō nostro periculo consequemur. Cum illis verò satis bene actum fuerit, si (quod vnum cogitare ac meditari possunt) nocturna fuga cōcessa fuerit per loca difficilia, praecepta, aspera, magnaq³ ex parte nobis parentia. Quaquam etiā fortissimis, peritissimisq³ ab imperatoribus usurpatum esse scio, fugienti hosti potē quoque vel ex argento constituendum esse. Quamobrem cum dimicandi nulla immineat nobis necessitas, censeo à praelio cōtinendum, nec praebendam hosti bene gerendae rei occasionem. Et quoniam quanto arctius sese pressum senserit, tanto est amplius de fuga cogitaturus, etiam censeo, vti occupato monte, qui Faucibus imminet, castra sub ipsum montem, ad caput fluminis cis ripam transferatur: quo pabuli, atque annonae difficultate coactus hostis (quod vnum reliquum est) nocturna fuga consilium ineat. Rex probata Simoneti sententia, statutoq³ ad peragendum negotium tempore, peditatum quanto potest maiore comparat, veteranos euocat, novos etiā equites scribit: quid hostis paret, quid cōsulat, per trās-fugas, captiuosq³ explorat: qui montem lustrent, aditus vestigent, semitas inquirant, fidelibus & strenuis viris negociū dat. Satis etiam cōstat Ferdinando clam significatum esse, Pium Pontificem mutata sententia decreuisse medium sese belli eius gerere, clanculumq³ Simoneto iniunxisse, vti paucos post dies in Samnites Beneuentumq³, quae Pontificis ipsius vrbs esset, exerci-
tum

tum traduceret: atq; eo cognito regem decreuisse fortuna res è vestigio committere, fore ratum, superior si euaderet vti victoria ipsa in partes eius Pontificem retraheret: sin secus cessisset, vti cùm iram in illum provocaret hostium, tum illum ipsum ad vindicandi cupiditatem, quod postea secutũ est. Quocirca qua faciendo pralio necessaria essent, summa ea cum celeritate comparari iussisse. Illud verò à Simoneto impetratum, disferret abitum è castris, quoad suos rex per oratores tentasset, posset ne Pontificem ab eo proposito dimovere. Itaque vbi parata esse omnia suaq; consilia latere hostem rex sensit, tribuni, ducibusq; conuocatis imperat, vti quàmmaximo silentio de secunda vigilia cum exercitu instructo paratoq; ad signa adsint: quid ipse paret, quid fieri à quoq; velit, singulos edocet, huiusmodi etiam oratione cohortatus. In omni re bellica, fortissimi viri (quod vsus ipse docuit) plurimũ occasio valet, quam optimus quisque imperator summo studio ac celeritate complecti debeat: quippe cuius ea natura sit, vt ardua in planum facile vertat. Eam igitur nos capere, ac sequi maximè vtile, atque in primis cautum consilium reor. Sed in omni occasione capienda, incæptisq; prosequendis duo potissimum seruanda sunt: alterũ quod factu opus est, maturè id vt fiat. Quid enim occasione breuius, aut fugacius est? alterũ, vt suo quodque geratur ordine, quando in re præsertim militari nihil ordine ipso potius ac maius est. Nam confusio, ac trepidatio, præterquam quod periculosa, gerendis quidem rebus maximè etiam contraria est. Neque enim aut vnum, aut alterum tantum pralium, quanquam consilio, ac ratione susceptum, infeliciter tamè cessisse

For di.
nandi
Oratio

inuenias magis ob imperia non eo quo tradita erant ordine seruata, quàm ob militum virtutem, atque aduersarum partium imperatoris industriam. Quocirca nequaquam à me cohortandi estus, vt in conferendis manibus fideliter ac fortiter rem geratis: quippe cum fidem, virtutemq₃ vestram in multis, magnisq₃ difficultatibus plane perspectam habeam: neque vti ductando exercitu iter maximè exploratum haberi studeatis: cum hostis ipse quamproximus sit: & quæ exploranda essent, cuncta sint à me diligentissimè explorata. Quid etiam mihi in animo sit, quid faciundum decreuerim, quæq₃ se nobis occasio offerat, iustà mecum tenetis. Verùm illud vnum, illud inquam vnū moneo, hortor, rogo, & pro iure etiam meo impero, vt quæ à me præscripta sunt, eorum memores, ad capiendam occasionem, quam propè tenemus in manibus, atq₃ (vt verius dicā) omnino iam tenemus, ordinem adiungatis. Ego ipse pro loco ac tempore adero. An fortasse verendum est, exercitatisimi viri, ne hostis cognito consilio nostro, instructus, paratusq₃, atq₃ in acie armatus offendatur? Satis compertum, satis exploratum & cognitum habeo præter paucos admodum, qui pro statione noctu excubant, ceteros omneis per oppidum dispersos sub tectis queng₃ flumine ac montibus fretos, somnos etiam ignauissimos ducere. Antequā somno expergiscuntur, armis instruuntur, equi frenantur, tribunumq₃ quisq₃ ac ducem suum pedes, eques conuenit, metu, ac repentina re attonitus, nos occupato monte, effractis portis adituq₃ reserato, voti compotes, locum castris ceperimus. Quo capto, nobis in acie stantibus, eò castra transferetur: quibus positis, reliquum est vti non horam quietam, non locum

vllum

ullum tutum hosti relinquamus. Neque multum tempus aberit, dū aut sese nobis dedat, aut necessitate compulsus, fuga sibi quāmaximè periculosa consulat. Hac oratione accepta tribuni, ducesq; ad imperata quisq; facienda properans: paulo pōst instructo cum exercitu, magno etiam silentio assunt: rex peditatum pramissis itineris ducibus montem circuire, ac superato iugo, sine vlla trepidatione inde descendere, interim equitem procedere paulatim, atque sub signis iubet. Vbi verò tempus visum est, quo pedes destinatum ad locum peruenisse iam poterat, dato signo, Robertum Vrsinum, lectis cū equitibus superare Fauces imperat. Ille egregè nauata opera, citato equite, in hostium stationem illatus, alios semisomnū caput, alios resistentis vulnerat, ac paulo pōst in fugam actos, suburbium versus acriter vrget. Roberto virgente gregarius miles, qui eum secutus erat, praeda intētus, nihilq; ad præscriptū gerēs, tabernacula diripere, equos a præsepibus dissoluere, seq; equosq; sarcinis onerare statim cōpit, ac tanquam sugato hoste, praeda onustus ad Fauces, atque in castra regredi. Rex id quod erat veritus, dari tempus hosti ad arma capiēda, aliquot turmas cum sumpsisset, ipse reliquo cum exercitu pro Faucibus expectare decreuit. Interea hostium duces fugientium ac pugnantium clamoribus exciti, re cognita, properè accurrunt, suos hortantur, ac pramissis, qui impetum sustineant, vt queng; fors obtulerat, acies instruunt, ac paulatim alios atq; alios equites summittunt. Robertus vbi sustinere impressiōnem nequit, cedere pedetentim cōpit. Vrgebat enim cum lectissimorum manu equitum Vrsus, atque acriter cōpta pugna summis vtrique viribus de loco pugna-

tur. Hinc Robertus, illinc Vrsus dum suos hortantur, dum fortiter rem gerunt, parū absuit quo minus vterque suo ab aduersario caperetur. His rem penè intra globum gerentibus, regijsq; in arcto propter locorum ignorantiam pugnantibus ab hostium ducibus leua sinistraq; hinc pedites, inde equites summittuntur. At rex cum intellexisset suos in arcto premi, maiore equitum in anum subsidio ire iubet. Hostium verò pedites in angustijs viarum implicitos inter se regiones conspicati, alij hastis eminens, aut sclopetis, alij cominus gladio suffossis, aut vulneratis equis, ipsos equites partim deiciunt, partim in fugam vertunt. Locorum peritia hostem maxime adiuuabat. Regius verò vix e via egredi, illic omnes cogi, alijsq; atq; alijs subsidium ferentibus in vnum simul cuncti coire. Quod aduersarius vbi vidit, ab dextra sinistraq; acrius illum premere, conari etiam à tergo inuadere, atque ab reliquo exercitu seiungere. Quod rex veritus, suos referre pedem paulatim iussit. Primis igitur, dum partim pedem referunt, partim etiam terga vertunt, fugam iam parantibus, postremis autem in acies stantibus, cum locus ipse explicandis ordinibus hauquaquam satis esset, hostium duces eo acrius virgere incipiunt. Illi à tergo, hi ab latere, plures singulos, liberi impeditos, recentes saucios circumstant. Hic verò ingens strages equorum atque hominum à sclopetarijs edita, qui ab rege propter stipendia non statim exoluta initio obsidionis ad Ioannem transfugerant. Inter alios, atque inter primos Simonetus cadit. Robertus vulnere in ore accepto, vix hostium elapsus e manibus ad regem, qui extra Fauces in loco paulò editiore instaurare pugnam parabat, se recipit.

recipit. Cateri magna è parte capti, rex ea exercitus parte exutus, cum nullum in pedite praesidiũ esset, quippe cuius nulla in toto praelio extitisset opera, cum neq; locum tenuerit, neq; imperium seruauerit, neque ubi tẽpus ferebat, pugna affuerit, summis tamẽ viribus an niti, quod vnũ erat reliquũ, ne hostes Faucibus prodirent. Quo circa prehensare fugientes, confirmare integros, hortari, rogare, locum tuerentur, superesse tot lectos equites, tot etiam recentes turmas, aduentare è castris subsidia, si viri esse velint, nõ hostium modo impetum repressuros, vcrumetiam si Faucibus egrediantur, magna etiam illos clade affecturos: ipse in hostem proficisci, ac nunc his, nunc illis se ostentare. Cum interim ex ijs, qui in praesidijs collocati erant, quiq; postremos tenebant ordines, multi signa, locumq; deferere; seq; fuga dare cœperũt. Quod hostium duces cum animaduernerent, tanto se impetu è Faucibus proripiunt; vt regy vix primo congressu sustetato in fugam se quã laxissimis habenis dederint. Hostes statim in castra profecti cum vacua ea defensoribus inuenissent, capta diripiunt, pauci trans pontem, Nuceriam, finitimaq; in loca se recipiunt, regem Neapolim versus fugiẽtem baud multi secuti: reliqui pene omnes aut in praelio, aut in fuga, aut in ipsiscastris, ad qua post praliũ refugerant, ignauiter capti. Magnus captiuorum omnis generis fuit numerus. Direptis castris ingens tum rerum aliarum, tum argenti atque auri praeda Sarnum perlata. Hanc cladem nõ vatum modo praedicta, & eorum qui rerum cœli periti sunt, verũ prodigia quoq; praecessere. Nam & veterum fatiloquorum carmina passim recitabatur, quibus regi clades obnunciabatur;

& Mathematicorum mina vulgò ferebantur. Pridie
 etiam quàm pugnatum est toto ferme die coruorum
 greges pratorium obuolitauere conclamantes, ac pro-
 ximis insidere arboribus. rex ipse pratorium egressus,
 equo repente cōcidit. Diuersis locis alibi sanguine, ali-
 bi oblitis cinere guttis pluissè nūciatum est, notatumq;
 folijs holerum eas guttas insedissee. Nostra tamen tem-
 pestate hac aut animaduertere, aut procurare religio-
 sum est. Die qua insecuta est, cū à Ioanne, Tarenti-
 noq; coacto senatu quid de captiuis statuendum, quò
 primum arma inferenda essent consutaretur: de ca-
 ptiuis vicit eorum sententia, qui censebant vti trire-
 mibus impositi, Massiliam deportarentur, nisi finito
 bello in Italiam non remittendi. De proseguendo verò
 bello due cum essent sententia, altera vti ad obsiden-
 dam Neapolim statim admoueretur exercitus, altera
 vti finitima prius oppida, quiq; in regis fide reguli per-
 sistebant, tētarentur: huius quidem Tarentinus, prio-
 ris verò Ioannes Coxa autor erat, cui plerique assen-
 tiebantur, eumq; ita locutum accepimus. Siquam no-
 bis perficiendi belli rationem hesternā ostendit victo-
 ria, eam ipsi sequi, atque oblatam à dijs immortalibus
 capere occasionem volumus. (dicam audacter fortissi-
 mi duces) die crastino, hostem Neapoli circumfessum,
 atque haud multo post cum ipsa etiam vrbe expugna-
 tum videbimus. Quantum igitur sedendo ac consultan-
 do temporis ipsi absumimus, tātum à belli fine per ne-
 gligentiam atq; ignauiam volētes absumus, qui si quo
 impetu in hostium castra irrupimus, ea alacritate su-
 sos, atque in fugam versos secuti essemus, eodem cursu,
 aut rege ipso in fuga capto, aut fugienti itinere inter-
 cluso,

Oratio.
 de p. r. q. d.
 bello

elaso, in magnā (mibi credite) occupanda ex improvisā
 Neapolis occasionem incidissemus, securā & penē ocio-
 sa ciuitate dum Sarni circumsessos nos, ac tantum non
 captos, in porticibus ac compitis inaniter gloriantur.
 Sed quod vel militum labore vel prada studio, aut læti-
 tia ipsa, quæ præludere hominū solita est cōsilia omis-
 sum est; aut peccatum id quamprimum vt corrigamus,
 nostrum quidem est: aut si corrigi min⁹ potest (quan-
 do quod factum oportuit frustra de eo faciendo consi-
 lium nunc initur) saltem quod reliquum est, quodq; in
 nostra adhuc manu positum, celeritate persequemur. Quā-
 obrem quoniam (quod in omni bello maximum vide-
 tur) profligatum in acie aduersarium de se, vallo, mu-
 risq; tutando cogitare iam cōegimus: quid reliqui su-
 perest, nisi vt mœnibus inclusum, obsidione cū quā
 artissima cingamus? Quo quidem circūsesso, quid
 opis, quid spei reliquum, quid animi esse potest ijs, qui
 eius partes hactenus sunt secuti? Itaque cum vna sit re-
 gni caput Neapolis, in quam Ferdinandus amisso exer-
 citu penē solus refugit, non tam (vt arbitror) aut mœ-
 nibus fretus aut ciuium beneuolentia, quā arce ipsa
 fidens, in quam non est dubitandum, quin vbi muris ca-
 stra admota senserit, confestim se includat metu ter-
 ritus, ac nobilitatis odium timens, cuius bona pars ad
 nos transierit: quānam causa est, quæ inquam est cau-
 sa, fortissimi duces, cur non crastino die, albescente cœ-
 lo, auulsis signis ad eam obsidendam exercitum ra-
 piamus? Nobis integræ sunt vires miles victor: &
 quod maximum est, fortuna ipsius fauor adest homi-
 numq; voluntates, eodem semper quod fortuna inclinā-
 tium. Contra, regi effœta vires, exhaustis Alpheni flui-

sauris, milite, qui ei fidelis esse poterat, & strenuo quoque capto, reliquis, quos fugata tutata est, inermibus: quosq; optādum sit, Neapolim se post fugam, clademq; recepisse, aliquem illic tumultū, ob famem inopiamq; excituros. Videlicet maritimū aliquod auxilium paratum est Ferdinādo? Atqui mare à nobis tenetur. An fortasse terrestreis alias copias, quas aduentare fama sit, subsidio venturas expectat? cum nec vlla quidē ipsa sint, & quicquid illinc trās Capuam, hinc cis Acerras, agrorum atque oppidorum est, nobis pareat, & armis circumclusa omnia teneātur à nostris. Reliqua est vna illi ciuium beneuolentiæ spes, qua firmissima obsidionem tandiu ciues tollerent, dum ex Hispania ab Ioanne patruo, aut à Pio, Frāciscoq; ex Italia mari terrāue imittatur exercitus, qui aut metu sui solui à nobis obsidionem, aut viribus congressus cogat. De spe quidem ciuium (vt dicam quod sentio) imperium Catelanorum quā omnes oderint, iuxta mecum tenetis, & res ipsa docet. In nobilitate verò quid certum habere, aut constitutum in ea Ferdināduz potest? cuius maior pars odio illum prosequentes, sponte ad nos transierint. Nā de auxilijs vestrum erit iudicium. Quid enim in Ioanne patruo, rege non modò paupere, verum etiam inopi repositum esse praesidiū potest? quæ ab hoc auxilia expectari? præter paucas admodum triremes, easq; captiuo instructas remige. Quòd verò ad Pium, & Franciscū attinet, etiam si maximè cupiant, quæ tamen auxilia aut tanta mitti ab eis possunt, vt vel percurrere tantum montium, ac fluuiorū valeant, nobis aditus omnes armis circumseptos tenētibus, Picininoq; cum validissimis copijs obsistente? aut tam præstò ea esse, vt non, quod

quod æstatis reliquū est, interim prolabatur, hyemsq;
 mox inhorrescat? quo tempore an dubitatis, Neapolim
 aut vi expugnatū iri à nobis, aut partium studijs spon-
 te imperium accepturam? Cum interea quæ in Brutijs,
 Marfjs, Pelignjs, Marrucinis reliqua in fide regis ma-
 nent oppida, audita exercitus eius strage, cognita Nea-
 polis obsidione, vltro mittēt qui sese nobis accepto im-
 perio dedant. Adhæc Neapolim obsidere quid est aliud,
 quàm Pium, Frāciscumq; ab incognito detertere atque
 abstrahere? reputantes frustra se de mittendis auxilijs
 cogitare, tam breui tempore, tanto terrarum spatio,
 omni itinere atque aditu intercepto. Contra verò hor-
 tari, atque incitare, vbi dari à nobis Ferdinando spa-
 tium senserint ad comparandam pecuniam, ad resti-
 tuendum exercitum, ad ipsa denique auxilia commo-
 dè, tutoq; expectanda. Ac tandem si qui sunt, qui ad-
 uersus Ferdinandum moliri aliquid parent, quos non
 paucos esse quotidiana nobilium docent transfugia,
 detertere eos, animumq; & vires aduersarijs adiun-
 gere. Quæ cum ita se habeant, an cunctamini, fortissi-
 mi duces, ad obsidendam Neapolim propere castra du-
 cere, quò fortuna, quò cæli fauor nos vocat? ac regni
 ipsius caput, coactis in vnum viribus petere? vt contu-
 sa, mox etiam excisa anguis ceruice, reliquum corpus
 truncum atque exanimum relinquamus. Quæ vbi Co-
 xa dixit, cum qui aderant, & ipse in primis belli dux
 Ioannes, pars vultu, verbis alijs probare viderētur: con-
 tra ea Tarentinus in hanc sententiam locutus dicitur.
 Neque importunè duces, neq; parum consideratè pau-
 lò antè Ioannes Coxa de obsidenda Neapoli, totaq; bel-
 li mole eò vertenda differuit: quippe quæ regni caput,

neque multis antè annis ab Alphonso capta victoriam illi, decusq³ pepererit, ac regnum vniuersum in pace officioq³ stabilierit. Verùm enim cum eo mihi de genere obsidionis parum omnino conuenit: quippe cū exercitum propere muris adinouendum censeat: ego verò longè aliam sequendam rationem statuam: & cur ita statuā, multa me simul mouet. Primum vrbs ipsa eo loci sita, vt præter non multum cāpi, quod ab ortu solis muris adiacet, cætera omnia libera ab obsidione, atque aperta relinquenda sint. Cum ab occasu, atque à septentrione tantum montium interiaceat ac vallium, à meridie verò mare patens, ac liberum, molesq³ adeò munita, atq³ ad propulsandum instructa, vt tràquillo mari longissimo ab continente tractu classem in ancoris stare necesse sit, futuram in summo discrimine, vbi etiā leuior spirare aut Auster cœperit, aut Boreas, quibus hic ipse sinus quammaximè est obnoxius. Mouet deinde populi frequentia, & Hispanus miles, quammaximè regi fidus, & quòd ea tum armorum est, tum equorum illic copia, vt breui nō exigua equitū manu comparata, restituere exercitum Ferdinandus queat. Adhuc tot arces tam egregiè munitas, quas qui ciuis aut peregrinus aspicit, rege præsertim præsentè atque incolūni, quamuis magnum atque robustum habeat animum, quāuis factionis nostræ studiosus, abijciat tamen illum, obtorpescetq³ formidine. Nam quòd ad nobilitatem attinet, nobiliumq³ ad nos trāsitionem vtinam, inquam, vtinam Neapoli potius manere consilium eis fuisset. Quid enim aliud tot nobilium ad nos transitione effecta est, quàm vt urbem Ferdinando liberam permisserint? nec securiorem illum modò, verum etiam

cautior-

cautiores reddiderint? Adhuc, tãto incepto quæ paucitas nostra sit, ipsi videtis, cum etiam ad oppugnandũ necessaria nobis desint omnia. Regi contra & ad repugnandum, & ad laceffendum vrbs ipsa, & arces, & multorum etiam annorum Alphonsi apparatus cuncta suppeditent. Scilicet sperandum id est, vti constitutis à nobis ante portas castris, in arcem sese Ferdinandus includat, quem non montes, nõ flumina deterruerint, quo minus infesto agmine, loco sibi maxime iniquo, intra Sarnum irruperit. An potius (quæ illius est virtus, & atas militaribus laboribus assueta) veredum etiam atque etiam est, nequid apud obsidentes tutum; aut in castris quietum cõtinuis eruptionibus patiatur? Tentare igitur obsidionem, quæ postea turpi er omitenda sit, an quæso erit aliud, quàm victoriam fortuitò nobis oblatam, turpi aliqua dedecore iactura? aut sedendo ad Neapolim, qui populi, principesq; in officio erga Ferdinandum reliqui permanent, hys vt oppida muniant, commeatus importent, militem conducant, aliq; præsidia sibi cõparent, tempus ociumq; permittere? Qam ob rem quæ tutissima quidem est obsidendi ratio, hanc ego censeo ineundam. Primumq; vti Robertum Sanseuerinium, cuius oppida nobis ante oculos sunt posita, ad deditionem polliceamus: finitimos deinde populos, quibus aut captis, aut deditis: Robertoq; in partibus nostras ascito, an dubitamus à Neapoli Cossentiam, ac Rhegium versus omnia in deditionem ac nomen nostrum concessura? Robertum enim Lucas Sanseuerinius cuius latè magnus in Lucanis, Brutijsq; dominatus est, minoresq; alij proceres, libera item ciuitates sequetur: vt diebus quam paucissimis, prater Auerfam

Capuam, Acerras, Neapolim nihil in tanto terrarum spatio, quod inter Lyrin amnē, urbemq₃ Rhegiū, atq₃ Crotonem interiacet, Ferdinādo relinquamus: ac Pio, Franciscoq₃ animum, cogitationem denique omnem mittendorum auxiliorum adimamus: dum regem perinde ac truncum, sine membris, sine nervis destitutum atque emutilatum viderint: missis etiam ad eos oratoribus, qui vtrunque & nostro, & Renati nomine benigne appellent, ac largis etiam pollicitationibus impleant. Quae an sit tutissima obsidenda Neapolis via, omnes iam videtis. Nam tentare fortunam, vbi consilio locus est, quam sit temerarium, dies hesternus admonere nos potest. Regem certē ipsum ne fortunae posthac tam facile se committat, abunde iam docuit. Dicenti hac Tarentino senatus assensus est omnis: ea erat senis auctoritas, is rerum usus, quodq₃ belli esset autor, omnis spes, ratioq₃ vincendi in eo collocata videbatur, ut Coxæ sentetiam quamvis tacitis omnes comprobarent animis, nemo tamen ne ipse quidē belli dux Ioannes à Tarentino dissentire aut videri palam vellet, aut omnino auderet. Igitur motis à Sarno castris, petiere Stabias. Id oppidum, vti rerum Romanarum scriptoret prodidere, Syllae iussu solo equatum finitimos in vicus abierat. Postero dein tempore, quod eō propter loci opportunitatem, portusq₃ manufacti, multa mari cōportarentur, tuguria in littore constitui cœpta: procedentibus inde seculis, tanquam in vicum multi mortales confluxere, donec oppidi nomen ac formam accepit: arce etiam in edito posita, quam egregiē Alphonsus munierat, brachio ab ea ad mare deducto, ut cum vsus vocaret, per id immittere praesidiū in arcē posset. Praerat

arce

arci atque oppido Ioannes Galiardus, ex antiquis Alphonsi familiaribus, miti vir ingenio, & fide integra, caterum qui ut Hispanus uxori paulo nimium esset deditus. Ea erat Margarita Minutula, nobili loco nata, cuius frater Loisius aëre Lucerinam Ioāni in Apuliam profecto prodiderat. Siue igitur futurum sperarent, uti Margarita Galiardum ad deditionem impelleret, siue quod ea sponte deditionem fuisset pollicita, si castra eo admouerentur, Capaneo fratre instigante, hostes oppidum ingressi, nullo suburbium defendente: nam oppidani intra vallum, quod sub ipsam est arcem, confugerant, quater confestim crepidinem tormentis cæpere: nec multo post a Galiardo deditio fit. Iisdem diebus Vicani, Massensesq; ad Ioannem defecere. Surrenti quoque trepidarū est propter suspicionem familia Acciapactorum, qui Ioannis Renatiq; partes clam fovebāt. Praerat vrbi cum praesidio Antonius Carassa, cuius prudentia effectum est, uti Acciapactorum consilia parū prospero euentus habuerint. Interea duces ipsi nūc minis, nunc pollicitationibus Robertum Sanseuerinium ad deditionem sollicitabant. Qui viribus diffusus, quod omnem in se belli impetum versuros eos cerneret, facta deditione in castra hostium profectus, in Ioannis verba iuravit. Cuius exemplum Lucas quoque, quod & ipse iisdem diebus in Brutijs malè pugnauerat, secutus est. Etenim Antonius Centilia, quem rex in arce Neapolitana custodiendum curauerat, corruptis custodibus, noctu arcis postico, quod ad mare est, Marilianum se receperat: indeq; haud multo post in Brutios reuersus, bellum instaurauerat: quod captiuus dum esset, per Alphonsum, ac Iulianum fratres, & Ioannem Trauer-

sum eius praefectum administrabatur. Luca ac Roberti deditioe cognita, ceteri omnes Lucania ac Brutiorum principes, populiq; prater pauca admodum castella, Andegauenseis sunt partes secuti. Igitur hostium duces Roberto dedito, cum de occupandis Cauis consilium cepissent, parum absuit quin magnam ex improviso cladem acceperint. Ea ciuitas magis quam vrbs montanis in locis disposita vicatim habitat, multitudine tamen hominum frequens, ac situ naturali satis munita. Cauenses igitur relictis vicis, quos defendi vix posse arbitrarentur, in loca se munitiora contulerant vbi de obfisionis aut toleranda, aut propulsanda rationibus cum agerent, consilium iniere de inuadendis nocturno tempore hostium castris. Nam & Armatorum multitudine abundabant, & satis exploratum habebant, si res parum successisset, posse tuto se ad suos recipere: fauissetq; incepto fortuna, ni re pertransfugam cognita, castra repete ex eo loco mouisset hostis. Huic tot principum populorumq; tam repentina defectioni non magis clade ad Sarnum acceptam, quam inconstantem ac perleuem Felicis animum causam dedisse satis constat. Qui si quam debuit animi firmitatem retinuisset, prater praedam in castris inuentam, vix aliud eo proelio ab hoste partum, aut quasitum fuisset. Verum quum adolescens infirmo ingenio, nullo rerum usu, ad dictas consilij Francisci Infantis auunculi, hominis incompressi, ac sacerdotis parum continentis, ad deditioem modo urbium, atq; oppidorum statim fecit, sed supplex ipse ad Ioannem-antonium in castra profectus est. Ex ea deditioe cum Nola, Salernumq; maxime opportuna vrbes hostium accurrerent viribus, coactus est Robertus desperatis pen-
ne re

nè rebus suis cōsulere. Cuius exemplum Lucania, Bruttijq₃ fere vniuersi secuti cum essent, periculosum regi vulnus inflixere: additis etiam defectionibus Loisy Iesualdi, qui in Hirpinis cum aliquot opportunis oppidis, rerum ad Sarnum gestarum nūcio accepto descenderat: adhuc & Matthæi Extendardi. Quo effectum est, vti hostibus Argentio, Harpadioq₃ potitis, in Samnites, Apuliamq₃ aditus regi omnes intercluderentur. His & aliud accessit malum, quod Franciscus comes Casertanus deterritus, & ipse Sarnensi primū clade, post finitimorum etiam rebellione, maximisq₃ hostiū minitationibus, aliquantum nutabundus cum steterisset, consiliūq₃ incertus, tandem ad Ioānem inclinauit, matris potissimum suasu, ac Thomæ Brancatij, cuius consilijs, mater, filiusq₃ acquiescebāt. Quæ res Campanorum, atque Auerfanorum animos vehementius fregit. Cum Petrus quoq₃ Mādragonius, qui Metalonum opportunum tenebat oppidum, clam cum hoste consensisset. Vt iam Acerra, Capua, Aversa, quæ sola cis Lirim amnem, Campania vrbes in Ferdinandi fide atq₃ officio perstabant, circumfossa ab hostibus tenerentur. Licuit hoc potissimum tempore, atque ex hoc rerū statu cognoscere, quā lubrica sit, periculisq₃ exposita adolescentium administratio, parumq₃ omnino moderationi apta, & propter rerū inscitiam, & quod præsentēs solum res sibi ante oculos ponant, plerumque vana sequantur & incerta consilia, illis maxime consultoribus credentes, qui blandiri nouere magis quā vera dicere. Quocirca Tarētinus Felicis inconstantiam veritus, qui paucissimis diebus ter rebellasset, specie quidē liberum, re autem captiuum eum in castris secum habens, arci Salernitana fidum sibi hominem cum præsi-

commoditas, aut copia, sed haud sciam an eorum desiderium relictum sit vllum, cum Apuliam Peucetiosq, ac Salentinos, tot montes ac valles, tot nostra oppida ab illis distrahant. Demum à pugna continēdo, pugnantium finem, id est, victoriam, absque villo nostro periculo consequemur. Cum illis verò satis bene actum fuerit, si (quod vnum cogitare ac meditari possunt) nocturna fuga cōcessa fuerit per loca difficilia, praecepta, aspera, magnaq, ex parte nobis parentia. Quaquam etiā fortissimis, peritissimisq, ab imperatoribus usurpatum esse scio, fugienti hosti potē quoque vel ex argento constituendum esse. Quamobrem cum dimicandi nulla imminet nobis necessitas, censeo à praelio cōtinendum, nec praebendam hosti bene gerendae rei occasionem. Et quoniam quanto arctius sese pressum senserit, tanto est amplius de fuga cogitaturus, etiam censeo, vti occupato monte, qui Faucibus imminet, castra sub ipsum montem, ad caput fluminis cis ripam transferatur: quo pabuli, atque annona difficultate coactus hostis (quod vnum reliquum est) nocturna fuga consilium ineat. Rex probata Simoneti sententia, statutoq, ad peragendum negocium tempore, peditatum quanto potest maiore comparat, veteranos euocat, novos etiā equites scribit: quid hostis paret, quid cōsulat, per transfugas, captiuosq, explorat: qui montem lustrent, aditus vestigent, semitas inquirant, fidelibus & strenuis viris negociū dat. Satis etiam cōstat Ferdinando clam significatum esse, Pium Pontificem mutata sententia decreuisse medium sese belli eius gerere, clanculumq, Simoneto iniunxisse, vti paucos post dies in Samnites Beneuentumq, quae Pontificis ipsius vrbs esset, exerci-

tum

tum traduceret: atq; eo cognito regem decreuisse fortuna res evestigio committere, fore ratum, superior si euaderet vti victoria ipsa in partes eius Pontificem retraheret: sin secus cessisset, vti cum iram in illum provocaret hostium, tum illum ipsum ad vindicandi cupiditatem, quod postea secutum est. Quocirca qua faciendo pralio necessaria essent, summa ea cum celeritate comparari iussisse. Illud verò à Simoneto impetratum, disferret abitum è castris, quoad suos rex per oratores tentasset, posset ne Pontificem ab eo proposito dimovere. Itaque vbi parata esse omnia suaq; consilia latere hostem rex sensit, tribunis, ducibusq; conuocatis imperat, vti quammaximo silentio de secunda vigilia cum exercitu instructo paratoq; ad signa adsint: quid ipse paret, quid fieri à quoq; velit, singulos edocet, huiusmodi etiam oratione cohortatus. In omni re bellica, fortissimi viri (quod vsus ipse docuit) plurimū occasio valet, quam optimus quisque imperator summo studio ac celeritate complecti debeat: quippe cuius ea natura sit, vt ardua in planum facile vertat. Eam igitur nos capere, ac sequi maximè vtile, atque in primis cautum consilium reor. Sed in omni occasione capienda, incaptisq; prosequendis duo potissimum seruanda sunt: alterū quod factu opus est, maturè id vt fiat. Quid enim occasione breuius, aut fugacius est? alterū, vt suo quodque geratur ordine, quando in re praesertim militari nihil ordine ipso potius ac maius est. Nam confusio, ac trepidatio, praterquam quod periculosa, gerendis quidem rebus maximè etiam contraria est. Neque enim aut vnum, aut alterum tantum pralium, quanquam consilio, ac ratione susceptum, infeliciter tamē cessisse

*For di.
nandi
oratio*

inuenias magis ob imperia non eo quo tradita erant ordine seruata, quàm ob militum virtutem, atque aduersarum partium imperatoris industriam. Quocirca nequaquam à me cohortandi estis, vt in conferendis manibus fideliter ac fortiter rem geratis: quippe cum fidem, virtutemq₃ vestram in multis, magnusq₃ difficultatibus planè perspectam habeam: neque vti ductâdo exercitu iter maximè exploratum haberi studeatis: cum hostis ipse quamproximus sit: & quæ explorâda essent, cuncta sint à me diligentissimè explorata. Quid etiam mihi in animo sit, quid faciendum decreuerim, quæq₃ se nobis occasio offerat, iustâ mecum tenetis. Verùm illud vnum, illud inquam vnũ moneo, hortor, rogo, & pro iure etiam meo impero, vt quæ à me præscripta sunt, eorum memores, ad capiendam occasionem, quam propè tenemus in manibus, atq₃ (vt verius dicâ) omnino iam tenemus, ordinem adiungatis. Ego ipse pro loco ac tempore adero. An fortasse verendum est, exercitatisimi viri, ne hostis cognito consilio nostro, instructus, paratusq₃, atq₃ in acie armatus offendatur? Satis compertum, satis exploratum & cognitum habeo præter paucos admodum, qui pro statione noctu excubant, cæteros omneis per oppidum dispersos sub tectis quæq₃ flumine ac montibus fretos, somnos etiam ignauissimos ducere. Antequâ somno expergiscuntur, armis instruuntur, equi frenantur, tribunumq₃ quisq₃ ac ducem suum pedes, eques conuenit, metu, ac repentina re attonitus, nos occupato monte, effractis portis adituq₃ reserato, voti compotes, locum castris ceperimus. Quo capto, nobis in acie stantibus, eò castra transferetur: quibus positis, reliquum est vti non horam quietam, non locum

vllam

Nullum tutum hosti relinquamus. Neque multum tempus aberit, dū aut sese nobis dedat, aut necessitate compulsus, fuga sibi quāmaximè periculosa consulat. Hac oratione accepta tribuni, ducesq; ad imperata quisq; facienda properans: paulò pōst instructo cum exercitu, magno etiam silentio assunt: rex peditatum pramissis itineris ducibus montem circuire, ac superato iugo, sine vlla trepidatione inde descendere, interim equitem procedere paulatim, atque sub signis iubet. Vbi verò tēpus visum est, quo pedes destinatum ad locum peruenisse iam poterat, dato signo, Robertum Vrsinum, lectis cū equitibus superare Fauces imperat. Ille egregè nauata opera, citato equite, in hostium stationem illatus, alios semisomniscis capit, alios resistenteis vulnerat, ac paulo pōst in fugam actos, suburbium versus acriter vrget. Roberto urgente gregarius miles, qui eum securus erat, praeda intētus, nihilq; ad præsceptū gerēs, tabernacula diripere, equos a præsепibus dissoluere, seq; equosq; sarcinis onerare statim cōpit, ac tanquam sugato hoste, praeda onustus ad Fauces, atque in castra regredi. Rex id quod erat veritus, dari tempus hosti ad arma capiēda, aliquot turmas cum sumpsisset, ipse reliquo cum exercitu pro Faucibus expectare decreuit. Interea hostium duces fugientium ac pugnantium clamoribus exciti, re cognita, properè accurrunt, suos hortantur, ac pramissis, qui impetum sustineant, vt queng; sors obtulerat, acies instruunt, ac paulatim alios atq; alios equites summittunt. Robertus vbi sustinere impresionem nequit, cedere pedetentim cōpit. Vrgebat enim cum lectissimorum manu equitum Vrsus, atque acriter cōpta pugna summis vtrique viribus de loco pugna-

tur. Hinc Robertus, illinc Vrsus dum suos hortantur, dum fortiter rem gerunt, parū absuit quo minus uterque suo ab aduersario caperetur. His rem penē intra globum gerentibus, regijsq; in arcto propter locorum ignorantiam pugnantibus ab hostium ducibus leua sinistraq; hinc pedites, inde equites summittuntur. At rex cum intellexisset suos in arcto premi, maiore equitum manum subsidio ire iubet. Hostium verò pedites in angustijs viarum implicitos inter se regiones conspicati, alij hastis eminūs, aut sclopetis, alij cominūs gladio suffossis, aut vulneratis equis, ipsos equites partim deiciunt, partim in fugam vertunt. Locorum peritia hostem maximè adiuuabat. Regius verò vix ē via egredi, illic omnes cogi, alijsq; atq; alijs subsidium ferentibus in vnum simul cuncti coire. Quod aduersarius vbi vidit, ab dextra sinistraq; acrius illum premere, conari etiam à tergo inuadere, atque ab reliquo exercitū se iungere. Quod rex veritus, suos referre pedem paulatim iussit. Primis igitur, dum partim pedem referunt, partim etiam terga vertunt, fugam iam parantibus, postremis autem in acies stantibus, cum locus ipse explicandis ordinibus hauquaquam satis esset, hostium duces eo acrius vrgerē incipiunt. Illi à tergo, hi ab latere, plures singulos, liberi impeditos, recentes saucios circumstant. Hic verò ingens strages equorum atque hominum à sclopetarijs edita, qui ab rege propter stipendia non statim exoluta initio obsidionis ad Ioannem transfugerant. Inter alios, atque inter primos Simonetus cadit. Robertus vulnere in ore accepto, vix hostium elapsus ē manibus ad regem, qui extra Fauces in loco paulò editiore instaurare pugnam parabat, se recipit.

recipit. Cateri magna è parte capti, rex ea exercitus parte exutus, cum nullum in peditum praesidium esset, quippe cuius nulla in toto praelio extitisset opera, cum neque locum tenuerit, neque imperium seruauerit, neque ubi tempus ferebat, pugna affuerit, summis tamen viribus anniti, quod unum erat reliquum, ne hostes Faucibus prodirent. Quo circa prehensare fugientes, confirmare integros, hortari, rogare, locum tuerentur, superesse tot lectos equites, tot etiam recentes turmas, aduentare è castris subsidia, si viri esse velint, non hostium modo impetum repressuros, verum etiam si Faucibus egrediantur, magna etiam illos clade affecturos: ipse in hostem proficisci, ac nunc his, nunc illis se ostentare. Cum interrim ex iis, qui in praesidiis collocati erant, quique postremos tenebant ordines, multi signa, locumque deserere, sequique fuga dare coeperunt. Quod hostium duces cum animaduertenterent, tanto se impetu è Faucibus proripiunt, ut regem vix primo congressu sustetato in fugam se qualaxissimis habenis dederint. Hostes statim in castra profecti cum vacua ea defensoribus inuenissent, capta diripiunt, pauci trans pontem, Nuceriam, finitimaque in loca se recipiunt, regem Neapolim versus fugientem haud multi secuti: reliqui pene omnes aut in praelio, aut in fuga, aut in ipsius castris, ad qua post praelium resugerant, ignauiter capti. Magnus captiuorum omnis generis fuit numerus. Direptis castris ingens tum rerum aliarum, tum argenti atque auri praeda Sarnum perlata. Hanc cladem non vatum modo praedicta, & eorum qui rerum caeli periti sunt, verum prodigia quoque praecessere. Nam & veterum fatiloquorum carmina passim recitabatur, quibus regi clades obnunciabatur;

& Mathematicorum mina vulgò ferebantur. Pridie
 etiam quàm pugnatum est toto fermè die coruorum
 greges pratorium obuolitauere conclamantes, ac pro-
 ximis insidere arboribus. rex ipse pratorium egressus,
 equo repente còcidit. Diuersis locis alibi sanguine, ali-
 bi oblitis cinere guttis pluuisse nūciatum est, notatumq;
 folijs holerum eas guttas insedisse. Nostra tamen tem-
 pestate hac aut animaduertere, aut procurare religio-
 sum est. Die quæ infecuta est, cum à Ioanne, Tarenti-
 noq; coacto senatu quid de captiuis statuendum, quò
 primum arma inferenda essent consutaretur: de ca-
 ptiuis vicit eorum sententia, qui censebant vti trire-
 mibus impositi, Massiliam deportarentur, nisi finito
 bello in Italiam non remittendi. De proseguendo verò
 bello duæ cum essent sententia, altera vti ad obsiden-
 dam Neapolim statim admoueretur exercitus, altera
 vti finitima prius oppida, quicq; in regis fide reguli per-
 sistebant, tēarentur: huius quidem Tarentinus, prio-
 ris verò Ioannes Coxa autor erat, cui plerique assen-
 tiebantur, eumq; ita locutum accepimus. Si quam no-
 bis perficiendi belli rationem hesternæ ostendit victo-
 ria, eam ipsi sequi, atque oblatam à dīs immortalibus
 capere occasionem volumus. (dicam audacter fortissi-
 mi duces) die crastino, hostem Neapoli circumsessum,
 atque haud multo post cum ipsa etiam vrbe expugna-
 tum videbimus. Quantum igitur sedendo ac consultan-
 do temporis ipsi absumimus, tātum à belli fine per ne-
 gligentiam atq; ignauiam volētes absumus, qui si quo
 impetu in hostium castra irrupimus, ea alacritate su-
 sos, atque in fugam versos secuti essemus, eodem cursu,
 aut rege ipso in fuga capto, aut fugienti itinere inter-
 cluso,

Oratio.
 de p'seque
 bello

clūso, in magnā (mihi credite) occupanda ex impromissa
 Neapolis occasionem incidissemus, securā & penē ocio-
 sa ciuitate dum Sarni circumsessos nos, ac tantum non
 captos, in porticibus ac compitis inaniter gloriantur:
 Sed quod vel militum labore vel prada studio, aut læti-
 tia ipsa, quæ præcludere hominū solita est cōsilia omi-
 sum est; aut peccatum id quamprimum vt corrigamus,
 nostrum quidem est: aut si corrigi minū potest (quan-
 do quod factum oportuit frustra de eo faciendo consi-
 lium nunc initur) saltem quod reliquum est, quodq; in
 nostra adhuc manu positum, celeritate pēsemus. Quā-
 obrem quoniam (quod in omni bello maximum vide-
 tur) profligatum in acie aduersarium de se, vallo, mu-
 risq; tutando cogitare iam coēgimus: quid reliqui su-
 peref, nisi vti mœnibus inclusum, obsidione cū quā
 arctissima cingamus? Quo quidem circumsesso, quid
 opis, quid spei reliquum, quid animi esse potest ijs, qui
 eius partes hactenus sunt secuti? Itaque cum vna sit re-
 gni caput Neapolis, in quam Ferdinandus amisso exer-
 citu penē solus refugit, non tam (vt arbitror) aut mœ-
 nibus fretus aut ciuium beneuolentia, quā arce ipsa
 fidens, in quam non est dubitandum, quin vbi muris ca-
 stra admota senserit, confestim se includat metu ter-
 ritus, ac nobilitatis odium timens, cuius bona pars ad
 nos transierit: quānam causa est, quæ inquam est cau-
 sa, fortissimi duces, cur non crastino die, albescente cœ-
 lo, auulsis signis ad eam obsidendam exercitum ra-
 piamus? Nobis integra sunt vires miles victor: &
 quod maximum est, fortune ipsius fauor adest homi-
 numq; voluntates, eodem semper quō fortuna inclinā-
 tium. Contrā, regi effæta vires, exhaustis Alphonsi re-

sauris, milite, qui ei fidelis esse poterat, & strenuo quoque capto, reliquis, quos fugata tutata est, inermibus: quosq; optādum sit, Neapolim se post fugam, clademq; recepisse, aliquem illic tumultū, ob famem inopiamq; excituros. Videlicet maritimū aliquod auxilium paratum est Ferdinādo? Atqui mare à nobis tenetur. An fortasse terrestreis alias copias, quas aduentare fama sit, subsidio venturas expectat? cum nec vlla quidē ipsa sint, & quicquid illinc trās Capuam, hinc cis Acerras, agrorum atque oppidorum est, nobis pareat, & armis circumclusa omnia teneātur à nostris. Reliqua est vna illi ciuium beneuolentiae spes, qua firmissima obsidionem tandiu ciues tollerent, dum ex Hispania ab Ioanne patruo, aut à Pio, Frāciscoq; ex Italia mari terrāue imittatur exercitus, qui aut metu sui solui à nobis obsidionem, aut viribus congressus cogat. De spe quidem ciuium (vt dicam quod sentio) imperium Catelanorum quā omnes oderint, iuxta mecum tenetis, & res ipsa docet. In nobilitate verò quid certum habere, aut constitutum in ea Ferdināduz potest? cuius maior pars odio illum prosequentes, sponte ad nos transierint. Nā de auxilijs vestrum erit iudicium. Quid enim in Ioanne patruo, rege non modò paupere, verumetiam inopi repositum esse praesidiū potest? quae ab hoc auxilia expectari? prater paucas admodum triremes, easq; captiuo instructas remige. Quòd verò ad Pium, & Franciscū attinet, etiam si maximè cupiant, quae tamen auxilia aut tanta mitti ab eis possunt, vt vel perrumpere tantum montium, ac fluuiorū valeant, nobis aditus omnes armis circunseptos tenētibus, Picininoq; cum validissimis copijs obsistente? aut tam praesto ea esse, vt non, quod

quod æstatis reliquū est, interim prolabatur, hyemsq;
mox inhorrescat? quo tempore an dubitatis, Neapolim
aut vi expugnatū iri à nobis, aut partium studijs spon-
te imperium accepturam? Cum interea quæ in Brutijs,
Marsis, Pelignis, Marrucinis reliqua in fide regis ma-
nent oppida, audita exercitus eius strage, cognita Nea-
polis obsidione, ultro mittēt qui sese nobis accepto im-
perio dedant. Adhæc Neapolim obsidere quid est aliud,
quàm Pium, Frāciscumq; ab incæpto detertere atque
abstrahere? reputantes frustra se de mittendis auxilijs
cogitare, tam breui tempore, tanto terrarum spatio,
omni itinere atque aditu intercepto. Contrà verò hor-
tari, atque incitare, ubi dari à nobis Ferdinando spa-
rium senserint ad comparandam pecuniam, ad resti-
tuendum exercitum, ad ipsa denique auxilia commo-
dè, tutoq; expectanda. Ac tandem si qui sunt, qui ad-
uersus Ferdinandum moliri aliquid parent, quos non
paucos esse quotidiana nobilium docent transfugia,
detertere eos, animumq; & vires aduersarijs adiun-
gere. Quæ cum ita se habeant, an cunctamini, fortissi-
mi duces, ad obsidendam Neapolim propere castra du-
cere, quò fortuna, quò cæli fauor nos vocat? ac regni
ipsius caput, coactis in vnum viribus petere? vt contu-
sa, mox etiam excisa anguis ceruice, reliquum corpus
truncum atque exanimum relinquamus. Quæ ubi Co-
xa dixit, cum qui aderant, & ipse in primis belli dux
Ioānes, pars vultu, verbis alij probare viderētur: con-
tra ea Tarentinus in hanc sententiam locutus dicitur.
Neque importunè duces, neq; parum consideratè pau-
lò antè Ioannes Coxa de obsidenda Neapoli, totaq; bel-
li mole eò vertenda differuit: quippe quæ regni caput,

neque multis ante annis ab Alphonso capta victoriam illi, decusq; pepererit, ac regnum vniuersum in pace officioq; stabilierit. Verum enim cum eo mihi de genere obsidionis parum omnino conuenit: quippe cū exercitum propere muris adinouendum censeat: ego verò longè aliam sequendam rationem statuam: & cur ita statuā, multa me simul mouet. Primum vrbs ipsa eo loci sita, vt præter non multum cāpi, quod ab ortu solis muris adiacet, cætera omnia libera ab obsidione, atque aperta relinquenda sint. Cum ab occasu, atque à septentrione tantum montium interiaceat ac vallium, à meridie verà mare patens, ac liberum, molesq; adeò munita, atq; ad propulsandum instructa, vt tràquillo mari longissimo ab continente tractu classem in ancoris stare necesse sit, futuram in summo discrimine, vbi etiā leuior spirare aut Auster cœperit, aut Boreas, quibus hic ipse sinus quammaximè est obnoxius. Mouet deinde populi frequentia, & Hispanus miles, quammaximè regi fidus, & quòd ea tum armorum est, tum equorum illic copia, vt breui nō exigua equitū manu comparata, restituere exercitum Ferdinandus queat. Adhuc tot arces tam egregiè munitas, quas qui ciuis aut peregrinus aspicit, rege præsertim presente atque incolūni, quamuis magnum atque robustum habeat animum, quāuis factionis nostræ studiosus, abiciet tamen illum, obtorpescetq; formidine. Nam quòd ad nobilitatem attinet, nobiliumq; ad nos trāsitionem vtinam, inquam, vtinam Neapoli potius manere consilium eis fuisset. Quid enim aliud tot nobilium ad nos transitione effectam est, quàm vt urbem Ferdinando liberam permisserint? nec securiorem illum modò, verum etiam

cautio-

cautiores reddiderint? Adhuc, tãto incepto quæ paucitas nostra sit, ipsi videtis, cum etiam ad oppugnandũ necessaria nobis desint omnia. Regi contra & ad repugnandum, & ad laceffendum vrbs ipsa, & arces, & multorum etiam annorum Alphonsi apparatus cuncta suppedient. Scilicet sperandum id est, vti constitutis à nobis ante portas castris, in arcem sese Ferdinandus includat, quem non montes, nõ flumina deterruerint, quo minus infesto agmine, loco sibi maximè iniquo, intra Sarnum irruperit. An potius (quæ illius est virtus, & atas militaribus laboribus assueta) veredum etiam atque etiam est, nequid apud obsidentes tutum; aut in castris quietum cõtinuis eruptionibus patiatur? Tentare igitur obsidionem, quæ postea turpi er omittenda sit, an quæso erit aliud, quàm victoriam fortuito nobis oblatam, turpi aliqua dedecore iactura? aut sedendo ad Neapolim, qui populi, principesq; in officio erga Ferdinandum reliqui permanent, ijs vt oppida muniant, commeatus importent, militem conducant, aliq; præsidia sibi cõparent, tempus ociumq; permittere? Qam ob rem quæ tutissima quidem est obsidendi ratio, hanc ego censeo ineundam. Primumq; vti Robertum Sanseuerinium, cuius oppida nobis ante oculos sunt posita, ad deditiõem polliceamus: finitimos deinde populos, quibus aut captis, aut deditis: Robertoq; in parteis nostras ascito, an dubitamus à Neapoli Cossentiam, ac Rhegium versus omnia in deditiõem ac nomen nostrum concessura? Robertũ enim Lucas Sanseuerinius cuius latè magnus in Lucanis, Brutijsq; dominatus est, minoresq; alij proceres, libera item ciuitates sequetur: vt diebus quæ paucissimis, præter Auerjam

Capuam, Acerras, Neapolim nihil in tanto terrarum spatio, quod inter Lyrin amnē, urbemq₃ Rhegiū, atq₃ Crotonem interiacet, Ferdinādo relinquamus: ac Pio, Franciscoq₃ animum, cogitationem denique omnem mittedorum auxiliorum adimamus: dum regem perinde ac truncum, sine membris, sine nervis destitutum atque emutilatum viderint: missis etiam ad eos oratoribus, qui vtrunque & nostro, & Renati nomine benigne appellent, ac largis etiam pollicitationibus impleant. Quae an sit tutissima obsidendae Neapolis via, omnes iam videtis. Nam tentare fortunam, ubi consilio locus est, quam sit temerarium, dies hesternus admonere nos potest. Regem certē ipsum ne fortuna posthac tam facile se committat, abundē iam docuit. Dicenti haec Tarentino senatus assensus est omnis: ea erat senis auctoritas, is rerum vsus, quodq₃ belli esset autor, omnis spes, ratioq₃ vincendi in eo collocata videbatur, ut Coxae sententiam quamvis tacitis omnes comprobarent animis, nemo tamen ne ipse quidē belli dux Ioannes à Tarentino dissentire aut videri palam vellet, aut omnino auderet. Igitur motis à Sarno castris, petiere Stabias. Id oppidum, vti rerum Romanarum scriptoret prodidere, Syllae iussu solo aequatum finitimos in vias abierat. Postero dein tempore, quod eō propter loci opportunitatem, portusq₃ manufacti, multa mari cōportarentur, tuguria in littore constitui cœpta: procedentibus inde seculis, tanquam in vicum multi mortales confluxere, donec oppidi nomen ac formam accepit: arce etiam in edito posita, quam egregiē Alphonsus munierat, brachio ab ea ad mare deducto, ut cum vsus vocaret, per id impitti praesidiū in arcē posset. Praerat

arce

arci atque oppido Ioannes Galiardus, ex antiquis Alphonsi familiaribus, miti vir ingenio, & fide integra, ceterum qui ut Hispanus uxori paulo nimium esset deditus. Ea erat Margarita Minutula, nobili loco nata, cuius frater Loysius aërc Lucerinam Ioāni in Apuliam profecto prodiderat. Siue igitur futurum sperarent, uti Margarita Galiardum ad deditiōem impelleret, siue quod ea sponte deditiōem fuisset pollicita, si castra eō admouerentur, Capaneo fratre instigante, hostes oppidum ingressi, nullo suburbium defendente: nam oppidani intra vallum, quod sub ipsam est arcem, confugerant, quater confestim crepidinem tormentis cæpere: nec multo post a Galiardo deditio fit. Iisdem diebus Vicani, Massensesq; ad Ioannem defecere. Surrenti quoque trepidatū est propter suspicionem familia Acciapactorum, qui Ioannis Renatiq; partes clām fouebāt. Præerat vrbi cum præsidio Antonius Carassa, cuius prudentia effectum est, uti Acciapactorum consilia parū prosperos euētus habuerint. Interea duces ipsi nūc minis, nunc pollicitationibus Robertum Sanseuerinium ad deditiōem sollicitabant. Qui viribus diffusus, quod omnem in se belli impetum versuros eos cerneret, facta deditiōe in castra hostium profectus, in Ioannis verba iurauit. Cuius exemplum Lucas quoque, quod & ipse iisdem diebus in Brutijs male pugnauerat, secutus est. Etenim Antonius Centilia, quem rex in arce Neapolitana custodiendum curauerat, corruptis custodibus, noctu arcis postico, quod ad mare est, Marilianum receperat: indeq; haud multo post in Brutios reuersus, bellum instaurauerat: quod captiuus dum esset, per Alphonsum, ac Iulianum fratres, & Ioannem Trauer-

sum eius praefectum administrabatur. Luca ac Roberti deditioe cognita, ceteri omnes Lucania ac Brutiorum principes, populiq; praeter pauca admodum castra, Andegauenseis sunt partes secuti. Igitur hostium duces Roberto dedito, cum de occupandis Caiis consilium cepissent, parum absuit quin magnam ex improviso cladem acceperint. Ea ciuitas magis quam vrbs montanis in locis disposita viciatim habitat, multitudine tamen hominum frequens, ac situ naturali satis munita. Caienses igitur relictis vicis, quos defendi vix posse arbitrarentur, in loca se munitiora contulerant vbi de obsidionis aut toleranda, aut propulsanda rationibus cum agerent, consilium iniere de inuadendis nocturno tempore hostium castris. Nam & Armatorum multitudine abundabant, & satis exploratum habebant, si res parum successisset, posse tuto se ad suos recipere: fauissetq; incepto fortuna, ni re pertransfuga cognita, castra repete ex eo loco mouisset hostis. Huic tot principum populorumq; tam repentina defectioni non magis clade ad Sarunum acceptam, quam inconstantem ac perleuem Felicis animum causam dedisse satis constat. Qui si quam debuit animi firmitatem retinisset, praeter praedam in castris inuentam, vix aliud eo praelio ab hoste partum, aut quaesitum fuisset. Verum enim adolescens infirmo ingenio, nullo rerum usu, addictus consilijs Francisci Infantis auunculi, hominis incompressi, ac sacerdotis parum continentis, non deditioem modo urbium, atq; oppidorum statim fecit, sed supplex ipse ad Ioannem-antonium in castra profectus est. Ex ea deditioe cum Nola, Salernumq; maximè opportuna vrbes hostium accersissent viribus, coactus est Robertus desperatis penne re

nè rebus suis cōsulere. Cuius exemplum Lucania, Bruttijq₃ fere vniuersi secuti cum essent, periculosum regi vulnus inflixere: additis etiam defectionibus Loisy Iesualdi, qui in Hirpinis cum aliquot opportunis oppidis, rerum ad Sarnum gestarum nūcio accepto descuiuerat: adhuc & Matthæi Extendardi. Quo effectum est, vti hostibus Argentio, Harpadioq₃ potitis, in Samnites, Apuliamq₃ aditus regi omnes intercluderentur. His & aliud accessit malum, quòd Franciscus comes Casertanus deterritus, & ipse Sarnensi primùm clade, post finitimorum etiam rebellione, maximisq₃ hostiū minitationibus, aliquantum nutabundus cum stetisset, consilijsq₃ incertus, tandem ad Ioānem inclinauit, matris potissimum suasu, ac Thomæ Brancatij, cuius consilijs, mater, filiusq₃ acquiescebāt. Quæ res Campanorum, atque Auerfanorum animos vehementius fregit. Cum Petrus quoq₃ Mādragonius, qui Metalonum opportunum tenebat oppidum, clam cum hoste consensisset. Vt iam Acerra, Capua, Aversa, quæ solæ cis Lyrin amnem, Campania vrbes in Ferdinandi fide atq₃ officio perstabant, circumfossæ ab hostibus tenerentur. Licuit hoc potissimum tempore, atque ex hoc rerū statu cognoscere, quàm lubrica sit, periculisq₃ exposita adolescentium administratio, parumq₃ omnino moderationi apta, & propter rerū inscitiam, & quòd presentes solum res sibi ante oculos ponant, plerumque vana sequantur & incerta consilia, illis maxime consultoribus credētes, qui blandiri nouere magis quàm vera dicere. Quocirca Tarētinus Felicis inconstantiam veritus, qui paucissimis diebus ter rebellasset, specie quidē liberum, re autem captiuum cum in castris secum habens, arci Salernitana fidum sibi hominem cum præs-

dio imposuit, Nola Vrsū magna cum peditum atque
 equitum manu praefecit, qui & Nolam tueretur, &
 Neapolim, Acerrasq; assiduis discursionibus infestaret,
 cum ipse hyemare in Apulia decreuisset. Adhac consti-
 tuerat secum in Apuliam Robertum ducere. Sed ille se-
 nis maxime callidi, ac fallacis insidias suspectas habēs,
 ex quo die abire ē Tarētini, Ioannisq; conspectu licuit,
 redire ad eos omni studio aduersatus est. Conatus tamē
 est quo arctissimo posset vinculo deuincire sibi eum
 Ioannes, ascitum quidem cooptatumq; in socium Cre-
 scentis, eo Galli nomine Lunam appellant corniculatā.
 Est enim mos eius gentis principū, religiosam aliquam
 militiam pro arbitrio statuere: ad quā quos initiatos
 admittunt, iurare verbis conceptis cogunt, futuros se
 socios periculorum, neque vllō vnquam tempore arma
 aduersum laturos, fidem, amicitiamq; perpetuam ser-
 uaturos: vbi etiam casus tulerit, auxilio futuros, in bel-
 lo praesentes, armatosq; in acie staturos, aut pecunia ad-
 iuturos. Adhac statuta sacra, & dies quosdam maxime
 solenneis constituunt, quibus interesse cunctos fas sit. Ii
 Confratres vocantur, quos & viuos, & mortuos, qui re-
 ligionis eius, militiaq; autores sunt, maximis prose-
 quuntur honoribus. Insigni autem militia: ipsius aliud
 aliq; est. huic Luna erat corniculata, qua à Gallis Cre-
 scens dicitur, eaq; ex argento brachio subligata gesta-
 batur. Quo religionis ac militia genere honestatū Ro-
 bertum Ioannes sibi cum obligasset, Pius inde Ponti-
 fex Maximus illum haud multo post absoluit, quod iu-
 dicaret eas non magis religiones, quam coniurationes
 quasdam esse pessimo exemplo institutas. Quoniā autē
 locus ipse admonuit, pauca de Roberto, deq; eius maio-
 ribus

ribus dicam. Roberto pater fuit Ioannes, sancti Seuerini (id oppido nomen est) Comes, mater Ioanna, & ipsa quoque ex eadem cum marito stirpe edita. Quo mortuo superstitibus ex eo compluribus liberis, cælebs ipsa, summa illos cura & aluit, & eorum res procurauit. Nam & domi parca erat, & continēs: & quod esset supra muliebrem sexum animo elato & magno, vtriusq; patris & matris vices gerere se videri volebat. Cumq; eorum singulos materna prosequeretur caritate, Roberto tamen, qui natu erat maximus (qua prerogatiua paternus ei dominatus obuenerat) & indulisit supra maternos affectus: & dum augere quacūque ratione res illius posse, parum omnino pēsi habuit. Ad ceteras autem matrona dignas artes illud etiam adiunxit, quod, vt erat ipsa fidei, ac regij nominis colens, iisdē artibus, eodem etiam fidelitatis studio filiū imbuuit. Itaque nihil prius habuit, quam vt Robertum egregiè institutum, Ferdinando quibus liceret artibus conciliaret. Ille igitur, vbi primum atas tulit, equitando, venando cum equalibus sese nunc iaculo, nunc gladio exercendo, nullo turpi ocio adolescentiam labefecit: quo etiam tempore literis operam dedit, quas post natu grandior maiori studio complexus est. Is igitur artibus inter regulos facile eminebat, Ferdinādoq; propterea maxime carus atq; acceptus erat, natura quoque muneribus ad ea adiutus: quippe cuius decora esset facies, statura procera, & cum dignitate, oratio p tempore non minus suauis quam grauis, atque ingenua. Ipse facilis aditu, gratus responso, atque in primis urbanus & liberalis, cuius etiam domus generosissimo ac probatissimo cuiq; quotidie pateret. Demū singu-

lis in rebus nobilitatem praefererebat generis, quod alij Gallicum ab origine quam Italicam malunt. Nobiles enim quosdam secutos è Gallia Normānos ac Viscardos duces pulsosq; ex Apulia, Salentinisq; Constanti-
nopolitani Imperatoris praefectis, virtutis merito donatos in initio oppidis, ipsq; posteros eorum imperitasse, in quibus Venusiam, Materam, Cupertinum, Neritonium fuisse tradunt. Qui dominatus indies magis magisq; auctus fuit bellicam ob virtutē, qua hac quidem familia in Italia ex eo adhuc etiam floret. Quo factum est, ut dum partim ipsi regum quorundā impotentiam, superbūq; dominatū parum equo ferunt animo, partim ipsi à regibus timentur, aliquando familia omnis ad internitionem penē redacta fuerit, vix vno aut altero superstite. Adēo euertendae illi nihil reliqui ad crudelitatem regibus ipsis fuit. Contrā, qui Italicam eam asserunt, nec olim fuisse, nec nunc quidem extare apud Gallos, Britannosve tali cognomento familiam: deductamq; agnationem volunt ab oppido, cui ex ea domo primus imperauerit, ut Celanā, Martianā, Ebulā, Molisiam, Aqueuiuā, quae ab oppidis sunt agnominata. Sed ego longius fortasse digressus sum. Quamobrem ad incēptum redeo. Dum hac ad Sarnum, proximisq; geruntur in locis, Iacobus Picininus hostium partes secutus, à Britonoro, ubi hyemauerat, mouens, per Cecenatium, atque Ariminensium fines profectus, decimo die ad flumen Cesanum peruenit. At Alexander, Federicusq;, qui iussu Pij Pontificis ac Francisci Sfortiae iter eius obseruabant, quod eum locum maximē idoneum ad prohibendum transitum iudicarent, fluminis ripas fossa, aggeribusq;
munie-

munierant, ne transiret hostis facile prohibetur. Post
tamen veriti ne Picininus conuerso repente itinere Sa-
xiferratum teneret, eò cum exercitu se contulerant.
Itaque Picininus quanquam magno militum labore,
nullo tamen obsistente, aggeres diruit, ac repletis fossis
trans flumen exercitum ducit, & ad Esim fluiuium eo
die castra ponit. Quod sentiens Sigismundus, qui illum
insequebatur, eo consilio, vt si Alexander Federicusq; à
fronte obstitissent, ipse à tergo includeret, confestim in
Fanensem agrum rediit. Picininus die insequenti cum
Loretia Maria templum ex itinere ingressus, Diuam
salutasset, ad flumen Potetiam castra mouit, quodq; in
sola celeritate rem positam intelligeret, nocte intem-
pesta mouens, cum ad ostia fluminis (cui loco Firmanus
Portus est nomen) peruenisset, veritus ne mons, qui li-
tori imminebat, ab aduersario teneretur, vbi qui ex-
ploratum missi fuerant, retulere liberum eam esse (de-
creuerat enim occupato eo ab hostibus rem gladio ex-
periri) continuato itinere, emensus eo die passuum se-
ptem ac triginta millia, ad Benedicti templum perue-
nit, quod à Truento flumine circiter octo millibus pas-
suum aberat. Ibi duabus horis equo ac militi respiciendo
concessis, cohortatus suos, vt quod reliquum erat ad
fallendum hostem, aquis conficerent animis, de prima
vigilia mouens instructo exercitu, ad Truentum per-
uenit. Hic cum à militibus, qui praesidij gratia Asculum
venerant, item ab oppidanis ingens exercitus esset stre-
pitus, passimq; noctu ignes plurimi cernerentur, ra-
tus hostem eò cum vniuersis copijs profectum, consiste-
re agmen iussit. Ipse cum omni peditatu (erat enim in
e astris eius peditum duobus millibus amplius) magnocq;

gregarij militis numero ripas fluminis tentaturus accurrat, succisisq; obicibus, & aggere equato, vado inuento, primus flumē transijt: quem insecuti reliqui ripas occupauere, quibus occupatis, dato signo, reliquus exercitus traductus est, deq; tertia vigilia, vbi Columella castellum positum est, tumulo capto consedit, plurimisq; factis ignibus, regni se fines ingressum finitimis significauit, quo alijs pro partium studio letitiam afferret, metum alijs incuteret. Cum interea Federicus, Alexanderq; Maceratam profecti, quo portum Firmanū antecaperent, victi celeritate Picinini, incepto irritō, consiliū mutare coacti sunt. At ille biduo tantū quieti militum, atque equorum dato, inuitatus à Iosia, qui Andegauenseis sequebatur partes ad Turdini ostia, qui antea Batinus fuit, constitutis castris, ac decimo die machinis, ceterisq; bellicis instrumentis è naui exoneratis ad obsidendam ciuitatem Sancti Angeli proficiscitur. Iacobus Padulius, qui oppido cum presidio praeerat, diffusus manibus, quòd aneorum tormentorum vim minime possent ferre, deditiōem oppidanis suāsit. Postridie quoque ciuitas Pinnarum, nō expectata oppugnatione, deditiōem fecit. Inde Laurentum profectus Picininus cum esset, & iam quassatis, ac dirutis muris sustineri diutius obsidio nequiret, tum Franciscus Aquinas Marchio deditiōem his cōditionibus fecit, vt ipse cum omnibus oppidis, quibus plurimis dominabatur, ad Ioannem transfiret, Laurentani multa nomine aureū quatuor millia penderent. Hinc ad Aternū profectus cui post ab oppido Piscaria factū est nomē, strato ponte, ac traducto exercitu in agro Theatino castra posuit, eo consilio, vt & agrum vastaret, & Iuliū Camertem,

mortem, quem nuper cōduxerat, illic expectaret. Nam
 initio] Truentum cum transijt, vigintiquatuor equitū
 turmas, baud amplius secum habuerat. Interea vastā-
 bundus Theatium fines populatur, singulisq; penē die-
 bus cum Matthæo Capuano prælia facit. Hūc rex pro-
 pter fidei virtutisq; opinionem oppido, atque vniuersæ
 regioni præfecerat: qui quanquam parua equitum ac
 peditum manu, Picininō tamen vbique occurrere, tue-
 ri oppido propinquos agros, populantibus metum inji-
 cere, insidias disponere, fugare, capere, denique hostis
 conatibus omni arte obuiam ibat. Non multo autem
 post certior factus Picininus, Federicum atque Alexā-
 drum, qui plurēis dies in Asculanorum finibus Bosium
 Sfortiam cum septingentis equitibus expectauerant,
 munitis ad Turdinum castris confedissee, decreuit ad-
 uersus eos cum vniuersis copijs regredi, euocata magna
 peditū auxiliarium manu, accito etiam Caldorarum
 exercitu, qui statim in belli initio ad Andegauiensem
 defecerāt. Mediis amnis vtrunq; dirimebat exercitū,
 vtræq; copię quotidie in armis erant, vtrinque impera-
 tores rem egregiè curabant: quid casu, quid industria
 parare posset, hinc atque illinc prospiciebatur: nō dies,
 nō noctes quies, nūc eques, nunc pedes ad arma curre-
 re, è castris se proripere, frēmere oēs, ac præliū exposce-
 re. Tres illius temporis clarissimi duces de virtute, glō-
 riæq; certabant, par robur, par militum audaciā. Pi-
 cininum locus aliquanto editior tuebatur, hōs artē ac
 labore parata munimenta: ille peditatu superior, hi vē-
 teranorum delectu: ille quod rem sibi futuram cum
 duobus exercitatisimis imperatoribus intelligeret, eo
 maiores concipiebat spiritus, hi partum multis bellis

decus ereptum iri sibi indignabantur. Excitabāt etiam
vtrunque exercitum studia veterum factionum quæ à
Braccio, Sfortiaq³, ductæ, multos annos in gravissimis
bellis, acerrimis etiam prælijs magis ac magis iras, o-
diumq³, accenderant. Illud verò partium alieri acerbū
& graue, quòd morbo grauatus Federicus nec equo nec
pedibus obire imperatoris munus poterat. Erat & v-
triusq³ exercitus, quæ vtriusq³ factionis ferè semper fue-
rat, dissimilis disciplina, quòd Sfortiani cūctādo, Brac-
ciani prouocando laceffendoq³, bellū magis administra-
bant. Cum igitur multi quotidie è Picinini exercitu in
stationem illati hostiū, vñc singuli, vñc pauci, vñc
etiam plures in certamen prouocaret, forte accidit vti
Saccagninus, cuius Picininus forti opera sepe utebatur,
cū paucis equitibus, ac lecta peditū manu è castris pro-
gressus in planitiem, quæ mediā inter vtraque castra
interiecta erat, flumen trāsierit, prouocaturus eos, qui
in statione pro castris agebant. Hi despecta equitum
paucitate, autore Marco Antonio Torello, qui stationi
præerat in Saccagninum illati, magna peditum strage
edita, reliquis in fugam versis trans flumen precipites
egere. Quod conspiciatus Picininus, Iulium Cāmertem
fugientibus summittit. Hoc cognito Alexāder omnem
exercitum armari iubet, septemq³ equitū ordines ex-
tra vallum progredi, qui subsidio stationi essent, impe-
rat. Quod vbi Picininus intellexit, è castris cum omni
exercitu se proripiens, vbi in planum peruenit, duas le-
ctissimi equitis alas in dextro ac sinistro cornu statuit,
alteriq³ Ioannem Comitem, alteri Ramundum Ane-
chinum præficit, vsq³, imperat, ne quo casu locum dese-
rant, præterquam vt cedente aduersario pcedentim
aquo

aquo passu in portam castrorum quamconfortissimè
 feratur. In media versari iubet acie Syluestrum Luci-
 nium, ipse milites cohortari, nunc singulos alloqui, nunc
 simul plures, fortia cuiusq; facta referre, vulneratos
 ex acie subducere, recentes fessis, saucijs integros sum-
 mittere, nunc addere suis animum, nunc terrorem ad-
 uersarijs incutere, nihil segne, nihil remissum agi sine-
 re, saepe ante suorum ora volitare, in hostem strenuum
 quæque inmittere, saepe ex acie excedens prospicere ho-
 stium ordines, suas atque aduersariorum res expendere,
 quid cauendum, quid sequendum esset considerare:
 nihil denique prætermittere, quod casus offerret, quod
 ratio suaderet, aut belli disciplina, totq; annorū ac præ-
 liorū vsus ostenderet. Hoc prælio videri potuit (si quan-
 do aliàs) fortunam ipsam belli dominam, mediam sese
 statuisset inter vtranque aciem, nunc his, nunc illis vi-
 ctoriam offerentem, atque aliàs in illos inclinantem,
 aliàs retrahentē sese: ludificari imperatores ipsos, nec
 pati eo die, ea acie discerni, vtrius exercitus milites,
 vtrius partis duces aut fortius rem gererēt, aut maiore
 animo consilioq; administrarent. Nanque alia parte
 Alexander summa vi, diligentiaq; curare omnia, quo-
 cunque casus vocasset illic adesse, plura simul prospice-
 re, periculis occurrere, prehensare alios, alios hortari,
 voce, vultu, manibus, quid agi vellet significare. Impe-
 ratorum præsentia diuersis locis pugnam instaurabat,
 multi vtrinque cadebāt equi, viriq;. Ipsa locorum an-
 gustia, magnaq; ducum peritia, spectata item vetera-
 norum virtus, & equorum, virorumq; recentium ala-
 cer successus, summis animis, ingētib; conatibus fieri,
 ac tentari omnia cogeant. Itaque armorum strepitu,

equorum fremitu, procurrētiumq₃ militum clamoribus, alibi cadentium gemitu, aut vrgentium latis cōclaminationibus cœlum complebatur. Interdum tanta ira, irritatisq₃ aded certabatur animis, vt præter ictus, hastarumq₃ fragores, magno silētio pugnaretur, vtrâque aciem nunc spe, nunc fortuna ludificâte. Et iam in noctem pugna protracta erat, cū Picininus frustra sapius tentata palustreis per locos via, quod irrumpi intra munitiones, quæ amnis vada impediiebāt, nulla vi posset circiter secundam noctis horam iussit, ab dextro atque sinistro cornu vtranque alam, quæ maximè conferta hostium acies erat, irruere, tanto impetu, vt in vallum vsque vtroq₃ à porta latere penetrauerit. Quæ facta impressione, multi vallo exclusi capiuntur. In hac pugna atrocitate, tantoq₃ rerum discrimine Federici præsentia plurimum contulit. Nam victus necessitate in aquum se inferri cum iussisset, laborantibus in tēpore affuit: quæ acies inclinabat, recentem militem summisit, hortatus pro loco ac tempore, vt alij sensim cederent, quos in locum iniquum progressos intelligebat: alij obdensatis hastis, gladijsq₃ cuneo factō, cōfertim hostem repellerent. Agnouit Feltrensis miles imperatoris sui artes atque consilia: itaque nunc sensim cedendo, nunc acri conatu propellendo effecit ne ingēs ea nocte clades acciperetur. Repulsus à vallo atque à porta Picininus in castra redijt, ignibus qui è fragmentis hastarum incensi sunt, lucem, facesq₃ ministrantibus. Mane vbi Sol illuxit, magna hominum, maior equorum strages apparuit, sœda terra facies truncis, cruore, cadueribus. Cernere erat in ipsis castris ferè frenum quonque cum peditem, tum equitem, qui in pugna

pugna non cecidisset vulneratum, sauciorum gemitu tabernacula resonare, equos, viros passim animā agere, alios caso aut capto amico dolere, alios aut sua, suorumq₃, aut hostium fortiter facta referre. Erant qui imperatorem suum, qui hostiū duces aliam ob causam aut laudarent, aut accusarent, nemo tamen qui non fessum se atque defatigatum diceret, tantum praterita dies laboris arumnarumq₃ attulerat. Igitur nocte insequente Federicus, Alexanderq₃ communicatis consilijs, veriti ne hostis positus à tergo castris, pabulationem ac regressum prohiberet, magno silentio egressi, summa etiam diligentia adhibita, ne discessus hosti nunciaretur à perfugis, equis, qui grauius vulnerati erant, relictis, sarcinarumq₃ inutili onere, magno itinere breui spacio cōfecto, trans Truentum proxime Cryptas amaras se recipiant. Quos eo die Picininus parum cum posset assequi, postridie ad Truentum peruenit, eo consilio, ut illos insequens in eam Picenī partem, quae nūc Marchia dicitur, bellū transferret. Sed retrāctus à Caldoris, principibusq₃ alijs factionis Andegauicis, metu Matthaei Capuani, & Alphonsi, Iniciq₃ Daualorum, qui cū Enneco Geuara ad Amonis Vastū non exigua equitum manu aestuabāt, quorum ipsi praeda futuri essent, in Theates paulo post regreditur. Reuerso confestim Frācauilla, Bucclanicum, Villamagna, Lancianum impellente Tuccio Ricio, cuius magna in eo populo autoritas erat, sese dedidere. Quibus deditis, Sarum transgressus (quod interea Ennecus cum fratribus in Campaniam ad ferendam regi opem festinarat) omnem eam regionem paucis diebus cepit. Quaeq₃ enim oppida, quiq₃ proceres, primatesq₃ in Feretanis erant,

statim ad Picininum nuncios de deditioe misere. Arcium praefecti post admotā tormenta cum de auxilio desperarent, paucis post diebus fidei Picinini sese permittunt. Quo facto, expugnatisq; magno labore plerisq; castellis, quae in finibus Theatinorum erāt, Matthaeum intravrbem inclusit. Tum restitutis oppidis Antonio, Caldorisq; alijs quae sub Alphonsorege amiserāt, ijsq; cum parte copiarum relictis qui darent operam, ne quae incursiones à Matthaeo fierent, ipse per fines Pelignorum in Marfos profectus est. In itinere Sulmonenses, item Ioanna Celana, & Petrus Cantelinus Populensis comes, missis oratoribus ei se dedidere: ac paucis diebus Marfis, Pelignisq; vniuersis praeter Tallacotium captis, aut deditis, nactus occasionem occupandi Tiburis, Romaeq; potiunda, Sabiorum fines ingressus, plurimis castellis direptis, Syluestrum Lucinium cum mille equitibus, peditibus sexcentis praemisit, qui Tibur prodentibus praesto esset. Verum opera Iordani Columnae cardinalis irritò incepto redijt. Nam Iordanus quanquam aduersus regem cum Picinino consenserat, maluit tamen Romano pontifici fidem seruare. Igitur Syluester in Palumbaria agrum digressus (nam Iacobus Sabellus Picinini partibus fauebat) Latium, propinquosq; vrbi agros ita vastauit, vexauitq; ut metu, terroreq; cuncta compleuerit: magna etiam pecunia, per speciem induciarum, finitimis e populis comparata. Quae res Pium pontificem magnis diurnis, nocturnisq; itineribus (nam ea tempestate Sena agebat) properare Romam compulit. Interea Franciscus Sfortia, cum intellexisset parum prosperè, ac pro antiqua gloria ab suis pugnatum, veteri exercitu paucis diebus restituto, nouo etiam scripto, ac misso Donato, quem no-

nis copijs praeferat, iussit utrunque imperatorem cum
 omnibus copijs in Sabinam ac Latium cum primo quo
 que tempore proficisci. Qui iunctis simul exercitibus cum
 Antonio Picholomineo, quē Pius copijs suis praeferat,
 adversus Sabellū ac Sylvestrū bellū gererent. Sed quōd
 hyems iam appetebat, expugnatis aliquot castellis, ma-
 turē in hyberna cōcessere: quod etiam ab hostibus factū
 est. Nā copijs diuisis Picininus Sylvestrū Palūbaria, Ioā-
 nē Comitem & Carolū Ballionem cū parte copiarum
 in Marfis collocavit: ipse Hortonem profectus, reli-
 quos in Marrucinis, Theatibusq; distribuit. Quoniam
 autem ab sapientibus traditum est viris, nihil eodem
statu, quo est ortum permanere, quid mirum, rerum,
ac locorum nomina cum etatibus simul immutari? I-
 gitur ne ijs, qui vetera sequuntur, nova quoque ignota
 sint nomina, placet quae nunc sunt, & quae olim fuere
 appellationes regionum, in quibus à Picinino bellum
 hoc gestum est paucis describere. Aprutium vnde no-
 men ceperit, affirmare vix ausim: alij enim ab apris
 ductum putant, quōd cum asperissimi montes, silvestri-
 aq; admodum in eo sint loca, apris inde frequentibus
 abundet: alij, quōd pars quaedam eius Pracutinorum
 quondam esset, corrupto nomine pro Pracutio Apru-
 tium dictum volunt. Sunt qui à locorum asperitate de-
 ducant, factumq; ex Asprutio Aprutium velint: idq;
 nomen montanis primò locis inditum, post verò ab ijs
 qui regum vectigalia exigerent, paulatim productum
 plures simul regiones complexum esse. Siquidem Mar-
 sos continet, qui nunc in Tallacotienses, Albenses, Ce-
 lanenses, Aquilanos, Mareriosq; distributi sunt, etsi Sa-
 binorum bi quadam ex parte, quam Marforum olim

magis fuere. itemq₃ Carpsolanos. ad hac Piceni partē
 quæ à Truento Aternum vsq₃ hinc Aquilanorum mon-
 tibus, illinc Adria continetur. Isq₃ ager ab ijs, quæ in ea
 regione sunt, oppidis nomen accepit, vt Teramanus, Ha-
 drianus, Pinnesisq₃. Nam quæ pars maximè septentri-
 ones spectat, olimq₃ Sabinorum fuit, ea nunc Mōtanea
 uocatur. Peligni cum in treis olim diuisi essent partes,
 quæ in plano sita est (eam incola Valuam nomināt) in
 qua Sulmo est nobile, ac frequens oppidum, totiusq₃ re-
 gionis emporium. Reliquæ partes duæ, ob cæli inclemē-
 tiam ignobiles factæ, desertæq₃ penè à cultoribus, pa-
 bulum æstate pecudibus ministrant. Quod ab ~~Alfano~~ et
 Saro, id est Piscaria, & Sangro fluminibus, ac Maiella
 & Coctia montibus clauditur, Hadriaq₃ alluitur, in
 qua sunt Horto, Lancianum ac Theate, olim Marruci-
 norum fuit, in quibus Theates præstabant. Quod est à
 Saro Trifernum vsque Ferentani tenebant, mons ho-
 die quoq₃ Ferētus dicitur. Post quos sunt Dauni. Feren-
 tanorum quondam celeberrimum fuit oppidum Isto-
 nium, nunc est Vastum ab Amone agnominatum. est in
 eo tractu celebre oppidum Atissa à Pelignis per Apen-
 ninum, quæ in meridiem vergit, Samnites, ac Campa-
 niam percingit, Vulturno flumine dirimente, qui a-
 grum Venafranum ab Iferniesi diuidit. Hac loca Sam-
 nites olim tenebant. Caterùm Aprutium uniuersum
 regum præfecti in parteis distribuunt duas. Nam quod
 ab Aterno ac Marforum clauditur montibus, id vltē-
 rius Aprutium appellant: quod Marrucinos, Pelignos,
 Ferentanos, & partem Samnitiū complecti diximus,
 huic citeriori Aprutio nomen fecere, vtrunq₃ Pisca-
 ria (vt dictum est) flumina dirimente. Sed redeo vnde di-
 gressus

gressus sum. Ferdinandus accepta Sarnensi clade, cum se Neapolim recepisset, Pyrrum Baucium, Ennecum Geuaram, Inicum, & Alphonsum Daualos, qui nuncio gladii accepto statim se in Campanium contulerant, cum equitibus quadringentis, & aliquot peditum cohortibus, Acerris, Robertum Ursinum Auersa cum praesidio imposuit. Ipse nunc Capua, nunc Neapoli agere, reliquias exercitus colligere, pecuniam quantam posset, publice, priuatimq; conquirere, equos, arma, tela undiq; cogere. Hoc tempore maximè cognitum est, ~~ciuium beneuolentiam, diuitiasq; non eos qui in araribus illati essent, regum thesauros esse.~~ Nanque eques, mercator, opifex, nobilis, ignobilis, inquilinus, etiam sacerdos certatim regi pecuniam maxima pars sponte, pauci rogati offerre, atq; elargiri, alij bellatorem equum, alij mulum clitellarium: erant qui thoraces, loricas, arma, tela, hastas: qui pannos vestiendis militibus, qui coria loricandis equis, telas faciendis tabernaculis, nullū denique rerum genus omitti, quod reficiendis copijs, atque instruendis militibus conduseret. Isabella regina nunc in templis, nunc publicis in locis sese ciuibus ostendere, preferre paruos liberos, Alphonsi nepotes dicere, qui de populo Neapolitano tātopere esset benemeritus: ciues sos esse Neapolitanos, Italici generis, apud ipsos genitos, altos, educatos: non Gallicam praeferre insolentiam, non peregrinos mores in urbem illaturos: cum ipsorum liberis, ac nepotibus atq; acturos: cum ijs diuitias, honores, magistratus distributim partituros: cum ijs pueritiam, cum ijs adolescentiam, cum eisdem quoque senectutem exacturos, regias opes, regni administrationem in eorum arbitrio ac manu futuram. Se

verò quidnam aliud curaturam, quàm vt publicè, priuatimq; Neapolitani populi patrociniū gerere videretur? Hæc dicendo, lentos excitabat, excitatos impellebat, impulsos confirmabat, ipsa magna & excellēs habebatur. De qua quoniam res admonet, pauca dicā. Isabella pater fuit Trifianus, comes Cupertinensis, ex Claromontia familia, qua in Gallia vltiore habita est nobilissima: mater Catarina, Ioannisantonij Tarētini, qui bellum hoc excitauit, vtroque è parente soror. Patre mortuo, Ioannesantonius eam, qua minima natus erat, cum quatuor sororibus Lipij in Salentinis habuit, atque educauit. Post collocatas autem sorores, & Alphonsi victoriam, auunculi opera, Alphonso etiā cupiente, Ferdinando nuptui tradita est: quem pater in regno Neapolitano heredem instituerat. Ipsa statim à primis annis mirum pudicitie ac continentie studium præ se tulit, domi parca, non tamen alieni appetens: forma quantum dignitas posceret studiosa, religioni non sine superstitione dedita, facilis aditu, in responsis libera magis quàm aspera, magno animo, magno consilio, constans in aduersis, lenis in prosperis, populari eloquētia, quæq; nihil fictum aut compositum præferret, in sti atque honesti etiam ad contentionem colens. Quominus autem gratitudinem exercere atque liberalitatem posset, mors prohibuit. Bello enim finito, rebus tamen regni nondum planè compositis, Neapoli diem obiit, cum sex iam liberos enixa esset. Mors eius vulgo molesta, quòd vitam longè vtilissimam omnes præsertim boni arbitrabantur. Igitur rex aliquot turmis equitum restitutus, militibus etiam è classe accitis, circiter

Iter Idus Octobris Capuam mouit, ac direptis Formiculis, finitimisq³, aliquot castellis in deditionem acceptis, aduersus comitem Cerretanum profectus, confestim eum ad deditionem compulit, Carolo maiore natu è filijs obside accepto. Inde à Terrecusanis arcessitus, die vno vniuersa Caudinorum castella recepit, arce Aërola in quam mortales multi confugerant, circumfessa, & Alfonso Daualo cum praesidio illic relicto qui obsidioni praesset, repenteq³, aduersus Franciscum comitem Casertanum profectus, Ducentam diripit, Munitianum incedit, Vallem ad deditionem cogit: ac paulo post Francisco dedito, Pomilianoq³ recepto, Argentium circumfedit: quo minus autem rex oppido per vim potiretur, tempestates prohibuere. Nam cum brumam appeteret, increbuere tempestates, adeo ut pleraque tabernacula discinderentur, aut torrentibus correpta haurirentur, qui è finitimis deuoluebantur montibus, equis, uirisq³, simul immersis, demum corruptis omnibus, militaria etiã tuguria, quae pro tempore stramentis constructa fuerant, passim natabant: foedi dies, noctes longè foediores erant. Quod sentiens Matthaeus Extendardus, cum etiam speraret Vrsu, quem Tarentinus Campania decedens, quadringentis cum equitibus Nola reliquerat, comparatis auxilijs subsidio venturum deditionem differebat. Tandem cognita regis constantia, militumq³, pertinacibus animis, Ferdinandi se fidei permisit. Quod idem paucis post diebus Iacobus Galeota, qui Harpadium cum praesidio tenebat, secutus est. Nam & Iacobus quoque ad Andegauenses defecerat, post rem in Brutijs aduersus tumultuarias bene gestam. Interim qui in Aërola arce circumfess

si premebantur, cum se vndiq₃ circumuallatos intelli-
 gerent, & spe annonag₃ deficerentur, ne quicquam a
 Vrso subuentione tentata, & iam rex cum omnibus a-
 desset copijs, pacti corporum incolumitatem, arcē tra-
 didere. Quā tradita, Ferdinandus, quod cœli fœda vis
 ferri vltra nequiret, in Montifusculi vicos ibidem by-
 bernaturus concessit. Nam Tarentinus, Ioannesq₃ Lu-
 canis ac Campania relictā, in Hirpinos primò Iesual-
 dum, post Vallatam Charistrusq₃ inde in Apuliam fini-
 timaq₃ in loca discesserant. Satis enim constat, Taren-
 tinum cum videret Ferdinandi res prostratas, Gallūq₃
 sibi praesidentem, mutato consilio, rebus suis ita consu-
 luisse, vti relictā Campania, Ferdinandum penè circu-
 seßum, ad erumpendum inuitauerit: clām etiam mis-
 sis ad Isabellam nuncijs, qui bonum eam habere animū
 iuberent, regemq₃ confirmarent: quippe cum ab ijs, qui
 Ioannis res solum spectarent de se capiendo consilium
 initum aut sensisset, aut propter metum, qui ei sum-
 mus inerat, suspicatus esset. Per eosdem dies, ac post le-
 befactatos admodum Argentij muros Robertus Sanse-
 uerinius, comes Calatinus, quem Franciscus è Gallia ci-
 teriore, propter singularem virtutem ac rei militaris
 disciplinam cum exercitu miserat, è portu Formiano
 soluens, ad regem cum paucis venit: cuius aduentus nō
 gratus modò, verum etiam expectatus regi fuit: tum
 quia vir bellicosus & acer, atque in victorijs enutritus:
 tum quod Francisci sororis cum esset filius, magnam po-
 pularibus spem, maiores regi spiritus excitauit. Huic
 ē naus descendenti præstò ad litus rex fuit, declarauit-
 que, quo sua, quo hostium res in statu essent, quid illum
 agere vellet, quid ipse pararet, cuncta simul aperuit: et
 primo

primo quoque tempore, vt equite in nauibus imposito, exercitum omnem è Formiano ac Fundano in Baianũ traduceret, ac Puteolanum agrum hortatus est. Hæc duobus fermè annis gesta.

FINIS LIBRI PRIMI.

IOANNIS IOVIA-
NI PONTANI RE-
RVM SVO TEMPO.
RE GESTARVM

LIBER SECVNDVS.

INITIO insequentis anni, qui fuit millesimus quadringentesimus sexagesimus primus à CHRISTI natali die annus, Robertus Sanseuerinius quod in partois Andegauienſeis, desperatis Ferdinandi rebus inuitus declinaſſet, aspirante iam regiſ rebus fortuna, cum de ſe regi conciliando conſiliũ cepiſſet, clam ad illum miſit, qui reditum eius in Campaniam inuitaret. Itaque rex circiter Idus Ianuarij ex hybernũ mouens in agrum Veſuuinum magna cum parte copiarũ proficiſcitur. Nec multis poſt diebus Robertus ad eum venit, vbi communibus de rebus cum diutius conſultaſſent, tandem placuit, vti ille cum Roberto Vrfino, & parte exercitus Coſſentiã maturaret, ad ferendum ar-

ei auxilium, quæ indies arctius premebatur. Hi matu-
 re necessarijs ad expeditionem comparatis, paucis die-
 bus magno itinere confecto, pluribus interim castellis
 captis, aut deditis, Campanianũ cum ad flumẽ perue-
 nissent, non longius duobus millibus passuum à Cossen-
 tia, ubi instructo exercitu, tantisper in acie steterẽ, do-
 nec præmissa turma equitum, de aduentu suo Francis-
 cum Siscarem, arcis præfectum, certiores fecere, quĩ
 septem iam menses inclusus tenebatur. Inde ad Castel-
 lum Francum profecti, partim intra oppidum, partim
 sub mœnia confedere. Quo tempore Lucas etiam San-
 seuerinius affuit tribus cum peditum millibus, equiti-
 busq, sexcentis, Roberti voluntatem secutus. Hi consi-
 lijs prius communicatis iusserũt milites corpora cura-
 re. postridie autem albescẽte cœlo, iussis militibus se ad
 pugnam parare, instructo agmine Cossentiam petunt.
 est ante urbem propter Bissentum flumen locus, cui no-
 men est, ad Reuocatos, forum rerũ venalium. Huc post-
 quam duces cum exercitu peruenere, inito simul con-
 silio, cohortati milites, vt se præda magis quàm pugna
 accingerent, decreuerunt montem occupare, qui arci
 ab occasu aduersus est. Is mons magna manu à Nicolao
 Antonio Caruleio tenebatur. Namq, hostes de aduen-
 tu Robertorum edocti coacta manu septem milliũ pe-
 ditum è propinquis oppidis, montem occupauerant. E-
 quites magno impetu facto, peditẽ monte faciliẽ deij-
 ciunt: qui pugna parum assuetus, ubi equitem confer-
 tis ordinibus inferri vidit, pars abiectis armis, fuga si-
 bi consulit: alij dum hortante Caruleio certamen in-
 eunt, irruente equite aut capiuntur, aut vulnerantur:
 nec multo post vn̄uersi in fugam versi, montem libe-

rum

rum equitibus relinquunt. Quocirca duces victoria ac celeritate freti ne quod ciuibus tempus ad prospiciendum relinquerent, statim è monte descendunt. Sisca-
 arcis praefectus, praemis qui rem certius explorarent (verebatur enim ne fraude peteretur) vbi superata cõ-
 ualle, venire ad se copias instructas vidit, & vtrumque
 ducem, signa militemq; cognouit, cohortatus uti rem
 impigrè gererent, intra arcem eos accipit. Tum Rober-
 tus Vrsinus, quò spe, animisq; militem impleret, quod
 etiam celeritatis praesidio vtendum intelligebat: Mili-
 tes, inquit, in vrbe vobis prandendum est. Mañti virtu-
 te estote, vallum mecum rescindite. Quo dicto accensus
 miles, alius vallum rescindit, alius aggerè diruit, pars
 cominus pugnans munitionem peruadit. Qui pro mu-
 nitionibus pugnabant, vix prima impressione sustenta-
 ta, proiectis armis sese fuga mandant, quibus immix-
 tus pedes decliuem per locum nullo vltra obfistente, vr-
 bem ingreditur. At ciues repentina re attoniti, nõ ob-
 uiam ire hosti, non arma capere, non abiectis repagulis
 vrbis vias obsidere, alius domo sese includere, alius mi-
 liti manum dare, pleriq; in templa confugere: mulie-
 res, impuberes, senes clamore, lamentatione, eiulatu
 caelum implebant. Militum irruptionibus, portarum,
 claustrorumq; fragore tecta viaq; resonabant. Interea
 Vrsinus vrbis porta securibus effracta, equitatum im-
 misit. Hic verò tota vrbe peruagatus miles, quòd tunc
 omnino capta vrbs videretur, nihil reliqui facere, non
 profanis, non sacris parcere, pro cuiusq; ira ac libidine
 res geri, rapi virgines, matres spoliari, pueros è paren-
 tum complexu diuelli, luctu ac miseratione ciuium nõ
 domus, non via, non templa vacua esse, omnia demum

acerba, fœda, crudelia in victos fieri. Interdum victores ipsi, dum alius alij præda cupiditate vim infert, arma in se conuertunt, adeò miserabilis facies direptionis erat. Capta igitur ac direpta vrbe, cum fœda etiam tempestates accidissent, diebus aliquot militi ad quietem concessis, de communi ducum sententia placuit, productis ex vrbe copijs, magno prius in arcem comineatû conuecto, finitima loca tentare. Itaque magna cum fiducia, maiore hostium metu Cossentia egressis, Silanû statim deditur, inde Martoranum ac Neocastrum. Nã Centilia, Franciscusq, Neocastrensis comes, diffisi manibus Maidam concesserant. Neq, ita multo post Bisini anum per vini captum. Quorês regionẽ vniuersam longè maiore formidine impleuit. Oppido enim in editis ac præruptis locis sito habitatoribus frequenti, quo inermi vix militi patere accessus existimaretur; primo impetu expugnato; nihil ijs ducibus, nihil tali militi inuium, atq, in accessum fore metus persuadebat: nec aberat, quin breui maximam regionis partem in regis ditionem redigerent. Quod sentiens Tarentinus, cõfestim Iacobum Picininum è Marrucinis arcessit, qui Roberti agros, oppidaq, quæ in Lucanis essent, vastaret. Itaque per Samnites profectus Picininus, Montemaureum ad motis aneis tormentis primùm expugnauit: dein Caluanicum dolo magis quàm virtute captum diripit: parua etiam aliquot castella, vicosq, plurimos populatur: ferro igniq, quæ iret, cuncta vastat, corrumpitq, suos ingenti præda, hostes metu ac pauore plurimo afficit: ut nec rex, licet missosatis cum valida manu Roberto Calatino, eius cohibere impetus posset, & Sanseuerinius incapto desistere cogeretur. Caterùm ille

ille inito cum Vrsino consilio, quo regressus esset eorum
 formidolosior, & hostem lateret, superatis Brutiorum
 saltibus in Apuliam declinauit: magnaꝫ celeritate v-
 sus, Iuuenatium à Tarentino plureis iam menses circũ
 cessum, atque ad vltimam necessitatem redactum, cõ-
 portato frumento fame atque obsidione liberauit. Id
 oppidum tempestate nostra satis celebre, atque habi-
 tatoribus frequens est: atque ut quidam arbitrantur,
 Egnatiolum initio dictum, quòd fortasse diruta Egna-
 tia celebri quondam vrbe, in ea maris ora sita, qui ea è
 elade supersuerant, ibidem consedere. Nam & à Ba-
 ro, qua nunc quoque celebris vrbs est, ac regionis eius
 caput, Barolum in eadem ora sitam urbem, duxisse no-
 men opinantur. Veri tamen est simile, loca illa mariti-
 ma, quo tempore mediterranea à Longobardis primò,
 post verò à Normannis tenebantur, propter asidua bel-
 la, quæ aduersus eos Constantinopolitanis ab Imperato-
 ribus gerebantur, mirum in modum celebrata, mariti-
 misq; aucta comportionibus increbuisse cultoribus,
 ac ciuibus. Caterum veritas ipsa apud eos qui harum
 rerum studiosi sunt, suum teneat locum. Igitur oppidũ
 ipsũ, quanquam mare liberum ac patens habet, tã-
 men eò ne comportari frumentum nauibus posset, à Ta-
 rentino omni arte curabatur. Nam finitima continen-
 tis oppida cum ei parèrent, eò rem perduxerat, vti cor-
 ruptis qua in agris erant omnibus, prohibitisq; rerum
 comportionibus, vix ciuibus paucorum dierum ciba-
 ria superessent. Robertorum aduentus, vt Iuuenatiem-
 sibus pernecessarius, sic Tranensibus, Barolitanisq; ma-
 ximè gratus atque acceptus fuit, cum uiderent regias
 res paulatim respirare, vagariq; per Apuliam Ferdi-

H

nandi copias: atque eo magis, quod plures iam menses occupatis ab hoste vndiq³ finitimis oppidis atque itineribus, vix nūcius ad eos regijs de rebus peruenisset, fama³ omnia aduersa diuulgarat. Roberti confirmatis ciuium animis, communicatisq³ cum Francisco Bauccio cōsilijs, qui Andria dux praerat, Canusium primo, dein Venusiam profecti, vbi cum Masio Barresa, vrbis praefecto, quae de communi sententia visa sunt, composuere, paucis diebus in Lucanos, indeq³ in Campaniam peruenere. Quorum aduentu cognito Picininus, & ipse distributis copijs sese in Apuliam ad Tarentinum recipit, adducta secum Neapolitana Lucretia, cui ea maxime fidebat. Hac est illa Lucretia, cuius per orbem terrarum amores fuere quam notissimi. Eam Alphonsus adamatam propter formae qua praestabat, excellentiam, suauissimam etiam puellae illecebris senex ipse delinitus, diuitijs, opibus, auctoritateq³ ita extulerat, ut plerique arbitrarentur, si Maria vita excessisset, legitima vxoris eam loco habiturum. Alphonso mortuo, Lucretia in arcem sese Venusinam cum thesauris contulerat: quibus cum timeret, quod Ferdinandum bellis exhaustum intelligeret, adduci nunquam potuit, uti eius se fidei crederet, quin etiam clamorem hoste consentiens, parum amica consilia agitabat animo, metu, atque ambitione praeceps. Interea appetente iam Vere, Pius Pontifex Maximus, Antonium sororis suae filium, mille cum equitibus, ac peditibus quingentis maturare ad regem iubet. Praerat ijs Ioannes Comes vir impiger & strenuus, atque in rebus bellicis maxime exercitatus, quem nuper magnis stipendijs, maioribus pollicitis Pontifex a Picinino destraxerat. Hac sal-
tu Mi-

tu Minianensi impig: è occupato, ac rescisso aggere ad regem, qui per id tempus Capuæ agebat, peruenit: confestimq; aduectis ex vrbe machinis, ac tormentis aeneis, Castellum, quod est ad Vulturni ripam, quæ mare illabitur, oppugnare adortus est: quod cum à Marino Martiano impositis teneretur presidij, miles ipse presidarius campos Leborios, omnemq; Campaniam, quæ cù Vulturnum esset, populationibus infestabat. Oppidani, quiq; in presidio erāt, diffisi moribus, paucos postquam oppugnari cœptum est dies, deditionem fecere. Inde Antonius, Ioannesq; Scasatum profecti, castellum aggrediuntur. Cum autem oppugnatio ipsa difficilior esset, quod castellum in insula positum; Sarno flumine cingitur, turrim quater duabus è regione bombardis incipiunt. Ea quanquam maxima crassitudine, biduo tamen continenter quassata, ruinam facere quum cœpisset, pontem ab ea parte comportat: materia extruunt: quo strato per ruinam turris milites ingressi castello potirentur. Quod veriti Castelliani, sese Antonio dedidere. Per idem tempus, Marcus Antonius Torellus, & Petrus Paulus Aquilanus, alter cum equitum turmis sex, alter cum duabus à Francisco missi, iunctis cū Matthæo Capuano copijs pleraque oppida, quæ in Pelignis, Marrucinis, Ferentanis, Praecutinisq; æstate superiore ad Picininium defecerant, facile recuperare ciuium animis in regem inclinantibus. Quæ res Picinimum ex Apulia statim reuocauit. Nam longa naui è Manfredonia Turinum, mox Hortonem delatus, audita obsidione Loretana artis, quam Matthæus recuperato oppido acriter oppugnabat, lectis cum peditibus Moscosum profisciscitur: vbizquites, quos diuersis è lo-

eis arcessebat expectare decreuerat. Scafato dedito, Fer-
 ci iandus iunctis simul cum Antonio copijs è Campa-
 nia mouit, eo consilio, vt in Apuliam profectus segetes,
 qua matura in agris essent, corrumpere. Paucis tamē
 diebus in oppugnando Monteforti frustra consumptis,
 per Samnium iter faciens, aliquot etiam castellis in i-
 cinere receptis, cum ad Apēninum peruenisset sub Sa-
 binianum confedit: inde superato monte, cui nūc Cre-
 picorio nomen est, in Apuliam descendit: positisq; ad
 Troiam castris, finitimos inde agros pluribus diebus va-
 stauit. Erat autem vastandi genus duplex, quod qua mi-
 nus matura erant segetes ad equorum pabulum, qua
 iam matura, ad vsum hominum secabantur. Cum e-
 nim rei frumentaria laboraretur inopia, nullaq; esset
 panis in castris copia, triticum abenis excoquebatur,
 in cibum tum peditum, tum equitum. Cumq; morta-
 les permulti montanis ex oppidis, & in ijs mercatores
 penuria frumenti ac lucri gratia veniret in castra, ad
 frumentationis famam, inde miles vastationi factus
 est intērior ob lucrum ac laboris pretium. Itaq; castra
 ipsa ad mercaturam penē conuersa, horreū quasi quod-
 dam ea astate prabuere finitimis. Exstitit autem ipsis
 solstitij diebus frigoris tam atrox vis, vt necesse fuerit
 vineta concidi, ac frugiferam quaque arborem ad i-
 gnem castrensisvsum: res sanē rara, atq; annotatu digna
 propter temporis ac regionis illius naturā. Vastatis igi-
 tur Troie subiectis cāpis rex inde mouens, sub Vultur-
 nium cōfedit, simili euastatione in agro Lucerino vsu-
 rus. Quo tēpore aliquot etiā castella, qua ad radices mō-
 tium, quaq; in ipsis sunt iugis posita deditionem fece-
 re. Quo minus autem Lucria tentata fuerit, Ioann.

prajen

praesentia obstitit, qui satis magna equitum ac peditū manu urbem tuebatur. Qua è re leuia quotidie praelia diuersis locis cōmittebantur. Adhæc Estensis Hercules, qui Fogia cum praesidio praerat, discursanteis regios à liberis populationib. prohibebat. Inde rex Sactum Seuerinum petens oppidum, insequenti die recipit. Oppido enim egressus Nicolaus Rosa, cuius propter opulentiam magna inter populares erat autoritas, impetrata venia, seq̃, & oppidum regi dedit, quod iam diutius in fide haud permansit. Dein rex ad Turrin, qua Dragonaria dicitur, motis castris, tentauit Carolum Sangrium, sub cuius ditione finitima erant castella, ad deditionem pellicre: profectusq̃, ad Turrin maiorem alloquendi illius gratia, irritò inde incœpto redijt. Quippe cum soluto statim colloquio, Carolus Luceriā ad Ioannem profectus, regem ludibrio habuerit, arbitratur facile illum ad se traducturum. Nam Ferdinandus, quod Honorati Fundani, fidelissimi sibi reguli Carolus gener esset, per illius homines, quos ea de causa ad se accierat, moturum se adolescentis animum ratus, multis ac magnis eum promissis per eosdem onerauerat. Sed ille quanquam adolescens, astu tamen instructus, atq̃, consilij dubius in initio subblanditus est regi, dum hac ratione dies plureis tereret, quibus prateritis, regem intelligeret siti, atq̃, ardoribus exagitātū, suis è finibus cum exercitu discessurum. Hac deceptus sperex, frustra, ab adolescēte habitus, Rhodum, quod est oppidum ad mare situm vniuerso cum exercitu profiscitur, vastissimam per planitiem, ac cultoribus vacuam, & arborum, atque aquarum indigam.

Itaque canes, equos, iumenta cernere erat passim
 aestu exanimata cadere: pueros armigeros ex equis re-
 pente delabi, pedites, equites itinere, calore, siti, agmē
 deniq, vniuersum viribus iam defici. Cū iam ad aquas
 peruerū est salsas, ibi verò aquarū ipse aspectus, & fon-
 tium species blanda (nā quo salsior est, eo apparet aqua
 limpidior ac magis lucida) qui primi agmē praibant,
 eos repētē gaudio, letitiāq, affecit. Itaq, testari accla-
 mationibus letitiā cū cōpisset, & inuēta flumina, fon-
 tesq, cōpertos significare, redditusq, inde ab insequē-
 tibus clamor cū esset, vniuersum agmen ad maturādū
 excitauit, erexitq, languentium animos. At vbi gusta-
 ti cupidē initio fontes falsi apparuere, repētē ibi ē gau-
 dio tristitia exorta est: castra tamen haud longē posita
 in campis, locisq, hortensibus, sub Caprinū castellum,
 quod propinquum cū esset, statim sese dedit, sollicitā-
 ribus qui ē Marrarū familia in castris erant, cuius fa-
 miliae proxima castella antiqua sub ditione fuerant.
 Approperata à castellanis, volentibus quidem animis,
 pro ea qua illic erat copia, vina, panis, aliaq, cibaria:
 atq, ē vestigio in castra per lata, itinere atq, aestu cōse-
 ctos milites aliquantum refecēre, praesertimq, horten-
 sia quorū non exigua in agris reperta est copia, quippe
 cū maturi, immaturi, ac crudi pariter ac mites fo-
 tus promiscuē absumpti. Processum inde mitiora in lo-
 ca, castraq, secundū Pantanū statuta. Rhodq, igitur re-
 cepto, ac praeter Vostas castellis omnibus, quae in ea Gar-
 gani parte cōstitutae sunt, refectōq, paucis diebus exer-
 citu, noctu maximo itinere cōfecto, manē sub montē
 Sancti angeli, quod oppidū summo ē iugo, in quo est po-
 situm, aequinoctiali ab exortu pelagus, a meridie subie-
 ctos

Ætos Apulia despectat campos: Vriosq; eos mōtes ab antiquis dictos nō temerē quidā pertendunt, in ijsq; Veneris celeberrimū fuisse quondā templū, vniuerso cum exercitu rex improuisus apparuit. Cuius repētino aduentu eō atrocius consternati sunt ciuium animi, quod maximē tutos sese antea arbitrati essent, montium asperitate, aquarumq; inopia, ac pabuli. Tentatis igitur oppidanis, quo minus sese dederent, obstitit presidium a Ioanne missum. Itaq; paratis ad oppugnādum necessarijs, tertio rex die, qua parte neq; fossa ab oppugnatione distinebant, neq; rupes ab ingressu deterrebant, milite, dispositis circum balistarijs, sclopetarijsq;, quorum magnus erat in castris numerus, acri oppidū praelio adortus, vulneratis aut caesis maxima ē parte defensorib. cū tribus circiter horis pro muris pugnatū esset, comminutis, ac deiectis nō semel scalis, instaurata sapius pugna, cohortantibusq; subinde ducibus, eiectis ē muro propugnatoribus paucorū pertinacia, vno simul tempore pluribus locis miles irrupit, perq; humiliorem turrim facto aditu, peditū pars maxima ac gregariorū immissa est manus, moxq; effractis portis omnis multitudo ingressa: paucis in ipso ingressu ē presidarijs caesis, reliqui in arcem sese recepere. Direptionis huius facies multo maximē miserabilis fuit, irritatis militum animis pugna ardore, ac multitudine omni simul irumpente, spe prade incitata. Nam quod oppidū ipsum frequens, atq; opulentū esset, quodq; propter sitū maximē securum, atq; ab hoste tutū existimabatur, perueulgatum erat, ē finitimis vrbibus, præsertim Mæfre donia, lucupletissimos quosq; ciues clanculum à se cāportatos illuc thesauros amicis, aut templorū sacerdo-

tibus commendasse. Itaq₃ non sacra, non profana ab vi,
iniuriq₃ tuta erant, dum occultos thesauros miles ex-
quirat. In viros ac mulieres seuissima suppliciorum ede-
bantur exempla, maximeq₃ sacris in adibus sanctum.
Itaq₃ sepulchra eruta, spoliata donaria, direpti loculi
venerabilium reliquiarum, ara etiam sanguine foeda-
ta, ac polluta adyta. Quodq₃ mulieres, atq₃ imbecillior
sexus eo cōsugerant quisq₃ pro libidine trahere, verbe-
rare, cadere, infantes à matrum complexu diuellere,
ac solo sternere, rapere pueros, violare virgines: nec de-
esse, qui seminarū pudendas partes insertis digitis cō-
trectaret, dum gemmas, vnionesq₃ aut preciosum ali-
quid putant illic abditum. In ipsos quoque tribunos ac
duces tumultuatum, dum parci imbecillo sexui, ac sa-
cris imperant. Rex Michaelis angeli templū statim in-
gressus, claudi illud iubet, demādata fidelibus viris cu-
stodia: in quo prater ciuium priuatam pecuniam adi-
timis commendatam, auri atque argenti sacri magna
vis reperta, eaq₃ regis iussu à scribis notata, atq₃ à que-
storibus in castra, atq₃ in ararium relata est. Quam ta-
men omnem parta post victoria (sic enim conceptis iu-
rauerat verbis) referendam in templum summa dili-
gētia curauit, singulaq₃ restituta sunt, atq₃ à bonis re-
fecta artificibus, in ea qua fuerāt antequam in numos
conflarentur, forma. Nec verò alienum fuerit (quoniā
in templi mentionē maxime augusti incidimus, ad cu-
ius antrum ab ultimis terrarum finibus annis singulis
plurimi mortales soluendis votis accedunt) de eius ini-
tijs quaq₃ ab antiquis autoribus habeo comperta, pau-
ca pro meo instituto referre. Est natiua specus durissi-
mo è saxo, in quam multis gradibus, caterū non lato
admg-

admodum aditu descenditur, specularibus quibusdam lumen præbentibus. Vestit eam parte superiore, qua natiua ipsa quidem ac perrimosa testudo est, è quercu vastaproceritate, lucus muris tamen circumdatus, pecorinequa pateat ingressus. Antè verò quàm descendere in antrum incipias, adificia extant manu facta elaborato è lapide. Vbi verò antrum in imum descenderis, quæ specus diffunditur, mira animû religio subit, loco ipso subobscurò, & horrido, solaq; natura cõstituto. Admonent religionis tabellæ, votaq; passim suspensa titulos indicantia. Vbi verò aræ admotis ad numinis procumbes statuâ, loco solo & ab hominum accessu semoto, repete inhorrescit tacito metu animus, atq; in diuinarû tantum rerum cogitatione versus, in preces, suppliciaq; effunditur. Augent venerationem aliæ item aræ, nullo sumptu, nullo artificio factæ, quibus natura ipsa videtur locum statuisse. Cur autem Michaëli potissimû dedicata specus fuerit, hæc à maioribus tradita cõperio: annos quidem supra noningentos, atq; amplius repetita, qua quidem tempestate Heruli, Gotti, barbaraq; aliæ quadam gentes per Italiam bacchabatur, Garganum quendâ, ciuem Sipontinum, cuius pręgrande armentum Gargano pasceretur in mōte, à quo & ille nomen duxisset, cum armētalem taurum, qui oberrauerat per sylvas, suis cum pastoribus quaritaret, inuentû tandem eum ad eius, de qua dictû est, spelunca ostium pascentem animaduertisse: itaque ira percitum, contento arcu, summis in illum viribus sagittam emisisset, eamq; vbi tauri tergus attigisset, retrò flexam è vestigio, recuruatq; spiculi acie sagittatorem petisset. Quæ res inter pastores in religionē cum esset versa, tum

*S. Michaelis
Templ.*

Garganum rem hanc sacerdoti expositurum Laurentium adijisse, probatissimæ vitæ antistitem: ibi illum recognita, factiq; admiratione ductum, dierum trium ieiunio indicto, multis etiam adhibitis precibus Deum esse consulendum, Gargano respondisse. Itaque absoluto ieiunio, re sacrarite facta, noctu dormienti Laurentio astitisse Michaelē angelorum principem admonentem his verbis: Mea opera, ac Dei iussu factum Laurenti, qui taurum indicem esse voluerim basilica huius, quam mihi ad inhabitandum cum hominibus in terris paravi: hæc mea est basilica, meum hoc sacrarium apud mortales futurum. Enuncia hæc ciuibus, ut monente me, per te intelligant ea in spelunca, ijs in adytis aboliturum esse me mortalium peccata, qui ad eam confugerint. Quo accepto oraculo, antistes somno excitus, ubi Deo gratias egisset, re populo indicata, summa ciuium cum frequentia venerabundus, indictis supplicationibus, pontificis habitu amictus, ascenso monte ad speluncam procedit: sacraq; ibidem peracta re, non tamen ut ingredi antrum ausus esset quisquam, multum cum precibus, decantatis rite diuinis laudibus, Deo gratias egit, nomenq; Michaelis per omnes laudes celebratum. Riteq; rebus his peractis, Sipontum redijt, magna ciuium lætitia, ingentiq; vrbis vniuersæ gaudio. Nec verò multis post diebus, neapolitanorum exercitus, quorum opes profligatis Beneuentanorum rebus abunde tum pollentes erant, Sipontum obsedit. Igitur sollicito de populo suo antistiti, post indictum dierum trium ieiunium, quo triduo fuerant etiam inducia ab hoste impetrata, astitit rursus dormienti Michael, admonens, & pie, & rite factum, quod per ieiunium ac

preces

preces à Deo auxilium implorasset : Michaelem se angelorum principem , iussu Dei illa dicere , imperareq₃ , vti insequenti die de quarta hora populus vniuersus arma saperet , in hostemq₃ , repente irrueret , se ipsum armatum in acie ciuibus affuturum. Hac igitur populo tuo expectatus differe , ac bono animo esse iube. Hora igitur dicta armatus atque ad pugnam instructus ciuis hostem negligentius agentem improuisum inuadit , fundit , fugat , validis adeo repētē exortis procellis , sinuinq₃ è montis iugo prorumpentibus terrifico impetu fulminibus , vti maxime sæda tempestatis vi , ac fulgurum sexcenti ex hoste exanimati referantur. Fugatis igitur ac cæsis hostibus , sacris Deo Optimo Maximo ac Michaeli ritè factis , cum antistes decreuisset speluncam ipsam (vti moris est , Christianiq₃ , ritus) dedicare , Gelasiumq₃ pontificem Maximum , per id tempus Soracte agentem de ea dedicatione consuluisse , astitit illi tertio Michael , inquires : Mihi egomet nulla adhibita hominum aut arte , aut opera vacuum feci hoc saxum : mihi egomet desertum humano cultu montem dextra hac subaperui , mea ego in lapide hoc vestigia infixi : mihi ego ipsemet adem hanc statui , sacrarium feci , basilicam dedicaui. Quæcunq₃ igitur ab hac ade basilica , sacrario humana dedicatio absit , ritusq₃ omnis abesto humanus. Michael ego sum , qui hoc excava-to saxo , hoc antro , hoc habitaculo , his asidue manantibus stillis abluturus sum , ac deleturus meam ad aram confugiētium mortalium errata. Age expergiscitor sacerdos , ciuibusq₃ , hac tuis dissedito , cumq₃ , ijs simul rem diuinam illic facito , meq₃ , adesse antro meo , sacrario meo , meeq₃ , basilica , tuq₃ , populusq₃ , tuus , mortales de-

nique omnes placatum, atque propitium sciunto. Inde igitur angelo antrum Michaeli dedicatum, spoliando templo regem (etsi ararij premebatur angustijs) magis tamen illud compulit, quod compertum haberet Ioannem post suum statim ipsius discessum cuncta direpturum. Nam & ille grauiore etiam rei pecuniaria laborabat inopia, & ipse decreuerat urbem habitatoribus vacuam, ac sine vlllo presidio relinquere. Nam & arx à Ioanne tenebatur, nec prohiberi poterat quo minus quotidiana presidia noctu praesertim immitterentur. Adhac fama erat Picininum aduentare à Ioanne pariter Tarentinoq³ accersitum. Itaque ne illic includeretur veritus, descendere quamprimùm è monte statuit, cum praesertim exercitus prada omnis generis esset onustus: praeteritaq³ Manfredonia, quae presidio tenebatur, castris ad Sipontum positis pradaq³ vniuersa tutum in locum comportata, quietem militi atq³ iumentis dedit. Quo tempore ingentis multitudinis armentali prada male custodita, atq³ ab latronibus noctu abacta, insequenti die, maxima è parte eques, qui Fogia erat, ea potitus est. Cum autem ab Siponto diruta, & solo aequata vrbe, duplex esset via, altera per Fogiensium, aut Asculanorum fines reuertendi in Hirpinos, aut Samnium, altera per oram maritimam Barolum, ac Tra-num petendi: dum hac partem in vtrang³ agitantur, falsò nunciatur, quod post cognitum est, consedisse Picininum in Lucerinorum finibus, ac tantum non cum Ioanne & Hercule, qui Fogia praesidebat, iunctis simul copijs adesse. Itaq³ communi ducum sententia decernitur, Barolum petendum, motusq³ intempesta nocte castris, per oram maritimam, prope Ausidum metatus est rex.

rex. Die qua insecuta est, castra trans amnem veteres ad Cannas posita, insignem clade quondam Romana vicum, nūc habitatoribus omnino vacuum, inde praeda est omnis Barolum perlata. Quo è loco paucos post dies cum transire in Samnium decreuisset, & iam sub auroram aliquantum spaciū Canusium versus profectus esset cum vniuersis copijs, renunciatur ab exploratoribus, ac levis armatura equitibus, qui agmen precedebant, hostem instructum, paratumq; stare in acie: quo ex improuiso agmē adoriatur sub sarcinis impeditum. Hoc nuncio accepto, rex magno silentio retrò vertere agmen iubet, maximeq; repentinus, atq; inexpectatus Barolum petit: ac secundum fossas, partim in hortis, partim sacris in adibus, quæ sunt extra vrbs mœnia, exercitum collocat: tantus aduentantis hostis terror duces pariter militesq; inuaserat, cum tandem compertum fuerit agmē fuisse ceruorum compascentium, quorum in ea regione belli præsertim tempore maxima est copia. Hi sub matutinum tempus pastui dediti sparsim cum erraret, vbi exploratores sensere equites, in vnum coacti dubia iam luce speciem præbuere hostilis agminis. Castris igitur hunc in modum ad Barolum dispositis, interim dum praeda venditur, quod nouus ex ære numus iactabatur, & Borolitani autore Barnaba Marra nouum as aspernabantur, reuiciebantq; illius vsus, coactus est rex fuso argento, atq; in numum conflato, ex ea pecunia pendere militi stipendium. Fama etiam tenet Iacobum Caldoram, solertissimum ætatis suæ imperatorem, ducentem per Apuliam peditum atque equitum non exiguas copias, eadem specie deceptum. Itaque & conclamatum fuisse ad arma, & in-

structo cum exercitu steterisse eum in acie hostem expectantem: nec nisi aliquot post horas cognitum, errantem in pastu maxime ingentem ternorum gregem esse. Quo factum est, uti Picininus iunctis simul copijs, illum intra urbem penè incluserit. Sunt qui regem criminentur, desedisse illic ob amores tum veteres, tum novos: quibus delinitus magis ipse curaverit, quia ratione amoribus indulgeret, quam quibus artibus hostem falleret. Quod ni e Macedonia Georgius Castriotus cognomen- to Scander, vir fortis, & multis rebus aduersus Turcas strenuè gestis clarus, cum classe repente apparauisset, futurum erat, ut rex aut mari fugam turpiter inde arriperet, aut tentata pugna, in postrema seque, & res suas pericula coniiceret. Cuius aduentu expositis in continentem circiter septingentis equitibus, lectissima virorum manu, cum aliquo peditum numero, Andria præterita hostes iter auertere. De hoc igitur viro pauca dicam, & propter eximiam ac raram eius animi virtutem, & propter insignem etiam gratitudinem. Georgij maiores in Macedonia late magnum imperium tenuere. Verum Amoratho Turcarum Imperatore Græciam vastante vniuersam, Georgius admodum adolescens à patre, quo res suas in pace tueretur, missus est ad illum obses: in cuius expeditionibus ea viri fuit virtus, uti propter liberalitatem, ac fortitudinem agnominatus sit Scander, quo nomine à Turcis Alexander dicitur: vnde hodie, quæ nostra lingua Alexandria, ea Turcica est Scanderia. Post ubi paterno successit imperio, atque ab Mahometo, Amorathi filio, summis oppugnaretur viribus, Alphonsus Ferdinandi pater pecunijs, militaribusq; presidjs amicissimè eum iuuit: diutiusq;

ipse seq₃, resq₃, suas pluribus praelijs fortiter administra-
 ris, Alphonfi opera, auxilioq₃, tutatus est. Igitur eo mor-
 tuo, vbi sensit Ferdinandum in Apulia grauitè ab ho-
 ste premi, conductis mercede aliquot nauibus, decreuit
 & animi gratitudinem, & fortitudinem simul testari
 suam, impositoq₃, in nauibus milite, ad regem in Apu-
 tiam transijt. Huius igitur nomen atq₃, aduentus non
 hostem modo, eiusq₃, turbauit consilia, verum Italianam
 omnem opinionis sue fama impleuit. Vir militari di-
 sciplina, corporisq₃, atq₃, animi viribus aequè clarus ac
 rebus gestis, apud amicum atq₃, hostem maximè in-
 clytus in ore omnium versabatur. Quod si Marinus Mar-
 tianus (vt ad incœptum regrediar) cum ea quam habe-
 bat manu equitum ac peditum in agrum tunc se Cam-
 panum contulisset, cum Nola Vrsus esset, resq₃, Neapo-
 litanas infestissime vexaret, aut in Hirpinos, quorum
 vtrunque facere tutò poterat, haudquaquam Ferdi-
 nando in Samnium reditus aut in Campaniam per id
 temporis patuisset, sine maximo rerum ac vitæ disci-
 mine. Verum Martianus summæ rerum parum consu-
 lens, dum finitimis quibusdam Sidicinorum oppugnan-
 dis castellis tempus terit, regem ipsum ad regrediedum
 pellexit. Qui rebus Apulia Georgio commendatis, cum
 Alexander Sfortia è Pelignis, Marruciniq₃, vbi Sulmo-
 nem, aliaq₃, oppida per multa recuperauerat, quæ anno
 superiore ad Andegauensem defecerant, à rege euoca-
 tus, Samnitum in agris habere castra nunciaretur, &
 Robertus Vrsinus plures iam dies suis cū copijs ad Mon-
 temleonem, ipsisq₃, in Apulia faucibus consedisset, ma-
 gno itinere nocte dieq₃, confecto, Vrsino primum, post
 Alexandro sese coniunxit: communicatisq₃, deinde con-

filijs Flumarim circumfident: conuectusq; à Campa-
 nia tormentis aneis, pluribus diebus concussis mœni-
 bus oppidanos ad deditionem cogunt. Quorum exem-
 plum finitima quoq; castella secuta sunt. Inde in Cam-
 paniam vêtum, hyeme iam appetente, ac viris, equisq;
 tolerare vltèrius laborẽ nequeuntibus; Sfortiano præ-
 cipue equite propter anni asperitatem imperia detre-
 ctante. Cum etiam Vrsus Neapolitanos, atque Auerfa-
 nos agros assiduis excursionibus indies magis ac magis
 affligeret, mariq; ab Ioanne Torella, qui Aenariam ob-
 tinebat, tuti nihil prorsus esset: inter hac Bartholo-
 maus Cardinalis, qui gerente bellum in Apulia Ferdi-
 nando, Beneuenti Pontificias res curabat, per fidelem
 hominem cum Vrso egit, vti Pij opera ad Ferdinadum
 transiret. Nam & Pontifici Maximo rem abunde gra-
 tam faceret, & rebus suis perquam opportunè consul-
 tum iret. Cui cum hereditario iure Nola deberetur,
 quam tunc precario teneret, hanc esse viam recuperan-
 da illius, persuadere summo ei studio conabatur. At Vr-
 sus, qui paternis puer atque auitis exutus bonis fuerat,
 eiectusq; patrimonio, tantam hanc occasionem nactus,
 cum intelligeret Ioannem antonium annis, morboq;
 aggrauatum iam, ita bellum gerere, vt qui animi, con-
 silijq; incertus in diuersum traheretur, decreuit obla-
 tam occasionem frustra labi non sinere. Itaque rebus sic
 compositis, vti Nola, Laurum, Atripaldum, Forinum,
 Asculum, cum agris, finibus, ciuibsq; ipsi, liberisq;, ac
 posteris dominanda traderentur à Ferdinando: qua-
 rum rerũ omnium Pontifex fideiussor esset: Vrsus Nea-
 polim ad regem profectus, iuravit de more Neapolita-
 norum regum in eius verba. Ritus verò iurandi, verbo-
 rumq;

rumq₃ huiusmodi est formula. Seder rex medius regia
 in sella editiore loco cōstituta. Asidēt iuxta primi or-
 dinis optimates, ac proceres. Stant inde purpuratorū
 frequentes ordines loco quisq₃ suo: regis ad pedes geni-
 bus innitens à dextra procumbit parte epistolarū ma-
 gister, qui nunc Secretarius dicitur: sinistra antistes,
 euangeliorum libros regio in sinu adstratos tenēs. Ho-
 rum medius genibus & ipse illa innisus procumbit, qui
 in verba iurat, utraq₃ manu libris ad apertis imposita.
 Ibi epistolarum magister verba prait: quæ iuraturus in
 verba sequitur. Igitur posteaquam Vrsus regios ad pe-
 des prouolutus, palmā in codice utraq₃ expāsā stā-
 tuit, tum magister praitre verba hæc cœpit, Vrsusq₃ ea
 est secutus: Vrsus ego Vrsinus, Nola & Atripaldi co-
 mes, Asculi, Lauri, ac Forini dominus, illorumq₃ &
 agrorum, & finium, ciuium atq₃ popularium, tibi Fer-
 dinādo regi, liberisq₃, successoribusq₃ in regnō Neapo-
 litano tuis polliceor, promitto, spondeo pro liberis suc-
 cessoribusq₃ in hisce itē vrbibus oppidis, agris, finibusq₃
 meis, fidelē meq₃, illosq₃ utiq₃ futuros, tuisq₃ illorumq₃
 imperijs vbiq₃, meq₃, illosq₃ parituros, atq₃ imperatū
 facturos, cū hisce vrbibus, oppidis, agris, finibus, popu-
 laribusq₃ perpetua cum constantia & fide. Siquid ve-
 rò aduersus teue, illosue parari fraudis, dolū, infidia-
 rumue, audiero, sciero, compertumue, significatumue
 habuero indicaturū illud euestigio, ac facturū palmā
 tibiq₃, illisq₃: officia demū obiturum, meq₃, illosq₃ om-
 nia domi, forisq₃, pace bellōque aduersum quoscunque,
 ac pro imperio quæ probi, & fidelis subiecti iurē, lege,
 natura, obeunda ac præstanda sunt regi. Deūque his
 Optimum Maximū testem innoco, perq₃ sacrosanctā

nos in
 grandi fi-
 deli

hac Euangelia sciens, volens, libensq₃ verbis concepit
 iurō. Atq₃ his dictis, manus ipse ē libris sustulit. Tū rex
 Vrsi manus vtriusq₃ digitis pollicibus apprehensis suosq₃
 q₃ intra pollices ipsius insertis, deinxit illos suis, statuitq₃
 super Euangelia. Hic rursus Vrsus magistro præ-
 eunte verba: Ego me, inquit, cū liberis, successoribusq₃
 meis, Ferdinandi regis mei, domini mei, liberorum, ac
 successorum eius, Ligium hominem statuo, dedicoq₃,
 eumq₃ me hic sisto. Hac ter vbi dixit, regios osculatus
 est pollices, rexq₃ ore suo illius os excepit, moxq₃ comi-
 ter appellatum dimisit. Hic est vsitatus iurandi mos in
 verba regum Neapolitanorum: quiq₃ Ligios illorum se fa-
 ciunt, ipsum hunc seruant: dicti inde Ligij, quod ligatio
 reges pollicibus, illos fidei, imperijsq₃ sic suis vinciant,
 atq₃ obnoxios statuunt. Ex ea tempestate Ferdinandus
 Vrsi opera forti, fideliq₃ in maximis quibusq₃ vsus est
 rebus: quippe qui esset magno ingenio, constāti animo,
 fida amicitia, maturis cōsilijs, integra voluntate, ma-
 nu promptus, atq₃ in certaminibus felix, in consulendo
 cautus, in deliberādo minimē temerarius, quiq₃ nihil
 prorsus ficti haberet, atque vt maximē impiger, sic ipse
 parum omnino ambitiosus erat. Regis igitur aduentus
 Neapolitanis ciuib⁹ maximē gratus, atque expecta-
 tus fuit, summaq₃ gaudiū, ac letitia ex aduētū eius de-
 claratio apparuit. Is postquam per aliquot dies ciuib⁹
 atque amicis dedit operam, conuersus inde ad res belli-
 cas, quod ab Ioāne Torella, qui Isclam oppidum, Aetna-
 riamq₃ tenebat insulam, multa mari in prohibendis
 atque abigendis commeatibus indignē patrabantur,
 decreuit occupata insula eum intra oppidum include-
 re, atque à statione triremes arcere munitionibus ad
 oram

oram maritimam erectis. Accedebat huic malo, quod arx, cui ab ovo est agnomen, à Gallis tenebatur, pecunia tradita Ioanni Iuntesio, qui ei sub Alphonso prae fuerat. Ea arx circiter quingentos passus ab Neapoli exeso, & arduo in scopulo posita, iacta mole continenti iungitur. Ab hac ad Isclam arce, quotidiana trirremium; nauigiorumq; aliorum traiectiones fiebant, ac tranquillo tempore mare hinc magis magisq; infestum reddebatur nauigantibus. Demandata igitur re Alexandro Sfortia; alijsq; fortibus ac fidelib. viris, caesaq; in continenti materia, eaq; nauibus comportata, capta primo congressu à militibus qui descensionem fecerant, insula, collocatisq; opportuno loco praesidijs, munitio- nes castrorum in morem eriguntur: quibus perfectis, milites intra vallum collocantur, dispositis per opportuna loca diuersi generis tormentis aeneis, quibus praecipue nauium infestaretur statio. Iscla oppidum edito atque adeo in monte situm, mari olim vndique cingebatur, nunc mole iacta, satis longo tractu insula coniungitur. Mons ipse breui admodum à Prochyta freto dirimitur: inde circum adesis rupibus ab meridie occasusq; mare sinuatur, stationemq; efficit, qua parte post ipsam molem insula procuruato in sinum mari abluitur: statio ipsa sub Euris ac Notis male omnino tuta à fluctibus. Ad ipsum autem oppidum accessus est per accliuem, maximaq; è parte saxo caeso; atq; excauata rupe manufactus. Munitiones igitur ita erectae sunt, uti tormentis aeneis, & offensitari nauium statio, & oppidi porta, finitimaq; illi quassari ades possent. Militibus itaque intra munitioes collocatis, conuectioq; multorum mensium commeatu, & oppidani intra muros

coërcebantur, & repellebantur à litore triremes, ne in insulam ab eà parte descensionem tuto facerent. Quocirca acria persape excitabantur certamina, dum per gradus quasi quosdam ferro in rupe excanatos demissis in mare restibus, classiarij milites ijs exceptis subsidium oppidanis ferunt. Quae obsidio eo fuit grauior atq; contentior, quod supra biennium durauit, & Carolus Torella frater, quatuor cum triremibus, aliquotq; bir: mibus, atque exploratorijs nauigijs, itemq; onerarijs n: uibus, quas ceperat, praedam omnis generis in oppidum conuectabat: vnde annona, stipendiumq; militi, ac popularibus affatim subministrabatur. Quo tempore Torella arcem Oui, de qua diximus, spoliauit, multa & diti suppellectile, quae illic asseruabatur, corpusq; Alphonsi regis ibidem in loculis custoditum triremibus ad se transtulit. Cauerat enim Alphonsus moriens, vti de more aliorum Aragoniae regum in Hispania Tarraconensem, ad adem Populeti sepeliendus veberetur: eamq; ob rem in arce, vbi diu obijt, loculis pie, religioseq; seruabatur. Parta tamen victoria Ferdinadus loculos ipsos eandem in arcem referendos curauit, in qua hodie quoque seruantur: & ob rerum gestarum memoriam, à magnis & claris viris frequenter & visuntur, & salutantur. Hoc in bello, rerumq; bellicarum varietate, & casibus cognitum est, Hispanos plerosque qui oppidis aut arcibus praefecti essent, Ferdinando patrum fideles fuisse: seu quod tacitis ipsi consilijs Ioani eius patruo regnum assererent, sed quod indignum ducerent Ferdinadum Alphonso succedere, quae alij incesto coitu è Catarina, Errici fratris uxore susceptum ab Alphonso putarent: alij supposititium, neq; ex Vilardona Carlina,

que

qua mater eius diceretur, genitum, sed suppositum ab ea, autore Gulielmo Corelia, quem Alphonsus honoribus, titulisq₃ mirifice euexisset, procreatumq₃ ex homine ignobili, utq₃ alij musitarent, sutore calceario : ut verò alij ex homine Mahometana religionis, quales Valerini pleriq₃ sunt agricola, atq₃ opifices : qua quidem, aliaq₃ ab illis, qui Ferdinandum prosequabantur odio, palam indigneq₃ iactabantur. In quibus tres precipue visi sunt maxime improbi, atq₃ ob insignem perfidiam detestabiles, Ioānes hic Torella, quem Alphonsus, quod Antonia vir erat, quā è sororibus Lucretia vnicè amasset, illius gratia Iscla moderationi substituerat, praefeceratq₃ arci. Petrus Mondraconius alter, cui ab Alphōso arcis Metalonij & oppidi administratio permissa fuerat. Tertius, Ioannesantonius Foscianus, cui Tranenſis arcis erat custodia demandata. Verum hi duo clanculum cum hoste consenserant. At Torella bellum aperte gessit aduersus Ferdinandum, Ioannemq₃ ad se confugientem, amissa continente terra & accepit, & armis opeq₃ fouit, iuuitq₃. Vrſo igitur dedito Daniel quoque, qui Sarni, Foriniq₃ imperitabat, metu perterritus, & ipse haud multis post diebus deditionem fecit. Quodq₃ Sarnenſis arx à Tarentini praefecto cum praesidio tenebatur, occultiusq₃ militum qui arcem tuebantur, latrocinij, regio infestaretur, aliquot post mēses coactus est rex ad motus bombardis, illam expugnare. Itaque concussa & diruta turri, qua ab vrſa nomen habet, estq₃ ante arcem statuta, veritus praefectus, ne ea capta, fame intus conficeretur: sese ea cōditione dedit, ut cū militibus, qui cum eo erāt, cum vestimentis liberè arbire permitteretur. Illud in hac ex-

pugnatione rarum, atque admirandum, quòd cum im-
 mense magnitudinis aneum tormentum subuehi in sum-
 mum atq; arduum nequireret iugum, in plano, remo-
 tiusq; aliquanto à montis radicibus collocatum, inde
 turrim ipsam concussit, labefecitq; spacio ad mille aë-
 ris passus interiecto. Interim etiam Robertus Sanseue-
 rinus Salernum laceffebat, interclusis itineribus, no-
 quà in urbem deferri commeatus posset: hac enim vrbe
 recuperata, Cossentiam adusque ferè liber à Neapoli
 permittebatur accessus. Hac à Ferdinãdo dum gerun-
 tur, post reditum ex Apulia in Campaniã, Iacobus in-
 terea Picininus praterita, vt diximus, Andria, Ioannis
 Antony iussu Lucanorũ montana populatur, diripitq;
 profectusq; Aquam viuam versus, quòd erat Francisca
 Baucij Andriensis ducis oppidum, illud aneis tormentis
 aliquot dies concussum, dum sub speciem deditiois ci-
 ues ad colloquium, & pactionis spem trahit, dolo ma-
 gis, quàm virtute militũ capit, diripitq;: nihilq; cru-
 dele, fœdum, abominandum in viros, mulières, imp-
 beres omissum: inde locupletato exercitu, in fines Tra-
 nensium regressus, urbem obsidet, agrumq; Andriẽsem
 assiduus excursionibus vexat. Quo tempore cum Geor-
 gio Castrioto, qui Barolum tutabatur, sæpius certatũ
 est diuerso pugna genere: cum Italici equites statario
 magis pugna sint assueti, propter armorum granitatẽ:
 cõtra Macedones è Turcarum disciplina vagi procur-
 santesq;, raro congregiantur stantes. Itaque plerisque
 in congressionibus Georgius hostem ludificatus est. Ce-
 terum Tranensis obsidio diuturnior fuit, quòd vrbs
 erat egregiè munita, nobilitasq; Tarentini ferre im-
 perium nolebat: muris tandem, qua parte infirmiores
 erant,

erant, solo aequatis, cum à rege nullum etiam speraretur subsidium, famesq³ vrgeret, Tarentino se ciues longiorem post obsidionem dedere. Arx incolumis regi mansit. Nam Georgius cum intelligeret Foscianū arcis praefectum cum Tarentino consensisse, sub speciem colloquij extra arcem accitum, cepit illum. Captus igitur arcem Georgio tradi iussit. pactione libertatis. Itaque Picininus ad arcis oppugnationem conuersus, quam mari, non abluitur, vallo illam ac fossa cinxit: neue inferri commeatus in eam posset dispositis per oram maritimam biremibus singulari diligentia cauedum curabat. Quo effectum est ob summam cibariorum inopiam, ut qui arcē defensitabant ad famem redacti sint. Fortè accidit, uti Veneta classis praefectus secundum Tranensem oram vela faceret, quo tempore nauigia quaedam frumento grauida à Ferdinando missa, vento ad arcem ferrentur, quae Picinini biremes adoriri iam parabant. Itaque quod ipse duceret de dignitate id reipublica Venetorum esse, speciem exhibuit, se haud quam passurum suos ante oculos vim nauigijs Venetico in sinu inferri. Quod veriti qui biremes moderabantur, abstinuere a vi inferenda. Itaq³ delata ad arcem, magnam frumenti vim exposuere in litore. Quae re ablata est Picinino spes eius potiūda. Nec verò hac praesertim in parte haud alienum à me fuerit, aut ingratum lectori explicare, quibus nunc nominibus regiones ea dicantur, in quibus hac à Picinino gesta sunt: ne qui vetera tantum noscitant, noua ignorent nomina: qui verò recentia tenent, ijs prisca ne sint omnino incognita. Apulia igitur pars ea, quae est ab Frentone flumine, quod hodie Fortorium est, ad Ausidi ripas, sua

nunc appellatione est Capiritinata, quæ Normannorum prius, ac Græcorum temporibus fuerat Catapaniata, quod qui eius moderationi esset Imperatore ab Constantinopolitano præpositus, diceretur Græco nomine Catapanus: quæ vox contractis atque immutatis litteris recetioribus versa est in Capiritinam: quiq; Catapanus fuerat in Capitanium. Quæ verò Calabria pars olim fuit, in qua Tarentum, Brundisium, ac Salentinorum maritima est ora, ea ab Hydrunto oppido ad quod est ab Macedonia, Epiroq; quàm breuissima adnavigatio, Hydruntina hodie terra dicitur. At qui est ab Aufido tractus ad Calabria, hoc est Hydruntina, fines terra, quæ in tractu sunt ad mare posita Barolũ, Trantum, Vigilia, Melficta, Iuuenatium, Barum, Polignanum, Monopolis. Ab vrbe Baro, quæ caput olim regionis fuit, Barësis vocitata est terra, regionum quæstorum constitutione ac iussu. Post eam montana loca, quæq; olim fuere illinc Lucania, hinc Apulia, iisdem illis temporibus vocari cœpta Basilicata: cuius regionis complura castella fuere à Picinino direpta, agerq; fere omnis fruge, pecoreq; spoliatus. Caterum hac ipsa appellatio vnde potissimum ducta sit, iure anceps est, ac dubium. Sunt enim qui existiment, haud satis tamen certis autoribus, Constantinopolitano olim ab imperatore regionem eam filia ac genere traditam dotis nomine. Veri autem alijs videtur esse similis, à Basilio quodam fortissimo viro dictam, qui per illa tēpora loca ea tenuerit, deq; regione ipsa, tractuq; omni Salentino Græcos industria sua pepulerit, atq; Pœnos. Verum nos quæstionem hanc posteris melius inquirendam relinquimus. Hac dum in Apulia, Campania, Samnioq; geruntur,

runtur, Baptista Grimaldus in Brutios à Ioanne missus, qui regioni praeesset, cognito Robertorum aduentu, dum copias colligit, paucis post captâ Cossentiam horis cum praesidio affuit, cognitaq₃ eius direptione, retrò statim mouit. Post Robertorum autem discessum (pleraq₃ enim oppida ab illis capta statim ad Andegauensem rediere) Silani hyemauit. Antonius verò Cœtilia cū Erichetta vxore apud Hypsicron dū desidet, seq₃ parē Robertis desperat, arcessitus ab Loïsio Arenate, qui mortuo patre ipse è cōcubina genitus, nouerca capta, Arenas, agrumq₃ eius occupare omnem parabat, praesto illi affuit. Ineunte igitur Vere, comparatis atque instructis exercitibus, de communi sentētia in planitiem, quam Cratis amnis mediam secat, simul vterque conueniūt. Baptista prior per Agelli ac Petramala fines, mortemq₃ qui interiacet Caruleios profectus, inde in planitiem peruenit, nec multos post dies Antonius cum Alphonso fratre eodem proficiscitur, biduoq₃ post Loïsius Caraciolus Neocastrensis comes eodem quoque cum accessisset, placuit, iunctis simul copijs, castra ad syluam trāsferre Tabulariam, quae secundum amnis ripas diffunditur. Hoc cognito Lucās Sanseuerinius qui cum praesidio partim Cossentiae, finitimis partim in oppidis hyemauerat, equitatum vndique suum ex hybernis euocatum, Lucios ad se venire Silam per montem iubet. Quod hostes vbi sensere, ingenti agrestium manu Cossentinis è vicis coacta, quae Sila egressus esset, syluā longo spacio cadunt, stratisq₃ atque obseptis ingētis proceritatis arboribus, transitum impediunt, comparataq₃ finitimis è locis magna armatorum manu nec minore pastorum omnis generis superiora occupant, ibiq₃ infi-

dias struunt. Equitatus igitur sylvam ingressus, nullo
 secum peditatu ducto, ipse securus, atque insidiarum
 ignarus, vbi longius progressus, egressum impeditū, at-
 que obseptum conspiciatur, consilij incertus, atque cō-
 sternatus animo, tum verò in insidias delatum se intel-
 ligit: dumq; aliud alij consilium sequendum censent,
 repētè maximis sublati clamoribus agrestes immixti
 pastoribus, superioribus è locis magno impetu illati,
 equites confusos, nullo certo ordine, parum certe dūce,
 consternatosq; adorti, locorum ipsi periti alios fugam
 paranteis intercipiunt, resistenteis alios vulnerāt, par-
 tem ex equis lōgurijs, perticisq; deturbatam sparis, ac
 fustibus magis quàm telis percutiunt, partem ense, aut
 hasta prostratos cadunt, captosq; ad vnum penè omnes
 armis ac vestibus exuunt, secumq; ad vicos atq; oppi-
 pida captiuos ducunt. Ludum hunc fuisse magis quàm
 certamen illud planè docet, quòd pastores, equorum te-
 lorum, armorumq; vendēdorum gratia dum ad oppi-
 da vicinasq; ad vrbes proficiscuntur, quo se strenuos, vi-
 ctioresq; ostentarent assumptis perticis, equisq; impo-
 siti, ingressi vrbem, dum concurrunt, dum pugnas me-
 ditantur, animaduersum est pastorum alios, quæ arma
 protegendis erant cruribus, ea aptasse brachijs; alios
 quæ cubitis ea genibus inseruisse. Itaque in risum cum
 verterentur, qui ad spectandum plurimi conuenerant,
 iudicatum est à rudibus quoq; atque bellorum ignaris
 hominibus, ingenium quàm vires corporis administran-
 do bello plus posse, fortunamq; tum demum omnia si-
 bi vendicare cum prudentia locus nullus fuerit etiam
 inter maximas opes, potentiamq; relictus. Ex eo An-
 tonius, ducesq; Andegauensium, per agros vrbiū,

quæ

qua Ferdinando parebant, liberius discursantes, vicos plurimos diripiunt, pradamq; omnis generis in castra referunt, lōgiusq; vagati terrore, atque formidine populos implent: spoliatisq; impunè agris aliorum ac villis, dū Cassanensium fines audentius populantur, strenuè inscutis Cassanensibus Nicolāū Antonium Rufum adactō per galeam telo, prostratum humi ac confestim casum amittunt, virum & corporis, & animi viribus pariter insignem. Hinc Rogianū quoq; strenuè magis quā felicitèr adorti, aliquot militibus amissis, à fossa mœnibusq; repelluntur. Hinc Sanctū Marcum tentare aggressi, exulibus deditionem pollicetibus, fugati inde collubrinarum, bombardarumq; multitudine frequentibusq; explosionibus vetera in castra ad Tabulariam se recipiunt. Ex eo igitur duces ipsi in castris desedere. Namq; Antonius per idoneos, ac fideles homines quæ erat animi infirmitate, atque ambitione, agitare cum Luca cœpit de sua cum Ferdinando conciliatione. Erat enim Lucas necessitudine Antonio coniunctus, quod vtriusq; vxores ipsæ e parētibus sorores erāt, ex eaq; conciliatione vterq; existimabat rebus suis optimè cōsultum iri. Itaque primò petere Antonius, dein postulare etiam à Baptista cœpit, Amantē sibi urbem restitui, quod ea materno iure vxori deberetur, quo per hanc causam, si negaretur, castris discederet, sin concederetur, vt haberet oppidum inferum ad mare situm, cuius opportunitate ad eas, quas animo agitabat res percommode vteretur. Baptista bonam primò spem Antonio polliceri, ille eo vehementius agere, ac nunc precibus nunc muneribus contendere: dūmq; alter canet, alterius ne capiatur artibus, eo ventum est, vt

vterque, ille causando, hinc importunè agendo tem-
 pus tereret, seq̃ alternatim frustrarètur. Tan dem An-
 tonius, vbi dari sibi omnino verba sensit è castris cum
 Neocastrense abiit, ab vxore se arcesitum simulans,
 quòd agri eius, atq̃ oppida illinc ab Iacobo Carassa,
 Antonioq̃ Caibano asiduis vexarètur discursionibus,
 expugnato penè Bellicastro, repentino aggressu, mili-
 tumq̃ ac ducū virtute hinc à Galeotto Baldafino im-
 pune populāte, cum etiam compertum se habere dice-
 ret, Masium Barresam validis cum copijs aduentare.
 Hunc rex initio belli Venusia cum prasidio prafecerat,
 iusq̃ (vt erat acri ingenio, & magno atque elato ani-
 mo) multa fortiter ac feliciter gessit. Nam non vrbem
 modò eam ab hoste tutatus est, verùm cum Ioāne Mel-
 fia duce collatis saepius signis conflixit, quibus in certa-
 minibus nō minus saepe victor euasit, quàm victus. Duo
 hi praestantes animis ac bellicis laudibus duces, nunquā
 manus conseruere, quin vtringq̃ summis conatibus in-
 gentibus animis, haud minore sua quàm militum vir-
 tute, imperatorijsq̃ artibus ac muneribus decertaue-
 rint. Ioannes tamen suam vbique maiorumq̃ suorum
 nobilitatem pratulit. Ille, vt erat natura ferus, ac parū
 vrbani moribus, vix ab ingenio vnquā discessit. Qua
 igitur Brutiorum rebus Ferdinandus prospiceret, Ma-
 sium eò cum equitum ac peditum valida manu mitte-
 re decreuit. Itaque Antonius his vsus causis in regionis
 vltiora concessit, atque haud multo post Sinopolim
 proficiscitur, eo consilio, quòd Gulielmus Rufus, capto
 ab se Carolo Rufo comite, patruo suo, & oppidum &
 agrum illius omnem occupauerat, vt eorū ipse res ope-
 ra sua componeret. Nam Porsorum familia Errichecta
 eius

eius vxor princeps erat, & ipse ambitioni seruiens, sibi non minus quàm vxori satisfacere cupiebat. Horū post discessum Baptista sese Bisinianum contulit: nec multo post, quoddam vici Cossētini, quæq; hodie Casalia dicuntur, alij Ioānis, alij Ferdinādi partiū erant, proq; tēpore ac rerum euentu modò huic, modò illi apertius fauebant, decreuit Baptista munitionem apud Dominicos erectā occupare, eaq; occupata, finitimos vicos diripere: missis Rogerio Laino, Loïsio Fogia, & Nicolao Stabia, cum eapeditum atque equitum, quam tunc habebat copia. Illi strenuè nauata opera munitionem capiunt, moxq; in pradam versi, vt quem predandi libido rapiebat, eo raptabundus ferri. Qui in vicis erant partim fugere, partim arma capere, seq; resq; suas ferro tueri, alius alij auxilio esse, modò hi, modò illi aut pellere, aut pelli, sauciare, aut sauciari, vulnera cadesq; promiscua, victoria incerta esse, è Cossentia subsidia subinde mitti, equites, pedites misceri, confodi equi, substerni pedites, è tētorum culminibus iaci tela, tigna, trunci, saxa, tegula, plurimi ab alto vulnerari, superantium conclamatione ac cadentium gemitu cælum consonabat. Iam verò balistarum fragore, dumq; arma franguntur ac clypei, sclopetorum displosione, & tonitru re-percussa nemora, vallesq; mugiebant, ac circumfuso fumo lux è pugnantium oculis auferebatur. Ter eo die pro Aragonensium Andegauiensiumue victoria aut fuga vicorum populares instructi, atque in acie stantes, mutatis studijs, in hostem, seq; ipsos cominūs vertunt arma. Itaque centuriones, præfētiq; dum nihil geri segniter, nihil remissè administrari patiuntur, vix è balistis sagitta, aut è sclopetis pila, iaculaue è

dextris intassum emissa. Et adhuc tamen mars ipse anceps erat tum tãdem post arma vndique cruore sparsa; fœdatasq; tot cadibus vias, nox pugnâtes diremit. Satis autem cõpertum est, qui in initio pugnam commiserere eorum haud sanè multam fuisse manum; Andegauensem tamen lectum militem, post verò ad quinque millia armatorum, qui ad certamè diuersis è locis raptim concurrissent, manus contulerunt, è quibus cecidère quingèti, plurimi vulnerati ex Andegauensib. qui fuere capti, à factionis fautoribus, aut ab amicis, cognatisue noctu ad suos remissi. In ea pugna atrocitate, præfectorumne, an militũ, ciuium, an qui stipendia facerent, virtus maior fuerit, æquè ab vtraq; parte dubitatum: tanta ira, incensisq; adeò militum ac popularium est omnium animis dimicatum. Hac pugna nunciata Masius maturato itinere, instructus ad oppugnandũ copijs, Bisinianum petit. Quod Baptista veritus, Acrim se cõtulit, ratus posse illic cautius Masij se conatus frustrari. Ille præmissis qui deditiõnẽ minitabundi tentarent, confestim vbi in conspectum venit oppidi, ciuib. dedentibus Bisinianum recipit, diebusq; aliquot militũ de itinere fesso concessis, interim oppugnationi necessaria comparat, quibus comparatis ex improviso Acrim adoritur: committitur pugna varia, atrox, cruenta oppidanis pro sua, cõiugum liberorumq; salute ac libertate pugnantibus: hoste pro præda, pro victoria, quod eo expugnato oppido, nihil sibi reliquum futurum ad victoriam arbitraretur, ducibus etiam ipsis vtrinque suos hortantibus, ac nunc ante illorum ora manum conferentibus, nunc alio spectore apprehensos, alios tergo impulsos in aduersariũ immittentibus, Marte in-

tra

Travallū modò, modò extra munitiones faciente. Itaq₃, multis vtrinq_{ue} castris, aut vulneratis, non paucis vallo deiectis, aut è rupibus deturbatis, adificijs quoq₃, vallo proximis immisso igni, ab ortu solis ad noctem vario certamine, dubioq₃, euentu pugnatum est. Dirempta à nocte pugna, Masius, quòd fessis omnibus, vulneratis compluribus, nocturnis iter in tenebris peragèdum esset per loca saltuosa, equitibusq₃, parum commoda: hac veritus noctem sine tabernaculis, absq₃, victu vllò subdiv, breni in campo, qui duos intra tumulos, non adeo ab oppido procul iacet, summa sua sollicitudine, ac militum consternatione egit, subinde trepidantium, ne finitimis à populis, qui Martiano parebant, auxilijs arcescitis, tumultuario ab illis adortu intercepti trucidarentur. Sub auroram igitur equis, qui de vulnere inutiliter erant, quicq_{ue} animam iam agebant militibus in campo relictis, Bisinianū quod quatuor aberat passuum millibus, citato gradu redijt. Iisdem quoq₃, diebus Octavianus Montisflorius, Masij prefectus circiter millibus passuum tribus ab Renda, cū in vico consedisset, quamquam à se pro tempore munito à Cossentinis exulibus, qui iter eius observabāt, nocturno aggressu superatus, vix ipse solus euasit: ceteri ad vnum omnes capti turma integra virorum atque equorum amissa. Repulso ab Acri Masio, quòd diffideret vi se post id oppido potiturum, multa diu animo cum agitasset, visum est tandem, quòd per Milanum egit exulem, vt is explorato vndique oppidi situ, cognitisq₃, oppidanorum, ac Baptista nocturnis institutis ac moribus, cum Blancino acri ac veterano milite oppidum minimè muris circum nocturnis vsus tenebris ingrederetur, singulaq₃,

expioraret. Quod ubi ab utroque factum est, Masiusque de oppidanorum institutis omnibus ab ijs edoctus est, consilium inijt, ut ij lectis cum militibus, ijsque partim clypeatis, partim sclopetarijs balistarijsque, sub primam noctem deceptis vigilibus flumen peruaderent, ac monte superato, ubi collocata prima custodia oppidanorum erat, casis vigilibus illic opperiretur, quoad ipse in plano cum copijs instructus, paratusque adesset. Est autem Acris summo in monte posita, paucissimis locis muro, ceterum vallo ac rupibus undique ferme cincta. Circiterque duobus millibus ab oppido passibus decurrit Cotilis fluius, à cuius vado ad ipsum usque oppidum sensim assurgit arduo ascensu montis dorsum, quem Serronem incole vocant. Ad vadum Baptista consueuerat singulis noctibus vigiles disponere, qui per tenebras aucuparentur si qui flumen transirent, statim id renunciaturi. Igitur tranato amne, cum ob praefecti negligetiam vigiles nulli ea nocte flumen obseruarent, militesque cum Milano, ac Blancino praemissi, taciti, absque vlllo omnino strepitu ad custodiam peruenissent, summo silentio custodes iugulant, deque suorum numero lectos substituant, qui oppidanis signa de more custodum antea quidem explorata, & cognita, redderent. Cum vero accepto signo ubi aliquantulum quicuisent, Masium adesse cum copijs sentire, magno impetu oppidanis quiescentibus vallum transcendunt, Gattumque certurionem, qui vallum custodiebat, inermem, ac semisomnem capiunt: inde clypeati primi, post eos sclopetarij, balistarijque, occupatis vijs in forum irrumpunt. Quo à ciuibus ac militibus concursus cum esset, magnis utrinque sublati clamoribus acre committitur praelium. Inter haec

Masius

Masius portam conatus diffringere, ab illis qui eò concurrerant, magno nisu repellitur, alijs tandem atque alijs succedentibus, facta est ferro per portam via. Milites turmatim ingressi, qua conferti irrumpunt, gladio sibi iter pandunt, multa omnis generis hominum cades passim facta. Baptista repentina re perculsus, aliò atque aliò dimissis militibus, ipse cum paucis, veteris ad arcis tumultum confugit: illicq; contra irrumpentes aliquantulum cum stetisset, tandem superatus, ac penè circumuentus ab hostibus, fuga sibi per rupes asperas, confragosaq; montis loca vix consuluit: ac beneficio noctis usus, cum exiguo familiarium numero Lungobucum (sunt autem qui Themesen olim hanc fuisse, propter metallorum venas arbitrentur) se recipit. Capto igitur oppido, conuersi ad prædam milites, nihil sibi reliqui non ad prædam, non ad crudelitatem fecere; sacra, profanaq; in promiscuo cuncta habita. Ducis ipsius iussu, Nicolaus Clanceoffus ferra per dorsum lumbosq; adacta, medius secatur: raturum profectò, ac penè inexcogitatum sauitia genus, ac supplicij exemplum. Inde haud multo post dies Catantiarium profectus, repente mox adortu Simarim cum tentasset, re infecta alia atque alia via aggreditur. Id oppidum, quod esset in edito situm, quadamq; e parte rupibus immiseret, eo minus diligenter à vigilibus noctu custodiebatur. Itaque nocturno tempore admotis scalis magno silentio Masius illam non exiguo armatorum numero occupat: qua occupata cū exercitus ab aduersa ei parte muros aggressus esset, illi superiore loco magno impetu, maioribus clamoribus illati, intentos pralio oppidanos à tergo inuadunt, alios cadunt, alios vulnerat;

hos è propugnaculis deijciunt, illos proiectis armis capiunt, breuiq; potiti oppido illud diripiunt: quod peruetusta, ac maxime celebris quoddam vrbs Sibaris reliquias esse, sunt qui existimēt: quippe cum haud multum inde loci diruta vrbs vestigia ostendantur. Inter ea Alphonsus Centilia tribus cum equitum turmis, non satis numerofo peditatu, eoq; maiore è parte tumultuario, Rocellam obsidebat. Id castellum abest Catantiario circiter sex passuum millibus. Castra eius hinc stagno muniebantur, illinc amne Coragio, qui circiter quingentos passus ab castris praterlabebatur. Id Masio cum esset cognitum, quatuor cum equitum turmis ac mille ferè peditibus, septingentis item armatis partim equitibus, partim peditibus qui eum lecti è ciuibus secuti sunt, Catantiario mouit, secundumq; torrentem Miasentium profectus, collem occupat Pergellum nomine, qui ab Coragio quingentos ferè passus distat: eo consilio, vt cum Alphonso confliceret, à quo paucis ante diebus prouocatus ad certamen fuerat. Alphonsus confidentem eum in tumulto conspiciatus, instructa acie confestim aduersus illum mouit, amnemq; pratergressus, sub collem in via constitit, haud procul ab ora maritima, illic cum hoste manū conferturus. Contra Masius vbi trāseuntem Coragium, atque aduersum se venientem hostem instructa vidit acie, suos è colle turmatim instructos descendere in planum iubet. Quod si Alphonsus quo impetu venerat, in primos confestim irrulisset, nimirum profligatis aduersarijs, captisq; , vè quisque è mōte descendebat, suis incolumibus, voti cōpos in castra rediisset: cuius rei suis tum esset à praefectis admonitus, iuuenili animo magis quā ex ipsa re sum-

pro consilio, aduersatus praefectorū sententiam: Atqui, inquit, descendere omneis patiār ad vnum cunctos capriuos ducturus, ne cladis eorum nuncius ad urbem redeat. Stabat in acie Alphonsus tribus cum turmis, praerat alteri ipse, alteri Antonius Caracciolus, tertia loānes Cola, & ipse Caracciolus. Peditatū moderabatur Galassus Ascarus. Masij copiarum praefecti erāt Loisius Sangrius, alter Loisius Longobucus, tertius item Loisius Gentilis, Octavianus Mōtiflorius, & Coletta Castellius. Initum est praelium ingētibz vtriusque animis, stetitq; vtringz immota acies diutius, cū interim multi vulnerarentur equi, viriq; ducum praesentia ad singulas cohortationes pugnam instaurabat, & ipsi pugnam edebant duces ante suorum oculos. Cōflictus maior quam pro equitum numero, ipsaq; paucitas virtutem excitabat, quōd singuli à duce suo conspiciebātur, & ducem quisque suum conspiciebat, nec pedes superari se ab equite virtute patiebatur. Itaque offirmatis ab vtraque parte animis vulnera infligebantur, peditū pedes, equiti eques, singulis penē singuli aut gladio, aut hasta sibi aduersi di:nicabāt: hinc atque illinc balistarū sclopetarijz vix incassum aut pilas fundebant, aut sagittas: eratq; euētus pugna dubius, ac Mars ipse anceps, cum repente Galassus balistaria transfixus sagitta, ex equo moribundus corruit, eodemq; simul momento aliquot cum eo, qui iuxtā pugnabant: casu quorum cōsternati pedites, parum militia assueti, cessere primū loco, mox terga simul cuncti vertēre. Quorum fuga circundatus à Masij milite Alphonsus, viribus auxiliōque destitutus capitur, vix pauci ex eo numero euasere: castrastatim direpta. Victor Masius cum prada, capti-

uisque Catantiarium redijt, magna ciuium letitia, ac
 gratulantium acclamationibus urbem ingressus. Per
 idem tempus Ioānes Trauersus Antonius Turrius, Ste-
 phanus Malenus, & Ioannettus Moranus, qui Martia-
 ni copijs Scillacensi in agro praeerant, fines Sanctae Se-
 uerinae populati, ingētem pecorum omnis generis pra-
 dam, multosque mortales secum captiuos perduxere.
 Post eam pradam ē praefectis quisque cum suis loca ad
 sua redijt. Trauersus ac Turrius Netensem in agrum
 se contulere. Quae res cum à Iacobo Balestra, impigro,
 maximēque exercitato equite, Antonello Caibano si-
 gnificaretur, consilium Antonellus inijt sub praedandi
 speciem vtriusque intercipiendi. Itaq; dispositis secun-
 dum Netum fluiuium insidijs, circiter quingentos pas-
 sus ab oppido Roca, cui est de flumine agnomen inditū,
 Balestram praemisit cum paucis, qui Roca portis insul-
 tans, hostem extra oppidum repentinum ad tumultū
 extraheret. Trauersus, ac Turrius gregarijs timentes,
 qui pabulatum ierant, ex oppido egressi nullo ordine,
 ipsi eorumque equites parum instructi, Balestram cō-
 sulto fugientem trans flumen insequuntur. Quod An-
 tonellus ubi animaduertit, ex insidijs repente prodienst
 illos circūuenit. Circūuenti dū elabi ex insidijs, sum-
 mis conantur viribus, transfixi uterq; alter per tēpo-
 ra alter perilia adactis sagittis collapsi ex equis cadun-
 tur, ceteri capti. Antonellus victor magna prada, exi-
 mius casorū spolys ē pugna redit. Huius viri fide, cōsiliū,
 fortitudinē, sunt qui tollentem in cælū Ferdinandum
 sepius audierint, cum illius ingenio acceptum reser-
 ret, quod ea regio tot passim rebellantibus breui paca-
 ta imperium acceperit: idq; eò apparebat admirabi-
 lium.

lius, quòd Antonellus omnem adolescentiam, primam etiam iuventutem in literarum egerat studijs, ociòque ac libris deditus: pòst verò bellicis cum se negotijs tradidisset, eò laudis atque autoritatis processit, ut & còsilio prapipue bonus haberetur, & conseredù manibus maxime audax, nec minus dux prudens, quam miles strenuus, incipiendis atque administrandis rebus ubique par. Hac dum in Brutijs administrantur, Ioannes Vigintimilius à Ferdinando missus, propter etatis auctoritatem, ac rerum gestarum gloriam, mari ad Brutorum litus prouectus Antonium adiit, quòdq; de conciliatione prius agitatam esset, cum illo transigit: quibus transigendis illud etiam effectum est, uti Ioanna Antonij filia Masio d: spòderetur, còditionibus ex amborum sententia scriptis, uti sua Antonij liberorùmque eius essent oppida, agri & bona quacunq; vxori hereditario iure deberentur, quaq; ipse olim tenuisset: Masius Castruillari dux declararetur, cum ijs agris, oppidisque quae ipse belli iure tum teneret. His conuentis, hácque rerum gestarum gloria elatus Masius, in fines Terranoua vniuersis cum copijs digressus, oppidum ipsum statim recipit, itémque Sanctum Georgium è cuius arce Rogerium Oriliam, equitem Neapolitanum, duòsque item alios nobiles viros summis arcis pinnaculis in rupes maxime praeuptas deijci iussit: spectaculum sanè horrendum, immane, nouũ, atque pòb crudelitatem ea tempestate per Italiam ab amicis aduersarijsq; iuxta nobilitatum. Sunt qui factum excusent, quòd cum Ioannes Barresq; Masij frater in foro Cossentino, nulla honesta causa à popularibus in frustra concisus esset, hoc genere vindicta vlcisci fratris ipse inte-

vitum voluerit. Inde aduersus Galeottum Baldasini profectus, qui, ut erat fluxa fide, ad Andeganensem desciuerat, scalis noctu summo silentio adnotis, in nomine Oppidum capit, ac captā diripit: largaq; prada ad Terramnonā reuersus illic hyemauit, a speciem colloquij, veterisq; consuetudinis, Marci Carialem, qui Giracium tenebat, capere damndit, ille re per amicos cognita, dolum atque insidiga maxime improuisa vitauit, tanta celeritate ut equus quo ferebatur, de nimio cursu in itinere nimeretur. Inerant autem ingētes Masio virtutes corporis, tum animi, maxime firma laborum tolerantia, frigoris, calorisq; patientia aequē magna, victum plerunq; militaris, vestitus pro tempore, quicquid vix excelleret, perferēda inedia militibus ipse exemplum erat, honoris gloriaq; appetitio insatiabilis, habendi cupiditas infinita, nec minus ut multum giretur alijs, quam ut ipse possideret quamplurimum periculorum incredibilis despicientia, difficultatum ceptorum summa audacia. Ira tamen, superbiastam eius, vixq; sui capacem animum deformit, itaq; pace parata, compositisq; regni rebus, Aleagens, obuiam cum haberet Ioannem Spathasfortinē sibi aduersum, ac maxime infensum, qui

ria in arcem accedebat, ira atq;

truncat: quare

annos illius, atq;

hic obijt: vir utique

qui, si nō ma-

ius esset. Ann-

et Apicius

eriacent, fœdū certamen inter coruos, miluiosq̃, exor-
 um est, siue ostentum illud fuerit, prognosticumque
 tura ad Troiam pugna, seu naturalis cōtentio, quod
 ultitudine locustarum ijs in campis eo autumno pro-
 natarum, quibus alites ipsi vescatur, pugnatum sit ob-
 astus cupiditatem. Primo igitur è certamine (nam bis
 gnatum est) quod miluū acrioribus magisque falca-
 armati essent vnguibus, alisque vterentur patre-
 bus, maioresque captarent auras, corui cum dū-
 ent inferiores, paucis post diebus, ac si implorata
 deinde auxilijs, rediere densiore agmine genere
 rum. Quod idem factitatū à miluū. Certe
 in aerē pugna, corui sensim quasi inter cornua
 que hac vsi, intra vineta subsidere, si autē
 vitibus iam defrondibus, aut super
 gloriā, trunciōve eminentioribus rostris
 uenteisq̃ue alis atque vnguibus minus
 tris, quasi pugionibus. Itaque
 sim atque exenteratos miluios.
 Ita tamē se conclamare coruos, et
 et tanquam cohortat.
 pugna. Quo pugna
 plenus, tandem cadentes
 in infidias
 seruere, confessi volatu
 stragem volitantis

que in

inque

atque

et

que

stri: demum nihil ira reliquum facere, nihil non per-
mittere rabiei. Atque ex hoc certamine victor plureis
dies perinde ac direptis hostium castris liber, latúsque
passim ferebatur. Hanc pugnam, volucrumque conatus
tatos plurimi mortales spectatum cum venissent, quo
stragem ipsi cernerent, per vineta, camposque vagabā-
tur. Itaque alij pugnae genus acre cruentumque, stra-
gem alij tantam mirabantur. Erant qui vulnerum va-
stilitatem, & congestos quasi casorum acervos suspice-
rent, nemo tamen, qui non futurum breui contenden-
tium exercituum auguraretur certamen, partisque
alterius calamitatem. Eodem anno Arenate Brutio-
rum agro mula equum peperit, pilo flauo, cri-
nibus rutilis, oculis rufis: quem post
Loisius Arenas ad Ferdi-
nandum misit.

FINIS LIBRI SECVNDI.

IOAN.

IOANNIS IOVIA-
NI PONTANI RE-
RVM SVO TEMPO-
RE GESTARVM

LIBER TERTIVS.



NEVNTTE *estate* *Mafius* animo agi-
tans quibus maxime consilijs, quaq; ar-
te aduersariorū res prosterneret, educto
ex hybernis milite, eoq; instructo para-
toque in expeditionem proficiscitur, positisque Medi-
mam ad amnem castris in monte, qui est agri Plaisa-
natis, quanquam natura munito, manu tamen ipse ar-
teque erectis munitionib. munitiorem multo illum ef-
ficat, ferreisque atq; aeneis tormentis circum dispositis
firmat, eo consilio, vt relicto paucorum militum presi-
dio, vagari cetero cum exercitu liberè atque impune
posset. Parte ex alia hostium duces, arcessito Baptista
Grimaldo Ioannis legato, qui per id tempus ad Sanctā
Agatam agebat, eoque duabus cū biremibus mari Are-
natem in oram delato, conuenere Monasteraci, diēque
constituta ad Antony fanum secundum litus maris de
rerum summa consultabant. Fuere autem qui conue-
nerunt ad fanum cum Baptista simul Galeottus Bal-
dasinus, Loisius Arenās, Franciscus Gerunda copiarum
Martiani praefectus, Franciscus Caracciolus, & Ioānes
Cola eius filius, qui aliquot oppidis regionis eius pra-
erant. Horum fuit omnium vna sentētia, vt data Loi-

sio cura rei frumentaria, caterique conmeatus, ipsi omnes coniunctis simul copijs, Masij inceptis obuiam irent. Itaque paucis post diebus, postis inter Philogathos ac Panagiam castris, pedite, equiteq; illic recensito utroque, cum apparerent hostibus superiores, decreuerunt castra castris conferre: atque hac ratione, commatu intercluso, illum aut ad deditiorem cogere, aut gladio rem experiri. Quam ad rem intercepta Antony ad Masium litera illorum animos mirum in modum confirmauerant. Monebat enim ante aduentum Iaimi Centilia fratris, qui propediem affuturus esset trecetis cum equitibus, lectaq; peditum manu, ne quo pacto manum confereret. Quo cognito, hostes ante Iaimi aduentum decreuere cum illo congregi, rati (quod post successit) superiores se futuros: motisq; confestim castris, haud procul Plaisano metantur, quingentis nō amplius passibus ab Masij castris: quo die leuia quadā certamina inita, postridie verò ex eo loco digressi ad flumen profisciscuntur, eo consilio, vii munitis ad Sanctum Philum castris, & prohiberent ne comportari ab Semenaria conmeatus posset, & tentarent trahere illum in certamen. Masius igitur (qua erat animi impotentia) venientem in acie conspicatus hostem, expediri arma in castris confestim iubet: ac relicto Alphonso cum praesidio, qui castris praesset, ubi suos conuenisse instructos videt, huiusmodi est eos oratione adhortatus. Ad praedam potius, quàm ad pugnam quo vos hortor milites, monet me tot praelijs spectata virtus vestra, cui nō mœnia obstitere, nō rupes, quin ipsi quocūq; tēstis, vi ferroq; irruperitis. Ferro vos intra munitissimas vrbes viā vobis mihiq; aperuistis, ferro equi in cāpu de-

pis deprehensum hostem non semel profligastis, ubiq; vi-
 ctiores, ubiq; hostium potiti. Aduentant eis ipsi cernitis,
 ignauissimo cum exercitu, imperitissimos duces, eos-
 demq; inter se maxime discordes. Et hac quoq; igna-
 uissimorum militum messis secunda vobis ferro est. Agi-
 te igitur fortissimi socij, irruite in eos quo soliti estis
 robore, quibusq; vincere consuevistis animis. Hac vna ac-
 cie, hoc vno certamine (mihi credite) deletis his copijs,
 regio omnis nostra est. Hac igitur acie, hac vna pugna
 parate vos ad colligendos quos par est, quos fortitudo
 manet vestra, quam maxime vberes laborum vestrorum
 fructus. Ego dux, ego miles, ubique periculorum socius
 atque hortator adero. Hac ubi dixit, in hostem instru-
 cta acie e monte descendit. Parte alia hostium duces in-
 structis ordinibus procedentem Massium conspicati, im-
 pedimentis ad sinistram accliu in loco constitutis pra-
 grediente peditatu aduersus illum feruntur magna
 clamoribus, summa alacritate. Duces ipsi suos quisque
 hortantur: Agite milites, nocturnos hos latrones luce
 in media quos indepti estis, cadite gladio, figite hastis,
 sternite iaculis, liberate regionem hac peste, vindica-
 te a sicarijs patriam: lux vobis auxilio est. Noctu per
 fraudem, per insidias in tenebris pugnare soliti, quod
 videtis, aduerso oculis eorum sole procedunt, videlicet
 assueti in latebris, dum conspectum hostium reformi-
 dant improuisos adoriri. Hac dies, hac lux, vestra dex-
 tra, animarum vestrorum robur libertatem populis,
 vobis diuitias, gloriam, decus, ociumq; comparabit. His
 utrinque decus militem quisque suum adhortantur. Et
 iam signa canere incipiebant. Erat medio vtriusque exer-
 citus consallis nullo accessu aut calle, nisi qua publicis

iter, ac peregrè incedentium via. Itaque aduersarum partium duces quòd intelligerent Masium, quo impetu rapiebatur, conuallem transiturum, alam à sinistra lectissimorum equitum collocarunt. Ille ad conuallem vt peruenit, turmas equitū quatuor, aliam post aliam trans conuallem immisit. Hæ confertis acriter manibus, peditatu hinc, illinc hastis equos transfigente aliquanto iam superiores aduersarios propellebant. Aderat ipse inter primos dux, ac nunc ante suorum ora ferri, nunc gladio hostem petere, peditem immittere, hortari voce, significare manibus, adesse se periculorum socium, atque adiutorem. Nec verò duces aduersarum partium non & ipsi ferire, cadere, in hostem incurere, vulneratos ex acie subducere, integros summittere virtutem, ac fortiter facta suorum extollere, eleuare aduersariorum: cum iam in hoc statu rerum quinta à Masio immittitur turma, è cuius pugna euentu in alterutram planè erat partem victoria inclinatura. Itaque nihil à militibus, nihil ipsis ab ducibus omitti; exanimari equites, exanimari pedites, aestu, labore, puluere, vulneribus, equi plurimi transfigi, pedites equorum impulsibus passim sterni, ungulis atteri, sauciari, cadi. tum Masius eo acrius instare. Nam si vt aliàs, hæc quoque mouisset loco turmam, hostes ibi in fugam versurus erat. Itaque summis viribus nunc solus in hostem ferri, nunc alios secum rapere, hos dextra, illos clamore impellere. Hic verò hostium duces (quòd rem in summum adductā discrimen intelligerent, aduersariumq; fessum iam, virosq; atque equos defectos viribus) alam illam recentibus equis, virisq; à sinistra immittunt tanto impetu, vt ea impulsu suo disiectum hostem dissipat-

spatumq₃ nullis ultra sustentatum subsidys in fugam verterit. Dux ipse decem cum equitibus è manibus hostium elapsus, Semenariam quāmaximè citatu cursu contendit. Fugientē pauci ex hostibus insecuti, in queis Capacius Capanus, qui dum ab alijs deseritur, ab alijs qui cum Masio fugiebāt, captiuus Semenariam ducitur. Strages fuit equorū maxima, peditum, equitumq₃ plurimi sauciati. Masiani penè omnes capti, casi equites aliquot strenui ac fortes viri: in ijs Gulielmus Rufus sclopetaria pila traiectus, & quidem dignus ob animi, generisq₃ nobilitatem longiore vita vir. Dumq₃ victores ipsi ad spoliandos qui casi iacebant, phaleratosq₃ conuertuntur equos, Loisius Gentilis è Masij præfectis stratus humi, grauatusque vulneribus repertus est: quodq₃ eo in congressu in galea sua cono insigne ferebat, quod ferè Masius alijs esset in pugnis solitus, dum fama fertur esse Masius, è finitimis oppidis manus quæ in castris tū erant in illū versa, corporis eius vix partē aliquam, quæ non aut telo, aut ense, aut pugione petita fuerit, intactam reliquere: tāta propinquorum oppidorum populi in Masium ira rabieq₃ incensi ferebatur. Victor inde exercitus ad expugnanda castra profectus, acriter ea aggressus capit. Alphosus inter dimicandum, vallo furtim egressus, Burrellum fuga petijt. Hostes castris potiri, quatrimum in ijs quievere, dum vulneratos curāt, recensitisq₃ captiuus prædā partiuntur. Inde Semenariā projecti, duobus circiter passuum millibus ab oppido Petracem ad flumen metantur, rati oppidanos deditionem facturos, dum agrorū vastationem minimè toleraturi videntur. Cum interim exercitus rei frumentaria extrema penè inopia la'o-

dextris intassum emissa. Et adhuc tamen mars ipse anceps erat tum tãdem post arma vndique cruore sparsa; fœdatasq; tot cedibus vias, nox pugnãtes diremit. Satis autem cõpertum est, qui in initio pugnam commiserere eorum haud sanè multam fuisse manum, Andegauensem tamen lectum militem, post verò ad quinque millia armatorum, qui ad certamè diuersis è locis raptim concurrissent, manus contulerunt, è quibus cecidère quingèti, plurimi vulnerati ex Andegauensib. quifuerè capti, à factionis fautoribus, aut ab amicis, cognatisue noctu ad suos remissi. In ea pugna atrocitate, præfectorumne, an militũ, ciuium, an qui stipendia facerent, virtus maior fuerit, æquè ab vtraq; parte dubitatum: tanta ira, incensisq; adeò militum ac popularium est omniũ animis dimicatum. Hac pugna nũciata Masius maturato itinere, instructus ad oppugnandũ copijs, Bisinianum petit. Quod Baptista veritus, Acrim se cõtulit, ratus posse illic cautius Masij se conatus frustrari. Ille præmissis qui deditiõnẽ minitabundi tentarent, confestim vbi in conspectum venit oppidi, ciuib. dedentibus Bisinianum recipit, diebusq; aliquot militũ de itinere fesso concessis, interim oppugnationi necessaria comparat, quibus comparatis ex improviso Acrim adoritur: committitur pugna varia, atrox, cruenta oppidanis pro sua, cõiugum liberorumq; salute ac libertate pignantibus: hoste pro prada, pro victoria, quod eo expugnato oppido, nihil sibi reliquum futurum ad victoriam arbitraretur, ducibus etiam ipsis vtrinque suos hortantibus, ac nunc ante illorum ora manum conferentibus, nunc alio spectore apprehensos, alios tergo impulsos in aduersariũ immitteribus, Marte intra

Per vallū modò, modò extra munitiones sauiēte. Itaqz multis vtrinque caesis, aut vulneratis, non paucis vallo deiectis, aut e rupibus deturbatis, adificijs quoqz vallo proximis immisso igni, ab ortu solis ad noctem vario certamine, dubioqz euentu pugnatum est. Dirempta à nocte pugna, Masius, quòd fessis omnibus, vulneratis compluribus, nocturnis iter in tenebris peragēdum esset per loca saltuosa, equitibusqz parum commoda: hac veritus noctem sine tabernaculis, absqz victu vllò sub dio, breui in campo, qui duos intra tumulos, non adeo ab oppido procul iacet, summa sua sollicitudine, ac militum consternatione egit, subinde trepidantium, ne finitimis à populis, qui Martiano parebant, auxilijs arcessitis, tumultuario ab illis adortu intercepti trucidarentur. Sub auroram igitur equis, qui de vulnere inutiliter erant, quiqz animam iam agebant militibus in campo relictis, Bisinianū quod quatuor aberat passuū millibus, citato gradu redijt. Iisdem quoqz diebus Octavianus Montiflorius, Masij praefectus circiter millibus passuum tribus ab Renda, cū in vico consedisset, quamquam à se pro tempore munito à Cossentinis exulibus, qui iter eius obseruabāt, nocturno aggressu superatus, vix ipse solus euasit: ceteri ad vnum omnes capti turma integra virorum atque equorum amissa. Repulso ab Acri Masio, quòd diffideret vi se post id oppido potiturum, multa diu animo cum agitasset, visum est tandem, quòd per Milanum egit exulem, vt is explorato vndique oppidi situ, cognitisqz oppidanorum, ac Baptista nocturnis institutis ac moribus, cum Blancino acri ac veterano milite oppidum minimè muris cinclum nocturnis vsus tenebris ingrederetur, singulaqz

exploraret. Quod ubi ab utroque factum est, Masiusque de oppidanorum institutis omnibus ab ijs edoctus est, consilium inijt, ut ij lectis cum militibus, ijsque partim clypeatis, partim sclopetarijs balistarijsque, sub prima noctem deceptis vigilibus flumen peruaderent, ac monte superato, ubi collocata prima custodia oppidanorum erat, caesis vigilibus illic opperiretur, quoad ipse in plano cum copijs instructus, paratusque adesset. Est autem Acris summo in monte posita, paucissimis locis muro, ceterum vallo ac rupibus undique ferme cincta. Circiterque duobus millibus ab oppido passibus decurrit Cotilis fluuius, à cuius vado ad ipsum usque oppidum sensim assurgit arduo ascensu montis dorsum, quem Serronem incolae vocant. Ad vadum Baptista consueuerat singulis noctibus vigiles disponere, qui per tenebras aucuparentur si qui flumen transirent, statim id renunciaturi. Igitur tranato amne, cum ob praefecti negligentiam vigiles nulli ea nocte flumen obseruarent, militesque cum Milano, ac Blancino praemissi, taciti, absque vlllo omnino strepitu ad custodiam peruenissent, summo silentio custodes iugulant, deque suorum numero lectos substituant, qui oppidanis signa de more custodum antea quidem explorata, & cognita, redderent. Cum vero accepto signo ubi aliquantulum quieuisent, Masium adesse cum copijs sentire, magno impetu oppidanis quiescentibus vallum transcendunt, Gattumque certurionem, qui vallum custodiebat, inermem, ac semisomnem capiunt: inde clypeati primi, post eos sclopetarij, balistarijque occupatis vijs in forum irrumpunt. Quo à ciuibus ac militibus concursus cum esset, magnis utrinque sublati clamoribus acre committitur praelium. Inter haec

Masius

Masius portam conatus diffringere, ab illis qui eò concurrerant, magno nisu repellitur, alijs tandem atque alijs succedentibus, facta est ferro per portam via. Milites turmatim ingressi, qua conferti irrumpunt, gladio sibi iter pandunt, multa omnis generis hominum cades passim facta. Baptista repentina re percussus, aliò atque aliò dimissis militibus, ipse cum paucis, veteris ad arcis tumultum confugit: illicq; contra irrumpentes aliquantum cum stetisset, tandem superatus, ac penè circumuentus ab hostibus, fuga sibi per rupes asperas, confragosq; montis loca vix consuluit: ac beneficio noctis usus, cum exiguo familiarium numero Lungobucum (sunt autem qui Themesen olim hanc fuisse, propter metallorum venas arbitrentur) se recipit. Capto igitur oppido, conuersi ad prædam milites, nihil sibi reliqui non ad prædam, non ad crudelitatem fecere; sacra, profanaq; in promiscuo cuncta habita. Ducis ipsius iussu, Nicolaus Clanceoffus ferra per dorsum lumbosq; adacta, medius secatur: rarum profectò, ac penè inexcogitatum sauitia genus, ac supplicij exemplum. Inde haud multo post dies Catantiarium profectus, repentino mox adortu Simarim cum tentasset, re infecta alia atque alia via aggreditur. Id oppidum, quod esset in edito situm, quadamq; e parte rupibus immineret, eo minus diligenter à vigiliis noctu custodiebatur. Itaque nocturno tempore admotis scalis magno silentio Masius illam non exiguo armatorum numero occupat: qua occupata cū exercitus ab aduersa ei parte muros aggressus esset, illi superiore loco magno impetu, maioribus clamoribus illati, intentos pralio oppidanos à tergo inuadunt, alios cadunt, alios vulnerat;

hos è propugnaculis deijciunt, illos proiectis armis capiunt, breuiq³ potiti oppido illud diripiunt: quod peruerusta, ac maximè celebris quoddam vrbs Sibaris reliquias esse, sunt qui existimēt: quippe cum haud multum inde loci diruta vrbs vestigia ostendantur. Interea Alphonsus Centilia tribus cum equitum turmis, non satis numero peditatu, eoq³ maiore è parte tumultuario, Rocellam obsidebat. Id castellum abest Catantiario circiter sex passuum millibus. Castra eius hinc stagno muniebantur, illinc amne Coragio, qui circiter quingentos passus ab castris præterlabebatur. Id Masio cum esset cognitum, quatuor cum equitum turmis ac mille ferè peditibus, septingentis item armatis partim equitibus, partim peditibus qui eum lecti è ciuibus secuti sunt, Catantiario mouit, secundumq³ torrentem Miasentium profectus, collem occupat Pergellum nomine, qui ab Coragio quingentos ferè passus distat: eo consilio, vt cum Alphonso conflingeret, à quo paucis ante diebus prouocatus ad certamen fuerat. Alphonsus confidentem eum in tumultu conspiciatus, instructa acie confestim aduersus illum mouit, amnemq³ prætergressus, sub collem in via constitit, haud procul ab ora maritima, illic cum hoste manū conferturus. Contra Masius vbi trāseuntem Coragium, atque aduersum se venientem hostem instructa vidit acie, suos è colle turmatim instructos descendere in planum iubet. Quod si Alphonsus quo impetu venerat, in primos confestim irruisset, nimirum profligatis aduersariis, captisq³, v² quisque è mōte descendebat, suis incolumibus, voti cōpos in castra redisset: cuius rei suis tum esset à præfectis admonitus, iuuenili animo magis quā ex ipsa re sum-

pro consilio, aduersatus praefectorū sententiam: Atqui, inquit, descendere omnes patiār ad vnum cunctos captiuos ducturas, ne cladis eorum nuncius ad urbem redeat. Stabat in acie Alphonſus tribus cum turmis, praerat alteri ipse, alteri Antonius Caracciolus, tertia Ioānes Cola, & ipse Caracciolus. Peditatū moderabatur Galassus Ascarus. Masſy copiarum praefecti erāt Loisius Sangrius, alter Loisius Longobucus, tertius item Loisius Gentilis, Octauianus Mōtiflorius, & Coletta Castellius. Initum est praelium ingēribus vtriusque animis, stetitq; vtrinq; immota acies diutius, cū interim multi vulnerarentur equi, viriq;, ducum praesentia ad singulas cohortationes pugnam instaurabat, & ipsi pugnam edebant duces ante suorum oculos. Cōflictus maior quam pro equitum numero, ipsaq; paucitas virtutem excitabat, quod singuli à duce suo conspiciebātur, & ducem quisque suum conspiciebat, nec pedes superari se ab equite virtute patiebatur. Itaque offirmatis ab vtraque parte animis vulnera infligebantur, pediti pedes, equiti eques, singulis penē singuli aut gladio, aut hasta sibi aduersi dimicabāt: hinc atque illinc balistarū sclopetarij; vix incassum aut pilas fundebant, aut sagittas: eratq; euētus pugna dubius, ac Mars ipse anteps, cum repente Galassus balistaria transfixus sagitta, ex equo moribundus corruit, eodemq; simul momento aliquot cum eo, qui iuxtā pugnabant: casu quorum cōsternati pedites, parum militia assueti, cessere primū loco, mox terga simul cuncti vertēre. Quorum fuga circundatus à Masſy milite Alphonſus, viribus auxiliōque destitutus capitur, vix pauci ex eo numero euasere: castrastarim direpta. Victor Masſius cum prada, capti-

quisque Catantiarium redijt, magna ciuium letitia, ac
 gratulantium acclamationibus urbem ingressus. Per
 idem tempus Ioānes Trauersus Antonius Turrius, Ste-
 phanus Malenus, & Ioannettus Moranus, qui Martia-
 ni copijs Scillacensi in agro praerant, fines Sancta Se-
 uerinae populati, ingētem pecorum omnis generis pra-
 dam, multosque mortales secum captiuos perduxere.
 Post eam pradam ē praefectis quisque cum suis loca ad
 sua redijt. Trauersus ac Turrius Netensem in agrum
 se contulere. Qua res cum à Iacobo Balestra, impigro,
 maximēque exercitato equite, Antonello Caibano si-
 gnificaretur, consilium Antonellus inijt sub pradandi
 speciem vtriusque intercipiendi. Itaq; dispositis secun-
 dum Netum fluuium insidijs, circiter quingentos pas-
 sus ab oppido Roca, cui est de flumine agnomen inditū,
 Balestram praemisit cum paucis, qui Roca portis insul-
 tans, hostem extra oppidum repentinum ad tumultū
 extraheret. Trauersus, ac Turrius gregarijs timentes,
 qui pabulatum ierant, ex oppido egressi nullo ordine,
 ipsi eorumque equites parum instructi, Balestram cō-
 sulto fugientem trans flumen insequuntur. Quod An-
 tonellus ubi animaduertit, ex insidijs repente prodienst
 illos circūuenit. Circūuenti dū elabi ex insidijs, sum-
 mis tonantur viribus, transfixi vterq;, alter per tēpo-
 ra alter perilia adactis sagittis collapsi ex equis cadun-
 tur, ceteri capti. Antonellus victor magna prada, exi-
 mijs casorū spolijs ē pugna redit. Huius viri fidē, cōsiliū,
 fortitudinē, sunt qui tollentem in cælū Ferdinandum
 sepius audierint, cum illius ingenio acceptum reser-
 ret, quod ea regio tot passim rebellantibus breui paca-
 ta imperium acceperit: idq; eò apparebat admirabi-
 lium

lius, quod Antonellus omnem adolescentiam, primam etiam iuuentutem in literarum egerat studijs, ociòque ac libris deditus: post verò bellicis cum se negotijs tradidisset, eò laudis atque autoritatis processit, ut & cōsilio præcipue bonus haberetur, & consensu manibus maxime audax, nec minus dux prudens, quam miles strenuus, incipiendis atque administrandis rebus ubique par. Hac dum in Brutijs administrantur, Ioannes Vigintimilius à Ferdinando missus, propter etatis auctoritatem, ac rerum gestarum gloriam, mari ad Brutorum litus prouectus Antonium adiit, quodq; de conciliatione prius agitatum esset, cum illo transiegit: quibus transigendis illud etiam effectum est, ut Ioanna Antonij filia Masio d. spoderetur, cōditionibus ex amborum sententia scriptis, ut sua Antonij liberorumque eius essent oppida, agri & bona quaecunq; uxori hereditario iure deberentur, quaq; ipse olim tenuisset: Masius Castriuiuari dux declararetur, cum ijs agris, oppidisque qua ipse belli iure tum teneret. His conuentis, hacque rerum gestarum gloria elatus Masius, in fines Terranoua vniuersis cum copijs digressus, oppidum ipsum statim recipit, itemque Sanctum Georgium è cuius arce Rogerium Oriliam, equitem Neapolitanum, duosque item alios nobiles viros summis arcis pinnaculis in rupes maxime præruptas deijci iussit: spectaculum sanè horrendum, immane, nouū, atque ob crudelitatem ea tempestate per Italiam ab amicis aduersarijsq; iuxta nobilitatum. Sunt qui factum excusent, quod cum Ioannes Barresq; Masij frater in foro Cossentino, nulla honesta causa à popularibus in frustra concisus esset, hoc genere vindicta vlcisci fratris ipse inte-

ritum voluerit. Inde aduersus Galeottum Baldasimum
profectus, qui, vt erat fluxa fide, ad Andegauiesem iam
desciuerat, scalis noctu summo silentio admotis, urbem
nomine Oppidum capit, ac captā diripit: largaq; cum
prada ad Terramnonā reuersus illic hyemauit, ac per
speciem colloquij, veterisq; consuetudinis, Marinum
Curialem, qui Giracium tenebat, capere dum inten-
dit, ille re per amicos cognita, dolum atque insidias fu-
ga maximè improuisa vitauit, tanta celeritate vsus,
vt equus quo ferebatur, de nimio cursu in itinere exa-
nimaretur. Inerant autem ingētes Masio virtutes tum
corporis, tum animi, maximè firma laborum toleran-
tia, frigoris, calorisq; patiētia aequè magna, victus eius
plerunq; militaris, vestitus pro tempore, quiq; inter al-
ios vix excelleret, perferēda inedia militibus ipse suis
exemplum erat, honoris gloriaq; appetitio insatiabi-
lis, habendi cupiditas infinita, nec minus vt multa lar-
giretur alijs, quàm vt ipse possideret quamplurimas
periculorum incredibilis despicientia, difficultunq; in-
ceptorum summa audacia. Ira tamen, superbiaq; va-
stum eius, vixq; sui capacem animum deformabant.
Itaq; pace parta, compositisq; regni rebus, Neapoli a-
gens, obuiam cum haberet Ioannem Spathasorum, ho-
minem sibi aduersum, ac maximè infensum, qui salu-
tandi regis gratia in arcem accedebat, ira atq; impo-
tentia praeceps, gladio illum obtruncat: quare in car-
cerem coniectus, aliquot post annos illucie, atque pecto-
re oblitus, squalensq; diem illic obijt: vir vtique dignus
mitiore animo qui esset praeclitus, quiq; si nō magis gra-
to, minus saltem se uero principe vsus esset. Anni huius
exitu, in campis qui Beneuentum inter Apiciumq; in-

terid.

teriacent, fœdū certamen inter coruos, miluiosq; exor-
 tum est, siue ostentum illud fuerit, prognosticumque
 futura ad Troiam pugna, seu naturalis cōtentio, quod
 multitudine locustarum ijs in campis eo autumno pro-
 gnatarum, quibus alites ipsi vescātur, pugnatum sit ob
 pastus cupiditatem. Primo igitur è certamine (nam bis
 pugnatum est) quod miluij acrioribus magisque falca-
 tis armati essent vnguibus, alisque vterentur patentio-
 ribus, maiorēsque captarent auras, corui cum disces-
 sissent inferiores, paucis post diebus, ac si imploratis a-
 liunde auxilijs, rediere densiore agmine generis sui vo-
 lucrū. Quod idem factitatū à miluijs. Cœpta igitur
 acri in aerē pugna, corui sensim quasi inito consilio, ar-
 tēque hac vsi, intra vineta subsidere, stantēsque aut su-
 per vitibus iam defrondibus, aut super editioribus ra-
 mis, truncōve eminentioribus rostra subrigebant, in-
 gruentēisque alis atque vnguibus miluios suffodiebant
 rostris, quasi pugionibus. Itaque cernere erat cadentes
 passim atque exenteratos miluios, singulorūque ad
 casum conclamare coruos, crocitātūque significare vi-
 ctoriam & tanquam cohortari aciem cantu, atq; e-
 xire pugnantes. Quo pugna genere cum certatum esset
 diutius, plenis tandem cadentium miluiorum campis,
 ipsi tanquam in insidias delatos se intelligentes, pugna
 deseruere, confessi volatu fugam, atque alitis hosti su-
 per stragem volitantis victoriam. Hic verò elatus victo-
 ria coruus, atque in cadem versus instratos humi mil-
 uios sauire, irāmque ac rabiem exercere, conficere ro-
 stro semineces, atque è mortuorum aut capitibus cere-
 brum eruere, aut hausta è visceribus intestina trahere
 vnguibus, carpere precordia, ac discindere armos ro-

stri: demum nihil ira reliquum facere, nihil non per-
mittere rabiei. Atque ex hoc certamine victor plureis
dies perinde ac direptis hostium castris liber, latúsque
passim ferebatur. Hanc pugnam, volucrumque conatus
tātos plurimi mortales spectatum cum venissent, quo
stragem ipsi cernerent, per vineta, camposque vagabā-
tur. Itaque alij pugna genus acre cruentūque, stra-
gem alij tantam mirabantur. Erant qui vulnorum va-
stitatem, & congestos quasi casorum acervos suspice-
rent, nemo tamen, qui non futurum breui contenden-
tium exercituum auguraretur certamen, partisque
alterius calamitatem. Eodem anno Arenate Brutio-
rum agro mula equum peperit, pilo flauo, cri-
nibus rutilis, oculis rufis: quem post
Loisius Arenas ad Ferdi-
nandum misit.

FINIS LIBRI SECVNDI.

IOAN.

IOANNIS IOVIA-
NI PONTANI RE-
RVM SVO TEMPO-
RE GESTARVM

LIBER TERTIVS.



NEVNTTE astate Mafius animo agi-
tans quibus maxime consilijs, quaq³ ar-
te aduersariorũ res prosterneret, educto
ex hybernis milite, eoq³ instructo para-
toque in expeditionem proficiscitur, positisque Medi-
mam ad amnem castris in monte, qui est agri Plaisa-
natis, quanquam natura munito, manu tamen ipse ar-
teque erectis munitionib. munitiorem multo illum ef-
ficat, ferreisque atq³ aneis tormentis circum dispositis
firmat, eo consilio, vt relicto paucorum militum presi-
dio, vagari cetero cum exercitu liberè atque impune
posset. Parte ex alia hostium duces, arcessito Baptista
Grimaldo Ioannis legato, qui per id tempus ad Sanctã
Agatam agebat, eoque duabus cū biremibus mari Are-
natem in oram delato, conuenere Monasteraciũ, dièque
constituta ad Antoniũ fanum secundum litus maris de
rerum summa consultabant. Fuere autem qui conue-
nerunt ad fanum cum Baptista simul Galeottus Bal-
dasinus, Loisius Arenas, Franciscus Gerunda copiarum
Martiani praefectus, Franciscus Caracciolus, & Ioãnes
Cola eius filius, qui aliquot oppidis regionis eius prae-
erant. Horum fuit omnium vna sententia, vt data Loi-

sio cura rei frumentaria, caterique commeatus, ipsi
 omnes coniunctis simul copijs, Masij inceptis obuiam
 irent. Itaque paucis post diebus, positis inter Philoga-
 thos ac Panagiam castris, pedite, equiteq, illic recen-
 sito utroque, cum apparerent hostibus superiores, de-
 creuerunt castra castris conferre: atque hac ratione,
 commatu intercluso, illum aut ad deditiorem cogere,
 aut gladio rem experiri. Quam ad rem intercepta An-
 tonij ad Masium litera illorum animos mirum in mo-
 dum confirmauerant. Monebat enim ante aduentum
 Iaimi Centilia fratris, qui propediem affuturus esset
 trecetis cum equitibus, lectaq, peditum manu, ne quo
 pacto manum consereret. Quo cognito, hostes ante Iai-
 mi aduentum decreuere cum illo congregi, rati (quod
 post successit) superiores se futuros: motisq, confestim
 castris, haud procul Plaisano metantur, quingentis nō
 amplius passibus ab Masij castris: quo die leuia quadā
 certamina inita, postridie verò ex eo loco digressi ad
 flumen profisciscuntur, eo consilio, uti munitis ad San-
 ctum Philum castris, & prohiberent ne comportari
 ab Semenaria commeatus posset, & tentarent trahere
 illum in certamen. Masius igitur (qua erat animi
 impotentia) venientem in acie conspicatus hostem,
 expediri arma in castris confestim iubet: ac relicto Al-
 phonso cum presidio, qui castris praesset, ubi suos con-
 uenisse instructos videt, huiusmodi est eos oratione ad-
 hortatus. Ad praedam potius, quam ad pugnam quo vos
 horter milites, monet me tot prelijs spectata virtus ve-
 stra, cui nō mœnia obstitere, nō rupes, quin ipsi quocūq,
 rēta stis, vi ferroq, irruperitis. Ferro vos intra munitissi-
 mas vrbes viā vobis mihiq, aperuistis, ferro equi in cā-
 pu de-

pis deprehensum hostem non semel profligastis, ubiq³ vi-
 ctiores, ubiq³ hostium potiti. Aduentanteis ipsi cernitis,
 ignauissimo cum exercitu, imperitissimos duces, eos-
 demq³ inter se maxime discordeis. Et hac quoq³ igna-
 uissimorum militum messis secunda vobis ferro est. Agi-
 te igitur fortissimi socij, irruite in eos quo soluti estis
 robore, quibusq³ vincere consuestis animis. Hac vna a-
 cie, hoc vno certamine (mibi credite) deletis his copijs,
 regio omnis nostra est. Hac igitur acie, hac vna pugna
 parate vos ad colligendos quos par est, quos fortitudo
 manet vestra, quam maxime vberes laborum vestrorum
 fructus. Ego dux, ego miles, ubique periculorum socius
 atque hortator adero. Hac ubi dixit, in hostem instru-
 cta acie e monte descendit. Parte alia hostium duces in-
 structis ordinibus procedentem Masium conspicati, im-
 pedimentis ad sinistram accliu in loco constitutis pra-
 grediente peditatu aduersus illum feruntur magnis
 clamoribus, summa alacritate. Duces ipsi suos quisque
 hortantur: Agite milites, nocturnos hos latrones luce
 in media quos indepti estis, cadite gladio, figite hastis,
 sternite iaculis, liberate regionem hac peste, vin-
 cate a sicarijs patriam: lux vobis auxilio est. Noctu per
 fraudem, per insidias in tenebris pugnare soliti, quod
 videtis, aduerso oculis eorum sole procedunt, videlicet
 assueti in latebris, dum conspectum hostium reformi-
 dant improuisos adoriri. Hac dies, hac lux, vestra dex-
 tra, animorum vestrorum robur libertatem populi,
 vobis diuitias, gloriam, decus, ociumq³ comparabit. His
 utrinque decus militem quisq³ suum adhortantur. Et
 iam signa canere incipiebant. Erat medio vtriusq³ exer-
 citus consillis nullo accessu aut calle, nisi qua publici

iter, ac peregrè incedentium via. Itaque aduersarum partium duces quòd intelligerent Masium, quo impetu rapiebatur, conuallem transiturum, alam à sinistra lectissimorum equitum collocarunt. Ille ad conuallem vt peruenit, turmas equitū quatuor, aliam post aliam trans conuallem immisit. Ha consertis acriter manibus, peditatu hinc, illinc hastis equos transfigente aliquanto iam superiores aduersarios propellebant. Aderat ipse inter primos dux, ac nunc ante suorum ora ferri, nunc gladio hostem petere, peditem immittere, hortari voce, significare manibus, adesse se periculorum socium, atque adiutorem. Nec verò duces aduersarum partium non & ipsi ferire, cadere, in hostem incurere, vulneratos ex acie subducere, integros summittere virtutem, ac fortiter facta suorum extollere, elcuare aduersariorum: cum iam in hoc statu rerum quinta à Masio immittitur turma, è cuius pugna euentu in alterutram planè erat partem victoria inclinatura. Itaque nihil à militibus, nihil ipsis ab ducibus omitti; exanimari equites, exanimari pedites, astu, labore, puluere, vulneribus, equi plurimi transfigi, pedites equorum impulsibus passim sterni, vngulis atteri, sauciari, cedi. tum Masius eo acrius instare. Nam si vt aliàs, hāc quoque mouisset loco turmam, hostes ihī in fugam versurus erat. Itaque summis viribus nunc solus in hostem ferri, nunc alios secum rapere, hos dextra, illos clamore impellere. Hāc verò hostium duces (quòd rem in summum adductā discrimen intelligerent, aduersariumq; fessum iam, virosq; atque equos defectos viribus) alam illam recentibus equis, virisq; à sinistra immittunt tanto impetu, vt ea impulsu suo disiectum hostem dissiparent.

spatumq³, nullis vltra sustentatum subsidjs in fugam verterit. Dux ipse decem cum equitibus è manibus hostium elapsus, Semenariam quāmaximè citatu cursu contendit. Fugientē pauci ex hostibus insecuti, in queis Capacius Capanus, qui dum ab alijs deseritur, ab alijs qui cum Masio fugiebāt, captivus Semenariam ducitur. Strages fuit equorū maxima, peditum, equitumq³, plurimi sauciati. Masiani penè omnes capri, casi equites aliquot strenui ac fortes viri: in ijs Gulielmus Rufus sclopetaria pila traiectus, & quidem dignus ob animi, generisq³, nobilitatem longiore vita vir. Dumq³, victores ipsi ad spoliandos qui casi iacebant, phaleratosq³ conuertuntur equos, Loisius Gentilis è Masij præfectus stratus humi, grauatusque vulneribus repertus est: quodq³, eo in congressu in galea sua cono insigne ferebat, quod ferre Masius alijs esset in pugnis solitus, dum fama fertur esse Masius, è finitimis oppidis manus quæ in castris tū erant in illū versa, corporis eius vix partē aliquam, quæ non aut telo, aut ense, aut pugione petita fuerit, intactam reliquere: tāta propinquorum oppidorum populi in Masium ira rabieq³, incensi ferebātur. Victor inde exercitus ad expugnanda castra profectus, acriter ea aggressus capit. Alphōsus inter dimicandum, vallo furtim egressus, Burrellum fuga petijt. Hostes castris potiti, quattriduum in ijs quieuerunt, dum vulneratos curāt, recensitisq³ captivis prædā partiuntur. Inde Semenariā projecti, duobus circiter passuum millibus ab oppido Petracem ad flumen metantur, rati oppidanos deditionem facturos, dum agrorū vastationem minimè toleraturi videntur. Cum interim exercitus rei frumentaria extrema penè inopia la'o-

raret, ut qui armētaria tantum præda rapto, animaliumque aleretur visceribus, triticoque subaridi è mes-
sibus vixdū maturis excusso, eoque aut pruna, aut cal-
darijs excocto. In hac itaque deditiois expectatione
cum essent, Baldasinius cuius ut corporis, sic animi quo-
que incompōsita admodum, ac vastæ vires erant, levis-
simas ob causas, ira atque indignatione præceps, eque-
stris militia quosdam alios hasta, alios fuste cum per-
cussisset, tumultuantem penè omnem in se exercitum
traxit, dum equites alij, dum equitū præfecti indignè,
impotentèrque ab illo factum ægerrimè ferunt, crimi-
nantiumque in castris audiūtur clamores. Is igitur ut
erat animi impotens, atque intractabilis, conclamatis
vasis, repente è castris se proripit, profectusque in agrū
Giraciensem, maritima in ora confedit. Quo facto du-
ces alij, quod impotentiam hominis, furiasq; nec preci-
bus, nec ratione vlla tenere potuissent, & ipsi dissoluto
exercitu ad oppida quique sua, agrōsque reuersi sunt:
cognitumque præcipuè tunc est Baldasinum, cuius in
Europa clarum admodum nomen erat, quod sapius in
singulare certamen cum produisset, victor semper eua-
serat, vires illas corporis admirabileis, tantamque mē-
brorum dexteritatem, animi morbis, moribusque for-
dassee intolerandis, naturamque ipsam, qua gignimur,
quibus hominibus corporis attribuendis viribus maxi-
mè consuluerit, eisdem animorum conferendis viri-
bus aequè vix unquam prospexisse. Quippe quæ huic
viroparum pensum nihil omnino moderati indiderit, cu-
ius animus esset trux, violentus, inexorabilis, vastus in
cupiditatibus sædus, crudelis immanitate etiam fera:

Huc

Huc accedebat, quòd in tãta elatione, hominumq₃ despicientia, bellicis in rebus parum se pro hominum opinionone, veteriq₃ dignitate gesserat. Is igitur Brutianum in agrum è Giraciensi profectus, turrim qua Brutiana dicitur die noctuq₃ cū acriter oppugnasset, irrito inde incepto abiit: cumq₃ castellis ab alijs esset repulsus, quòd Alphonsus Centilia magnum in singulis peditum praesidium imposuerat, quodq₃ intellexerat Alphosum Ferdinandi filium mari ad oram Cossentiam appulisse, validisq₃ comparatis copijs cum Antonio & Luca simul aduersum se parare expeditionem Rocellam se cōtulit, distributisq₃ per oppida qua ei parebant militibus, decreuit illic Alphosum expectare. Inter hac post Baptista Legati discessum Loisius Arenas sibi, rebusq₃ suis iuxta metuens, per Alexandrum Tosum veterem familiarem egit cum Alphonso de cōciliatione. Eo igitur dedito, receptisq₃ oppidis omnibus qua sub eius ditione erant, Alphonsus aduersus Baldasium proficiscitur. Ferdinandus enim pater cum intelligeret Brutiorum res laborare praefectorum ambitione, ducūq₃ suorum seditionibus, decreuit eò Alphosum, qui esset liberorum suorum omnium natu maximus, mittere, fore ratos, vti duces, praefecti, procures, regionis vniuerse populi, Alphonsi dictis iuxta omnes parituri essent, imperataq₃ obtemperanter facturi. Is itaq₃ è portu Neapolitano soluēs duabus cum triremibus, felici nauigatione vsus, acceptusq₃ à Luca quàm familiarissimè, per eius agros Cossentiam profectus, ibiq₃ conuentu habito ducum ac procerum, qui patris imperio parentes tunc erant, coniunctis simul copijs ad obsidendam Rocellam progreditur: id est oppidum Ionium ad mare sitū, na-

turaq₃ ac manu satis munitum quod Baldasinus prævalido tuebatur cum presidio peditum atque equitum: Itaque oppugnatio perdifficilis erat, multiq₃ quotidie balistarum, ancorumque tormētorum crebris excussibus sauciabantur: & quanquam obsidio ipsa apparebat futura diuturnior, diffusus tamen Baldasinus rebus suis, quodq₃ acerbissime imperitasset, sibi prætimēs sub speciem aduehendorum è Sicilia auxiliorum, triremen ascendit quæ ad ancoram stabat, noctūque cum liberis in Siciliam nauigauit: cohortatus prius milites, uti fidei, amicitia, pristinaq₃ fortitudinis memores essent, breui se affuturum pollicitus magnis cum auxilijs, bellicisq₃ omnis generis instrumentis, diēmq₃ expectandi sui cum illis statuit. Alphonsus ubi intellexit Baldasinum relicto oppido in Siciliam nauigasse, eo acrius oppugnationi intentus erat. Itaque nihil remisse ab suis agi sinere, nihil apud obsessos quieti esse, summa omnia diligentia administrare, tentare obsessorum animos, ac maximè militum pellicere eos ad deditiōē pecunijs, præmijs, pollicitationibus. At milites quamquam obstinatis animis obsidionem, diurnosque ac nocturnos labores non minus pertinaciter sustinebant, quam fortiter: tamen cum ille nec statutam redisset ad diem, nec aut reditus eius, aut auxilij reliqua esset spes vlla, atque indies omnia apparerent difficihiora, cū se denique frustra à Baldasino habitos intelligerent, scriptis cōditionibus, seq₃, atque oppidum Alphonso deditere, popularibus publicè priuatimque data venia: milites plerique acceptis stipendijs in Ferdinandi verba iurauere. Quod exemplū alia item oppida quæ Baldasino parebāt, secuta statim sunt: quique item equites

tes in illis erant. His peractis, Alphonsus compositis pro tempore popularium rebus, Pentadactylos cum exercitu proficiscitur: quod castellum millibus passuum quatuor abest à Viore. Castellani haud procul à castelli porta munitionem longe prius erexerant, quam Alphonsus tanto est aggressus impetu, ut castellani metu perterriti, ea destituta intra castellum se reciperent, quibus trepidantibus immixti hostes castello potiri, illud diripiunt. Maritimam inde per oram instructo exercitu procedit ad Mottam Anomeriam, tentatisq; animis Mortanorū, cum deditio negaretur, iussit tormenta ab Rhegio festinari, interim munitionem summo studio erigi: quodque solum esset glareosum materia ex arborum ramis caesa, parum poterat aggesta, quae male inhereret, terra cōtegi, cū aggeres lignea, quam terrena materia magis cōstarēt, quodq; aestiui torrerēt calores breui materia omnis aruerat. Hoc animaduertēs Motta praefectus, qui hostibus in cōstituendis munimentis quasi timentis speciem praeberat, nactus occasionem flantibus auris, die medio ignem sulphurea admistum materia immisit, raptimque omnis ea aggestio conflagrauit. Quod agerrimè cum ferret Alphonsus iussit denuo aggeres restitui, quod esset futurū bombardis, atque eorum excubijs munimētum. Quibus reficiendis magnis laboribus permulti dies consumpti cum essent, bombardaq; ex praescripto collocata, valido etiam praesidio illis imposito, rursus praefectus nocturno tempore, comparatis prius sulphurei pulueris sacculis, vasculisque item olei, magnoque silentio, conspersis oleo exterioribus tabulis, sacculiq; passim iactatis ac sopitis de multa lassitudine vigilijs (nam &

ipse ad multam eos noctem defatigauerat) ex impro-
 uiso inferri ignem iussit: quo statim comprehensis vn-
 dique munitionibus, vno omnia tempore ignibus am-
 busta sunt, tela, clypei, thoraces, arma, relique omnis
 generis non exigua copia. Vigiles tandem excitati flam-
 marum strepitu, materieq; crepitantis fragore, adhuc
 illorum vocibus qui e muris inclamabant, vix incendio
 elabuntur: hinc summo conspectum eripiente, illinc flam-
 mis fugam impredientibus. Igitur vbi sol illuxit, castel-
 lani irridere vanos militum labores, contemnere tot
 operas, tot irritos conatus, ludere, cachinnari, expro-
 brare. Illi dolere tot dies incassum absumptos, pudere
 ignauia, accusare praefectos: hi vigilum socordiam, coe-
 nas, atq; intempestiua conuiuia. Alphonsus ira, indi-
 gnationeque angi, turbari, penè furere. In hac itaque
 eius perturbatione ludificatusq; consilijs, hostes qui ex-
 tremia laborarent aque penuria, per hominem Anto-
 nio Centilia cognitum, cuius consilio atque opera Al-
 phonsus in primis utebatur, egerunt cum illo de deditio-
 ne. Antonius in re praesertim desperata, hoc cognito, ad
 Alphonsum properat, rem explicat, hortatur, monet,
 ablatam deditiois occasionem elabi e manibus ne pa-
 tiatur. Cuius autoritate persuasus Alphonsus conditio-
 nibus statim subscribit: castellumque ingressus, vbi coe-
 perit aqua reliquum quantum eo die satis esset, neque
 amplius castellanis esse, admiratus hostium solertiam,
 ac fidem maximis extulit eos laudibus. Anomeria re-
 cepta ad Mottam Russam copias admouit, praefectusq;
 summa celeritate, non minori studio munimentis, col-
 locatusq; tormentis veneis, ijsq; de caelo asperrema tem-
 pestate tactis, maximo exercitus terrore, cuncta caeli-

tus

tus exarserūt, fulminisque afflatu quatuordecim intra munitiones ex praesidiaribus exanimati. Sancius Agerba munitionum praefectus eadem procella attonitus, vix post dies plurimos ad se redijt. Restitutis verò munitionibus, multis laboribus, magnis operis, cum nihilominus castellani pertinaciter se defenderent, Antonius quidam, qui è monacho per summum scelus factus esset miles, atque ob morum improbitatem agnominatus Gabadeus, cum esset ipse vnus è turris custodibus, obtulit popularibus, cum se transiturum in hostiis castra, tormentaue clavis ferreis confixurum, ne displodere post id possent. Cuius cum esset consilium ab illis laudatum, ipse furtim castra ingressus Centiliam adit, offertq; proditurum se Alphonso turrim soluto pretio, signaque ac diem constituit. Re ab Alphonso comprobata redit intra castellum, hoc prius cum Centilia composito, vt perinde atque tormenta confixa clavis essent, ne quo modo aliquandiu disploderent. Reditus eius maximè acceptus popularibus, praesertim non displodentibus bombardis, confirmata fide promissorum. Igitur Gabadeus diem ad dictam turrim ascendit, aliquantumque castra munitionesque conspiciatus, ac si magnum etiam aliquid animo aduersus hostium munitiones agitare, quod sol esset ardentior, rogauit socium, qui vnus cum ipso ascenderat, pileum ad se vt deferret feruentissimum sub aestum integendo capiti. Itaque ob eam ille causam vbi è culmine descendit in imum turris, confestim Gabadeus subductis sursum repente scalis, pallium hasta infixum, quod signum proponendum conuenerat, è propugnaculis prætulit. Milites, qui ad munimenta instructi paratique aderant;

signum confpicati turris ad Vallum magno impetu cō-
 currunt, atq₃ inde intra turrim excepti in castellū ir-
 rumpunt, captumq₃ confestim ac direptū, atq₃ Alphōsi
 iussu incensum est. Turris ad solū diruta populares ma-
 gnis propositis supplicijs nō parērent coacti Rhegiū com-
 migrare. Tentata inde incassum Sāctagatha, cum op-
 pidū esset maxime omnium munitū, ac ciues ipsi supra
 omneis mortales Andegauicis factionis studiosi, Bapti-
 staq₃ haud inualidum secū haberet praesidiū, decreuit
 Alphonfus Cossentiam regredi, apud Flumariam oppi-
 dum aliquantum temporis Centilia cum copijs relicto.
 Biennium inde Baptista, pacata iam vniuersa regione,
 vexauit finitimos, magnis praedis saepius abactis, nec
 prius oppidum sese dedit, quā Ioannes ē Massilia
 Baptista scripsit, suadere populo deditionem: quam ijs
 populus conditionibus fecit, vti sub Bartholomaei Car-
 dinalis moderatione esset oppidum, fraterq₃ eius Flo-
 rius ius eis nomine Cardinalis diceret. His peractis Ba-
 ptista, fide publica ab Alphonso accepta, cum ijs omni-
 bus, qui remanere in patria recusarunt, Messanam
 primò in Siciliam traiecto freto, Narbonensem
 inde in Galliam ad Ioannem mari de-
 latus est. Hac per id tem-
 pus in Brutijs gesta.

FINIS LIBRI TERTII.

IOANNIS IOVIA-
NI PONTANIRE-
RVM SVO TEMPO.
REGSTARVM

LIBER QVARTVS.

EADEM ætati Tarentinus adulta iam in campis segete, cum omneis in vnum coegisset copias, infestissimo exercitu Andriam petit, castrisque propius admotis, obsidionem quam destinauerat pertinacissime aggressus mœnia pluribus simul locis quatit, nihilq; remissum, aut quietum esse apud circumfessos, & laboranteis sinit. Quoque à Francisco duce magis magisque ciuium alienet animos, atque atrocius terreat, non solum agros vastat, diruitq; ædificia, sed domos, atq; frequentia vrbis loca aneis tormētis die ac noctu quassat, non sacris, non profanis abstinens. Apparebat illum ita necessitudinis & humanitatis oblitum, vt nihil præter vrbis eius ruinas præter Francisci ac Pyrrhi sanguinē, Bauciaq; excidium gentis cuperet, odio atque immanitate præeps. At Franciscus, quod vnum, ac maximū obsessis vrribus remedium ac præsidium esse solet, ciues humanissime alloqui, appellare singulos, sua maiorūq; suorum publice, priuatimq; benefacta memorare, de rege liberalissime polliceri, auxilia propediem assutura dicere: nec passurum sortem atque amicum regem, deditissimum sibi populum, benemeritum ducem, cum

gente Baucia, cum vxoris sua sorore, indefensos, desertosq₃, hostis pradam, ac Tarentini spectaculum fore, Hac aliaq₃ ingentem prae se spem ferens commemorat. Nec verò Sanxia vxor, virilis animi matrona populatibus suis deerat, discursare per urbem, sua praesentia, sua oratione plurimum spei, plurimum illis firmitatis addere, vulneratos solari, egentibus subuenire, in summis difficultatibus summum robur ostendere: omnia ab utroq₃, dici agiq₃, quae confirmandis animis, leuandis laboribus, solandisque praesentibus malis conferre intelligebantur. Regem verò literis ac nuncijs quo in statu res essent, certiorum facere, rogare vti quamprimum auxilia mitteret. Se indies magis ac magis premi, populum Andriensem imbellem, verendam hominum inconstantiam, praesertim in magna annonae difficultate, arcem in vrbe nullam esse in quam confugiat: itaque vrbe amissa, ne spem quidem reliquam aut tutandi sui, aut illius aliquando recuperandae. His rebus permotus rex, quod vnum tunc asserre auxilium poterat, nondum enim à Pontifice, atque à Francisco Sfortia stipedium militibus missum fuerat, & ipse magna laborabat ararj difficultate, Alphosum Daualum, qui Ariani in Samnitibus hyemauerat, quanto celerius posset, subsidio ire iubet: pecuniamq₃ quantā pro tempore poterat, ad eum mittit. Magnis interim Andria in periculis versabatur: mœnia pluribus locis corruerant, deiecta e turribus plures, corruentium murorū ruinis fossa impleta: plurimi intus dum aggerem extruunt, dum propugnacula erigunt, vulnerantur, non pauci etiam cadunt. Iulius Antonius Tarentini gener, quod Picininus Frāncisci res perditum iri nolle, propter
veterem

veterem amicitiam putaretur, autor atque hortator nihil reliqui facere, nullam obseſis intermiſſione, nullam quietem diurnam aut nocturnam eſſe pati. Ceterum non exiguum ad ſalutem popularium remedium erat, quod Andria nō modica e parte antris habitatur, unde ſunt qui nomen duxiſſe illam credant, his ſe pleraq; mulieres, atq; imbellis etas conſinebat. Franciſcus dux, dum iſs qui ad aggerem laborabant, ſocius atque adiutor adeſt, dum ſuos coſfirmat, cognitus ab hoſte parum abſuit, quo minus tormentario ictus lapide ſub corruentis muri ruina decumberet. Quotidiana praelia conſerebantur, ne quiete quidem a certamine noctes erant. Hinc atque illinc multi vulnerati, aut occiſi. Quo tempore Franciſcus dum laborantibus ſuis equo vectus noctu accurrit, atque ante eum ſacula incenſa præfertur, atroci colubrina Tarentini iuſſu petitus eſt, quæ poſteriore equæſtris ſellæ partem ſecum auulſam trahens, illa ſum tamen illum ſolo deturbavit. Ad hæc hoſtis ipſe, quo præſidiarius Pyrrhi miles deſatigatione, vulneribusq; conſectus, rem Andrienſem imbecillio- rem redderet, de induſtria repetina certamina excitari iubebat, ac ſubinde ad arma cōcurſari. Mittitur etiam à Franciſco Barolium ad Barnabam, qui tum rei Barolitana præerat, uti peditem quo ipſe maxime egeret, quoq; illum paucis ante diebus iuſſet, conſeſum remitteret. Nam quia corona cingi urbem paſſus non eſſet, facilis adhuc intra muros illi exceptus foret. Quod ab illo, dum ſibi, rebusq; Barolitanis vehemē- tius timet, pernegatum eſt. Dum hæc ad Andriam ge- runtur, Mineruinum à Pyrrho ad Tarentinum, miſſus ab illo qui oppidum acciperet, deſicit. Qui Pyrrhi per-

tes fouebant, eorum pars in arcem confugiunt, in qua Maria Donata, Pyrrhi coniux cum paruis liberis, ipsa grauida & maturo propè partu erat, quorū bona statim direpta sunt. Arx, ne quā ijs qui in eā confugerant fuga patēret, neue intra accipi praesidiū posset, ab ijs qui Mineruinū curabant, praesidio imposito cingitur. At res Andriēses quotidie magis ac magis ad excidiū spectabāt, frustra subsidium expectabatur: & quāquā in hac obfidione maxime cognitū est, nullū firmitus ciuiū beneuolentia munimentū esse, tamen cum animi omnium fessi viderentur, spesq; indies minor esset, ab hoste vero qua ad oppugnationem pertinerent, summa cura administrarentur omnia, annona propè nulla esset, praeter hordeaceum panem, eumq; paucissimorū dierum, resq; in angusto versaretur, & iam Alphōsus aduersus regis praescriptum in Samnites, Pelignosq; iter diuertisset, nec à Barolo subsidium veniret: tum verò primum Franciscus dux necessitate victus, cogitare de conciliatione cum Tarentino coepit. At nihilo imbecillius, aut minus strenuè in tanta militum paucitate, moenia, turreisq; tutatus est, centum quinquaginta bombardis opportuna per loca dispositis, vt ne ipsas fossarum ripas attentare hostis vnquam sit ausus. Quocirca faciūdo cuniculo, quo intra urbem noctū irrumperetur, magna cura dari operam Tarentinus iussit. Re autem à Francisco cognita, nihil ab eo omittitur, quo frustrari hostium conatus posset. Itaque dum irrumperet hostis intra muros parat, Franciscus patefacto cuniculo suo, sublatis clamoribus in hostem fertur: & quanquam ignis, incendiūq; fomenta parata erāt, quo prae illos ad vnum intra cuniculum destinarat, reli-
gione.

giane tamē victus, ac rerum humanarum memor abstineri incendio iubet, captosq₃, atque armis exutos illos, ac per domos distributos familiariter accipi à ciuibus imperat: atque vbi illuxit, benignè appellatos in castra cum vestimentis remittit. Quae re illorum ita sibi deuinxit animos, vti reperti ex eis fuerint qui per famulos, aut amicos suos clam frumentum, cuius inopia premi urbem sciebant, aut intra urbem immitterent, aut in ipsas fossas excipiendum noctu ab oppidanis deicerent. Quibus artibus aliquot diebus fames in vrbe tolerata est. Cui rei Tarentinus, quòd prospicere nullo modo posset, dolore, rabieq₃, conficiebatur aded, vti sagittis balistarijs veneno delibutis tollere Franciscum e medio, pretio corruptis balistarijs tentauerit. Igitur cum ab illo tentandi gratia noti quidam homines missi intra urbem ad colloquium essent, atque in ijs Laurentius Miniatus, vir vtrique propter syderum cognitionem notus, & ob animi integritatem ac fidem gratus admodum, atque acceptus, agere cum eo Franciscus statuit de conciliatione. Sed cum animo destinaasset sese nunquam in Ioannis Renatiq₃, nomen, verbaq₃, iuraturum, quod Tarentino nequaquam displiciturum intelligebat, ita quidem conuenit, vti Franciscus seq₃, urbemq₃, in fidem Tarentini permetteret, scriptisq₃, in hanc formam conditionibus, diebus nouem & quadraginta, ex quo obsideri coeperat, deditur. Quae res in Ioannis animum altius descendisse dicitur. Pyrrhus filius noctu cum paucis equitibus, vt qui Tarentini conspectum adire, ac ferre nolle, fugam arripuit. Facta deditio, rebusq₃, e formula cōpositis, Tarentinus ad arcem oppugnandam, Mineruinum par-

tem exercitus mittit, ob Pyrrhi fugam longè insensior factus. Qui postquam nec precibus, nec minis tetatam impellere ad deditiōem Mariam nequit, arcem non minus crudeliter, quam pertinaciter oppugnari iubet. Concutitur itaque assiduis tormētorum ictibus: labe-
factantur pluribus etiam locis muri. Ipsum quoque gy-
naecum, ubi mulier pleno vtero, languenti corpore, in-
gentibus victa malis sese continebat, patrui iussu plus
etiam quē hōsilitē pulsatur, oppugnationem ta-
men verius quā obsidionem supra muliebre ani-
mum fortiter sustinet. Addit igitur eius constantia, ob-
stinatiōq; propugnatoribus animum. paranturq; ab ijs
ad propugnandum opportuna, quantum ars, quantum
pertinacia valet. Quae res Tarentini animum eo acrius
irritabant. Itaque eius iussu expugnationi necessaria,
mira celeritate, summo studio, diurnis, nocturnisq;
expediuntur laboribus. Quoq; Maria prospectum for-
det, ac lucem ipsam, qua nihil est mortalibus gratius,
ante os illius, oculosq; suspēdio confectum hominem
in iugo statui iubet. Circumsonabant omnia minarū,
ac terrorum plena, palamq; audiebantur voces, quibus
significabatur fœda exempla, atroceis cruciatibus, cru-
delia suplicia parari. At verò significatū ubi est ei, Ma-
riā morbo simul, partitudineq; aggrauari, victus pie-
tate senis ac patrui animus, memorq; ex fratre, quem
vnicē amasset, genitam (adē in acerbissimis etiam o-
dijs naturalis per sepe recursat affectus) quotidianum
ad eam victum deferendum curauit, qualis languenti-
bus dari solet. Hac ad regem perlata cum essent, eius a-
nimum vehementius perculsere, mouebant amissa op-
pida, in primis verò ne quid in Frāscum ducem cru-
delius

delius admitteretur. Inexorabilis enim Tarētini animus iure plurimum suspectus erat. At Maria quod nulla ulterius tuenda arcis spes esset, muri solo equati, munimenta eversa; ac disiecta ab imo essent omnia, nullū deniq; auxiliū paratū intelligeret, nec sustineri iā oppugnatio posset diutius, capta verius quā dedita, exuta penē bonis omnibus, ac maledictis oppleta, cum liberis Spinaciolam à patruo mittitur. In eos, qui in arcem confugerant seuitum est. Arce capta, Mineruino mouens Tarentinus, Canusium proficiscitur, Acris præcipue potiunda cupidus. Intelligebat enim Canusio capto, Barolum, & quicquid trans Ausidum esset amnem, breui suam sub ditionem iturum. In hac obsidione illud auarē nimis, impotenterq; admissum est, quod dum thesauris inhiatur absconditis, ne à sepulchro quidem maximi principis Boamundi temperatum est, quod aliquot etiam seculis, atrocissimorum quoq; bellorum turbinibus intactum, inuiolatumq; extra urbem in Sabini templo magna quadam religione permanserat. Quod facinus palam docuit maxime scdū ac detestabile animorum malum auaritiā esse, sacra profanaq; in aquo eam ponere, rapiendi licētiā summum ius ducere, nullum deū metum, nullum honesti respectum habere: id demum decere fasq; esse existimare, parto quauis ratione plurimum abundare. Sunt qui Tarentini hoc iussu, alij Picinini factum criminantur. Illud satis constat, Tarētini iussu euulsas fuisse templi fores ex arcē cōflatas, quas post ipse templum ingressus religione ductus restitui iusserit. Caterū Canusium urbem fuisse ciuibus, adueniēq; maxime frequentem, secundumq; Ausidum flumē positam, emporiumq; re-

gionis eius ambitus ipse ac situs argumēto est. Nam & Cannensis cladis tempore, multa Romanorum millia, quae illuc confugerant amicè liberaliterq³, accepta pa-
uit, & ad Viscardi vsque tempora caput regionis fuit. Quam ob defectionem, expugnatam, incensamq³, ac solo aequatā memoriae proditū est à rerum scriptoribus, ijsdem ferè quibus à Roberto temporibus Roma quoq³ magna è parte incensa est, dum Gregorium Septimum Pontificem Maximum illic circumfessum, ab ira Erri-
ci Tertij ereptum liberat, ac Salernum secum ducit. Aedificatum autem ab Diomede vnà cum Harpis ac Siponto, non desunt è Gracis qui tradant, dum Euro-
pam, atq³ Africam ferè omnē colonias esse suas volunt. Tempestate verò hac nostra prater tumultum, in quo arx tunc erat, praterq³ Sabini templum quod extra tumuli muros situm est, solo iacēt aequata omnia, vix-
q³ aliquod tanta urbis vestigium extat: cuius profectò excidium non parum videtur contulisse Baroli affinis oppidi frequentia ac celebritati, dum propter agri vi-
cinitatem, rerumq³ opportunitatem maritimarum ciues patria amissa ed commigrant. Siquidem Hera-
clius Imperator dum transportandis à mercatoribus, ex Apulia in Macedoniam Epirumq³, precipuè mari, prospicit mercibus, dum nauigantium saluti, oneran-
darumq³ frugum commoditati, publicisq³ portorijs ra-
tione ac consulit, molem eo in littore iecit: qua nunc quanquam partim oppleta est ciuium ob negligētiam, partim nullo reparante maris quassata fluctibus, ma-
gno tamen vsui est onerandis atque exonerandis navi-
bus. Extat etiam anea Heraclij statua, quae ad molis initium ob eius iactae memoriam tunc erecta fuit, id
quod

quod statua ipsa etiam dextra protenta significat. Hac dum à Ioanneantonio geruntur, Ferdinandus signis ad Sueffulam in Cāpania de more lustratis, dieq₃ ad conueniendum dicta, ipse modicis itineribus in Samnium profectus secundum Lauellam (id riuo nomen est) castra posuit. Ibi viginti dierum, dum eques cōuenit, statua sunt habitata. Quo tempore exploratis hostium cōsilijs, quid aut sequendum, aut cauendum esset, animo continenter agitabat, pluribus simul rebus intentus: populos enim qui in fide officioq₃ perstabant, nullis non rationibus atque artibus confirmat, dubijs spem fiducianiq₃ adiungit: qui ad hostem defecerant, eos partim minis territatos, partim impunitate proposita, vt ad officium redire mallent, premijs quoque, pollicitationibusq₃ sollicitatos inuitat: quid in Pelignis, Marfis, Brutijs fieri placeat ducibus praescribit, nihil à quoquam remisse agi, nihil segniter geri passus. Igitur vndique coactis copijs, cum ex communi ducum sententia bellum in Apulia gerendum decerneretur, nequid hostile à tergo relinqueret, aliquot castella, qua in Apuliam descendenti ad Apennini radices posita iter reddebant infestius, prius expugnare decreuit, ac die profectionis edicto, secundis castris cum septē ac quadraginta equitum turmis ad aquam Diam profectus est. Id castellum loco edito situm quā solis occasum prospicit, sanē angustū habet aditum, tractuq₃ satis breui, cetera ferme omnia rupes occupant. Castris pro loci natura positis cū oppidani deditionem facere recusarent, rex obsidendi castelli consilium cepit. Et iam obsidio ipsa futura diuturnior apparebat, quōd hostis aduentare nūnciabat. Igitur eo intentiore animo esse, oppugnationi

opportuna comparare, materiam vndique compor-
tari iubere tormenta aenea à Campania magno cona-
tu devehenda curare; nihil segne, nihil remissum pati:
Interim hostis quo regem ab intæpto deterreret, reli-
cta Canus, obsidione, quinq; millibus passuum ab re-
gis castris ad Focaciam cõfederat. Equitatu quam re-
gius erat aliquanto minore, peditum verò circiter se-
ptem millibus, in quibus ad tria millia balistariorum
erant. Quæ fiducia castellani confirmatis animis, cum
se neque corona cingi posse intelligerent, & noua quo-
tidie à Ioanne Antonio subsidia per agros quamlatissi-
mos nocturno tempore mitteretur, obsidionem indies
magis magisq; contemnebant. Nam & munitiones,
quæ à regis excitabantur securi despiciebant, & quo-
tidianas penè eruptiones ex oppido cum facerent præ-
lijs ita laceffebant, vti multos è regis vulnerarent. Cæ-
terum in castris laborabatur vehementer inopia com-
meatus, quod necesse erat ab lōginquo summis labori-
bus, maioribus etiam periculis importari, cum hostis
interim assiduè lacefferet, ac nunc in pabulatores, ino-
dò in frumētatores illatus nihil tutum, nihil quietum;
non die, non noctu apud regios esse sineret. adhuc & Ia-
cobus Vrsinus, qui Sanctam Agatham proximum tene-
bat oppidum, belli se medium gereret. Magnam fortè
rex post aliquot obsidionis dies equitum manum è ca-
stris emiserat, qui præsidio tum ijs essent, qui tormenta
deuehebant, tum gregario militi atq; catonibus, quos
in loca diuersa pabulandi, ac frumentandi gratia mul-
tos dimiserat. Hæc occasionem nactus aduersarius, ho-
ra dici fermè quarta, instructo agmine, tanta celeri-
tate mouit à Focacia, vti eodem tempore, & nunciis
in

in castra quanquam citatissimo equo peruenerit, & hostes stare iam in acie conspiceretur. Ferdinandus re-
pentinare permotus, & quid hosti consilij esset, incer-
tus, quod ancipiti in re fieri solet, omnia oculis, animo-
q; lustrabat: & quanquam hostium incursus, tempo-
risq; exiguitas nihil quieto consilio geri sinat, confe-
ctum tamen pedites, quos paucis ante diebus scripserat,
quorum etiam maior pars ab hoste trāsfigerat, ne e-
ruptionem castellani facerent, pro fossis arcte collocat,
ignemq; a munitionibus arceri iubet. Strenuum quē-
que, ac maxime fidum, quem aut casus obtulerat, aut
ipse nominatim euocauerat, ad repentinos coërcendos
impetus, ubi magis opportunum videbatur, curare, at-
que adesse imperat. Tribunos, praefectos, duces, aliū aliq;
muneri destinat, & quid facere queng; velit demon-
strat. His actis pro praesenti re atq; copia, satis castris
prospectum ratus, Robertum Calatinum cum equiti-
bus quadringentis, quanta maxima posset celeritate,
ijs qui in pabulatione occupati erant, subsidio ire iubet.
Ipse equitibus, qui pro statione armati, atque instructi
aderāt, hosti iam è colle in planitiem, quae sub ipsis ca-
stris non admodum lata suberat, descendenti in aciem,
iussis occurrere, reliquum exercitū cogit, ordines dispo-
nit, ne quid ab latere, aut à tergo incommodi accipia-
tur, prospicit: nunc singulos, nūc vniuersos cohortatur
bono animo essent, impetum hostium tantisper fer-
rent, dum gregarius rediret, dum arma totis expedi-
rentur castris. Hac agendo, ac nunc hos, nunc illos pri-
stina virtutis admonendo, trepidationem sedare, mi-
litum animos confirmare, erigere spe, praemijs, gloria.
Et iam in planitie cōcurri acribus vtrinq; animis co-

ptum erat, resq; in vniuersi exercitus certamē spectare videbatur, hoste copias promouente: regio non solum non detrectante pugnam, sed vltro etiam ad conferendas manus prouocante. Hac inter cum aliquantum temporis extractum esset, accurrunt nuncij exploratoresq; qui omnia apud pabulatores, tormenta^q, tuta esse dicerent: nec multo post gregarius cum subsidiario equite haud procul conspici cœptus est. Quod vbi hostis intellexit, confestim suos in collem se subducere, atq; ad signa redire iubet. Gregarius cum equite latis animis in castris exceptus; vbi paulum modo vires cibo refecisset, & iam omnia insequēdo hosti ab rege parata essent, ad signa atq; in ordines statim ire est iussus. Cernere erat, mutata belli fortuna, regium militem spei atq; fiducia plenum, pugna signum expectare; se^q vix in ordine conferenda manus cupiditate continere. Cōtrā apud hostem omnia plena pauoris atque formidinis, sola^q in fuga spem esse. Quod vbi hostiū duces intellexere, veriti ne si pugna cœpta esset, collatis signis procul à castris suis, sole iam in occasum inclinante, dimicandum esset, citato gradu ac fuga maximè simili; per summum collem redire suos in castra iubent. Hoc cognito, rex celeriter procedere agmen, quā intercipi posse hostis iter videbatur, imperauit, vltimo à tergo qui adorirentur, immisissis: ac iam iam regis equitatus postremos affecutus, pugnam sciebat. Hic siue fortuito, siue Picinini consilio, quod à plerisq; creditum est, tātus repente ignis extitit inter vtrunque exercitum, ut non equorum modò transitus flammis interceptus, sed equitum quoque aspectus esset fumo caliginē^q sublatus, quæ subuiridi è stramine, fœnili^q materia excita-

ta, cœ-

ta, cœlum repente omne circumfuderat. Reditum est igitur à regijs in castra sub primâ noctem, hostis ipsius confessione quo minus victus ipse, profligatusq; esset fumo flammisq; prohibitum. Qui si quo impetu venerat, irrumperè in castra conatus esset, na dies ille calamitosum bello finem imposuisset. Satis tamen constat Picinini audaciam, Tarentini cunctatione repressam esse. Die qua infecuta est, magno militum concursu, maiore spe, tormeta in castra perlata sunt; noctuq; ad iactum muris admota. Vbi illuxit, regij ad munitiones, castellani ad muros, qua cuique in sortem cesserat, laborare: hi tormentarios lapides subiectare, illi aggerẽ intus substruere: omnia summa vi hinc atq; illinc administrabantur. In medio fermè, quem diximus tractu quadrata surgebat turris, ad cuius leuam oppidũ porta erat aliquanto humilior, à qua vbi paulum modò processeris demitti cliuus, atq; in horrescere rupes incipit. Eã primò turrim demoliri placuit, cuius ruina oppleta porta, muroq; qui porta imminabat, equato; aditus intra castellũ liber militi permittebatur: multis itaque ictibus die noctuq; labefacta turri, pars eius anterior, opinione citius corruit: qua è re defensorum animi fracti conciderant. At nihilo segnius prasidiarius miles propugnacula munire, ne turris posterior pars exterius procumberet, machinis prohibere non opera, non arte sibi deesse. Rex vbi qua oppugnãdis mœnibus opportuna essent, comparata intellexit, exercitum vniuersum esse in armis imperat: ac nequa repẽtinus hostium incursum incommodo esse, nèue quem in castris, atque inter oppugnandum excitare tumultum posset, intento in oppugnationem exercitu, militem

M

pluribus in locis disponit, simul quid cuique agendum
 esset, praefectis ducibusq; praescribit. Tam signo dato,
 magnis sublatis clamoribus in fossas procursum tanto
 est impetu, ut vallo superato admotis scalis acriter pro
 muris pugnaretur. Castellanus saxa conijcere, scalas
 comminuere, multos sauciare: Regius integras alias re
 ferre, murum rursus ascendere, non viribus non ani
 mo defici. Inter haec rex castra subinde circumiens, ac
 nunc hinc nunc illis se locis ostendens, integros saucijs sum
 mittebat, alios voce, alios praesentia cohortatus, multa
 quoque per praefectos ac tribunos administrabat. Dum
 haec à dextra turris parte geruntur, & pugna aliquan
 tulum extracta, rex in expectatione esset, eorum qui
 ab leua dimicabant, tum repente displota bombardas,
 imminens porta murus concussus magnis fragoribus
 corruit. Quo collapso, qui in propugnaculis consiste
 bant, partim ruina prostratis, partim maxime simili
 fulminis procella deturbatis, regius quanquam fumo,
 pulucreq; offusus undique, magno tamen adortu intra
 castellum irruit. In ipso statim ingressu aliquot è pro
 pugnatoribus caesi, ceteri superante multitudine abie
 ctis armis viui capti. Hinc milites ad praedam versi, ca
 stellum diripiunt. Caterum cum direptio spectare in
 seditionem cerneretur (nam & praeda exigua, & di
 uersi generis miles erat, adhuc quod hostem esse in ar
 mibus, & aduentare illum fama erat, cum tamen castris
 se continuerit) rex immitti ignem rectis, pluribus si
 mul locis imperauit. Captum igitur atque incensum
 est castellum vnde nigesimo ex quo obsideri coeperat die.
 Cum interim finitimis è locis partim metu, partim stu
 dio partium, nuissis oratoribus, regi sese aliquot etiam
 castella

castella dedidere. Biduo deinde quieti militum dato, cum interea de belli esset rationibus agitatum, Vrsaria omnium sententijs, ac totis viribus petitur, omniq; in eam versus est apparatus. Fore enim satis apparebat, ea capta, vti penè omnia post tergum, citraq; Apenninum pacata redderentur. Ab qua in vniuersam quoq; Apuliam, qua Apennino, Garganoq; includeretur, liberae discurSIONES patèrent, Troiaq; qua regionis eius arx esset, à qua passuum millibus quatuor non amplius abesset, nihil tutum aut quietum relinqueretur. Quò peruentum cum esset, rexq; de more per praconem, vti deditiōem facerent, postulasset, oppidani quòd scirēt Tarentini copias integras esse, nec se propter loci opportunitatem despiciendos arbitraretur, rursus quòd intelligerent Aquam Diam ante ducum suorum ora per vim captam igniq; absumptam esse, spe metuq; quid potissimum sequerentur incerti erāt. Verum quòd tormenta propius admoneri scirent, quibus admotis, dedendi sui arbitrium nō facile integrum relinquebatur; spem metu superante, deditiōem in quatrīdium, nē liberati interea obsidione ab suis essent, cum rege paciscuntur. Ferdinandus quòd per hāc maximè occasionem futurum rebatur, vti collatis cū hoste signis, quòd maximè auebat, decerneretur, quodq; ē Campania nunciabatur Marinum Martianum multis vndique coactis militibus, ad viginti equitum turmas, ad duo peditum millia secum habere, quibus aut agrū Campanum infestaturus videbatur, aut in Beneuentanum transiturus, quo regem ipsum à tergo aut omnino includeret, aut arctius premeret, oblatam ab oppidanis accipit deditiōis conditionem. Igitur locis circum oc-

cupatis nequà nocturno præsertim tempore irrumpere hostis posset, quem à Focacia mouisse per exploratores comperitum erat, ad eum propellendum summa omnia diligentia ab rege parabatur. Interea Ioannes, Picinnusq₃ (nam Tarentinus quartana morbo correptus è castris Spinaciolam concesserat) sub Asculum consederant. Ibi communicatis sententijs placuit, vti admotis ad Troiam castris, subiectos Apulia agros non solum à populationibus tuerentur, verumetiam fortunam tentarent, si quam liberanda ab obsidione Vrsaria inuenire viam possent. Troia edito in tumulto sita ab occasu, qua arx est, clementi tractu in ortum excurrit æquinoctialem, ipsa oblongior, & maxima è parte positu plano vtriusq₃ ab lateribus muros cliuo impositos habet, æquato penè vbiq₃ aggestitia terra fastigio. À qua parte in orientem, vt dictum est, vergit solem, paulatim se campi demittunt, donec in vastam illam planitiem diffunduntur. Ager ipse ficu, viribus, atque oleis confitus. Sub ipsum tumultum à septentrione Chilon amnis delabitur, ab Apennino decurrens. Vrbs ipsa, vt annales quidam docent, quadringētos & quadraginta duos ante annos condita, Basilij, & Constantini Imperatorum iussu, præsidium, vti autores arbitrantur, aduersus Normannos, qui finitimis in locis sedes sibi constituerant, bellumq₃ aduersus Græcos gerebant. Sūt qui Ecanam eam fuisse tradant, veterem maximè urbem, atque à Constante Augusto multo ante dirutam: quo tempore is ab Epiro cū exercitu in Apuliam cum traieciisset, multa ibi fæde, crudeliter immanem in modum patrauerit: nō Ecana modò ac Luceria nobilissimis urbibus scelo æquatis, verum etiam à Remoaldo Be-

nexen-

neuentanorum ducē, Grimoaldi Longobardorum regis filio fufis fugatisq₃ eius copijs Romam cum conceffiffet, atque è Pontifice, ciuibusq₃ Romanis liberaliter acceptus effet, publica priuataq₃ adificia, ades item facras antiquiffimis quibusq₃ ornamentis, ac præfertim aneis fpoliauerit, in ijsq₃ Diua Maria tèplum, quod à Marco quòdam Agrippa in honorem deorum omnium fuerat conditum, ac fumptuofiffimè ornatum, detractis inde tum monumētis alijs, tum aneis etiam tegulis. Quibus patratis fcleribus in Siciliam mox trañciens, ea quoque cum Africa pariter ac Sardinia per fummam auaritiā direpta, ante quā inde decederet, obfeuitiā, atque impotentiam in balneo à militibus caſus, dignū fcleribus ſuis exitum vita habuerit. Quin etiam quibuſdam in annalibus coniperio, Robertum Viſcardum capto Rhegio in Brutijs, circa initia rerum eius, ſtatim in Apuliam proſectum, cum à Troianis urbem ipſam dedentibus vocaretur: adeo inter annalium ſcriptores, & res geſta & tempora ſimul diffentiunt. quippe cum euocatio hac ipſa è Bru:ijs indicio ſit, ante Normanorum aduentum in Apuliam, Troiam fuiſſe ſiue conditam, ſiue inſtauratam. Poſitis igitur ad Troiā caſtris, Andegauienſium partium duces cum diuerſa ſentirēt, altercandoq₃ aliquantum extraxiſſent temporis, illorum tandem viciſ ſententia qui cenſerent, vti occupato colle, qui ante regia caſtra, non magno tamen interiecto ſpacio, aliquanto ſurgebat editior, vnde & aquationem facile hoſtium præhibere poſſent, & ſubiectos turri campos, eò copias traducerent. Occupandi verò collis ratio hac eſt inita, vti de quarta vigilia præmiſſo paucis cum equitibus, quo plurimo abundarent pedi-

tatu, locoq; castris delecto, reliquus exercitus instructa agmine cum impedimentis sequeretur. At rex quod vnum cupiebat, cum in dimicandi necessitatem rem adductam cerneret, praefectis ducibusq; in pratorium ad se vocatis, huiusmodi ad eos orationem habuit. Si quam occasionem aut dii immortales ostendunt, aut hostes ipsi nobis offerunt, fortissimi viri, eam sequi ducem volumus. Non de recipienda Vrsaria, sed de profligando aduersario, belloq; conficiendo nobis potius cogitandum videtur. Quam ob causam non tam mihi aut confirmandi estis, aut instruendi ad dimicandum, quam studiis ipsis vestris, vestraq; fortitudini gratulandum. Quem enim hostem indipisci in campis auebatis, en ante oculos iam habetis, atque in apertis locis positum spectata virtus vestra vel contemptui habere eum potest. Quod obesse vnum videbatur, Tarentini illius cunctatoris praesentia, id omnino sublatum videtis. Ipsi vero inter se hostium duces non consilijs modo, sed animis quoque dissentiunt. Quibus dissentientibus, quid in militibus esset firmitatis ceseatis aut roboris? Contra summum in nobis studiū, certa consilia, firma concordia, miles ipse noster praeliandi cupidus, signa sequi, atque ordines seruare consuetus, omniaq; ad praescriptum gesturus, plenus & ipse spei, tantum animi pollicetur ac fiducia, vt iam iam verso in fugam hoste, cogitandum magis sit, quoniam illum modo castris exuamus, quam quibus artibus, aut quo pugna genere sit cum eo cōgrediendum. A me parata sunt cuncta, quae consilium, ratio, rei q; militaris disciplina parāda docere. Vos modo suam quisque militem, seq; & equos curare, armaq; in promptu habere iubetis, atque vt

de ter-

Oratio Regis Fortissimi ad duces.
NB.

De tertia vigilia instructi, paratiq₃ ad signa cōueniāt. Quod si quos vultus, quaeq₃ ora nūc video, cras ijs similes animos habueritis, dicam vobis duces, bellū iam confecimus, nec tam ad crastinam parare vos victoriā ac pradam oportet, quā ad belli pramia accipienda, quanta & a gratissimo expectari rege debeant, & regni Neapolitani amplitudo, atque opulentia fortitudini promittat vestra. Concione dimissa, praefecti, ducesq₃ leti, atque animorum pleni, milite quisque suum curare, equos, expedire arma, seq₃ in crastinam parare pugnam hortantur, pramia cuique sua proponunt, regias vires, sua consilia, atque opes in maius efferunt, hostem eleuant, in primis ne quis extra ordinem in aciem prodeat edicunt. Hisq₃ rationibus suorum animis confirmatis, corpora curare illos iubent. Albescente igitur caelo, hostis colle occupat. Quod vbi Regi cognitum est, eductis copijs, quas de tertia vigilia esse instructas iusserat, Robertos Vrsinum atq₃ Calatinū cum ea equitum manu, qua satis visa est, occurrere hosti imperat, post hos Alexandrū cum parte copiarum mittit. Ipse relicto in castris praesidio, reliquo cum exercitu ad pugnam instructus progreditur. Descensum in certamen est ab rege cum nouem & quadraginta equitū turmis. Roberti hostium equitem non magno conatu ē colle deturbatum in fugam coniciunt: inde in confertissimum illati peditem alter a dextro alter a sinistro cornu praelium committunt. Pedes primò quod equitatum suum auxilio veturim sperat, impressionem acriter sustinet: multa vtrinq₃ vulnēra eduntur, ex hoste plures cadunt, ē regijs equi non pauci confodiuntur: imparq₃ erat imminere pugna, quod hostis nullo eque-

stri præsidio, nudo arboribus loco irruentem equitem, nec euitare poterat, nec ex aquo cum illo confligere. Fit igitur magna peditum strages, sustinent tamen. At ubi fulgentia signa conspecta sunt, & agmen procedere, regiumq; equitem qui impressionē fecerat, noua subsidia, recentes subinde equos accipere visum est, repentīnam in fugam versus, prostratusq; ingruentium impetu equorum, pedibus illorum proteritur. Pars decliuorem per locum, quā equiti non patebat excursus, praiceps ab insequentium manibus elabitur, seq; trans torrentis ripam, ubi suos in acie stare conspexerat, recipit. Alij caesi, vulnerati alij, aut capti armis exuuntur. At ubi regio à milite ad ripas ventum est, hic noua rursus pugna conferitur. Vtrinq; duces acies instruunt, præsidia locant, suos hortantur: apparet totis viribus atque vniuerso Marte decernendum. Procebat Ferdinandi agmen suis sub ducibus, suo loco, suo quisq; ordine gradiens. Quod Picininus conspiciatus, qui trans ripā suos colligebat, conuersusq; ad Ioannem, qui iuxta aderat: ne dies hic inquit, plurimos hastarū trūcos, plurimaq; videbit fragmēta. Cui ab Ioanne oblique respōsum cum esset, quippe qui pugna cupidus detractatū iri pugnam à Picinino verebatur, quem producere intelligebat arte bellum: agerrimè id ille ferens, indignabundusq; qua parte redintegrari pugna coeperat, milites summittit. Erāt omnino aditus duo, & hi quidem angusti, atque accliuēs, quibus regius irrumperē conabatur cœques, quem superiore è loco hostis facile propellebat. Magna enim illic hastatorum manus, non minor sclopetariorum coacta pugnabat. Quocirca facile equites ab ascensu deijciebantur, & qui acrius institissent, vulne-

vulnerati pedem refersbant. Itaque magni vtrinque clamores tollebantur, vt quis aut ferocius illatus ascēderat, aut praeceptus datus corruerat, vario cunctu, varia spe, summa tamē alacritate pugnabatur, pedes hinc atque illinc obteritur, eques equite substernitur, vtrinque centuriones, vtrinque tribuni recentes summittūt milites. Cadit ibi ē regijs tribunus vir acer & strenuus, quā ē re additus hosti animus. At regius factō tādē cuncto victor irrumpit, ripisq; superatus inde aduersarios depellit, fugienteisq; ad ordines regredi, atq; ad signa cogit. Et iam parte alia quā se campi latius aperiebant, canere signa & concurrere acies cōperant: primāq; ē regio equitatu turma nō satis prosperē manum conseruerat. Cui laboranti, & penē ab hoste circumuēta, duas quas Alexander secum habebat, auxilio mittit, harum aduentu pugna restituitur. Nec minus à Picinino, ac Picinini ducibus subsidia mittūtur, pluribus simul locis certamē initur, pugnaq; pro equitum virtute, proq; recentium equorum robore, vel aduersa erat, vel prospera. Quod vbi rex animaduertit, Vrsū cum globo lectissimorum equitum, quē ad pugna difficillima parauerat, aliasq; atq; alias post eum turmas procedere paulatim iubet. Quod hostis conspiciatus, subducere se ac cedere sensim cōpit. Regius edacrius equos promouet, hostemq; iam cogitantem, quā se ratione aut in castra reciperet, aut intra Troiae mœnia magno impetu adoritur. Excepit hīc Gallus eques procurrentem regium, ingentibus animis, additusq; est Gallo Hercules Estensis magno cum equitum robore, lectaq; virorum manu. Itaque nec viribus, nec animis primo cedunt. Stimulabat Gallū animus insolens,

as natura ferox, manum verò Estēsem ducis sui præsētia, & quòd ille nihil prætermitteret quòd strenui militis, aut fortissimi ducis esset: quippe qui, nunc vocē nunc præsētia, sæpe gladio, suis modò pluribus, interdum singulis adesset, vir & corporis viribus & animo magnus, atq; excellēs. Tandem relictī ab reliquo exercitu, suffosis, aut iugulatis equis circumuentiq; ab regijs, partim capiuntur, partim qui equo erant incolūmi, cum Hercule duce fugientes ad suos se recipiunt qui iam sub Troia muris in cliuo constitierant, eos regius infecutus eques cum esset, superiore è loco facile deijcitur. Quo tēpore Picininus aceliui loco, sub ipsam Troia portam, quæ ad Apenninum spectat ordines de integro restituit, tumultumq; qui est ante arcem, præfidijs firmat. Adhæc equitibus turmatim pluribus locis dispositis milites cohortatur, vti pristina virtutis memores locum teneant, regios tam iniquum in locum sine summa suorum clade minimè successuros. Si viri esse velint acceptam ignominiam eo loco eodē die ipso illo penè momento abolituros. Cuncta esse post tergum ruta, recentes equos, recenteis milites, urbem castraq; subministratura. Cōtrà regias copias eò loci perductas esse, vt neq; explicare se à pugna, neque recipere in castra, siti, laboreq; equis, virisq; confectis, sine multa internitione queant. Redintegratur igitur pugna regio vrgente, dum pertinacius iniquum in locum succedit, moxq; aduersario rursū propellente detruditur: multum tamen vtrinque cadunt equi viriq;. Quod conspicatus rex, vocatis ad se principibus cum in maximam adductam discrimen rem cerneret, quid potissimum sequendum censeant sci citatus: cum alijs sensim receden-

recedendum censerent, quòd satis eo die, eo certamine actum iudicaret, alij insidias veriti, artesq₃ Picinini, regi se uti è pugna subduceret, persuadere conarentur. Adea ipse quando, inquit, dies hic noster est, & nos fortunam hodiernam sequamur, macti virtute estote, quã me videntem videritis, sequimini ducem. Tum premisssis qui explorarent, ne quæ post tumultos insidia essent posita, concitato statim equo, cum lecta manu equitum per summum euadit tumultum. Procurrentem Ferdinandum sua acies, signaq₃ sequuntur, atq₃ omnium primæ turma aliquot recentes, quæ à pugna continuerant integrisq₃ viribus. Ea è re nouus repente ardor equites inuasit, ferro sibi viam quisque faciunt: nec turmatim iam, sed confusis ordinibus res geritur; nec tã gladijs Mars seuit, quam propellentium equorũ pectoribus: hos incitabat, quòd partam iam victoriam eripi sibi è manibus indignabantur, illos ducis sui gloria, & multis bellis partum decus. Igitur dum acerrimè haud procul à porta, ac sub ipsis muris ab ijs, qui cliuum tenebant, dimicatur, interim ab illis, qui in via paulo à porta longius collocati erant fuga fieri repente cœpta. Inde premente rege, multisq₃ ex hostibus, & in ijs aliquot præfectis partim captis, partim equo deturbatis: qui tumultum tutabãtur, ipsi quoque deserto loco terga vertũt. Ibi vndiq₃ à regijs tanta facta impressio, eoq₃ incursum est impetu, ut versis equis hostes alij in castra secundum vrbs raperetur fossas, alij ex equis in fossam deiecti, ab ijs, qui è muris pugnabant, manibus, scalis, sunibus excepti subleuarentur. Ioannes, Picininusq₃ magno tumultu intra portã admissi, quiq₃ cum ijs erant vix acceptis, porta ipsa repetere clauditur,

regio ita urgente, vt quidam hostibus immixti urbem sint ingressi. Signa ab ijs qui propugnaculis cōstitierant excepta, intra muros cum trepidatione iaciuntur. Rex in fossam, quæ ad septentrionem est, equo inuectus, ac fugientibus immixtus in castra hostium contendit, quem Alexander, ceteriq; quanquam diuerso itinere subsequuntur. Vbi in castra peruentum est, confestim nullo defendente capta, direptaq;. Qui è regijs à pralio atque ab labore recentes erant, atque integris viribus, fugientem Luceriam versus hostem infecuti, in ipsa fuga multos vulnerant, plures etiam capiunt. Rex vbi castra diripi, & iam nihil vltra ex præscripto geri sensit, haud procul à porta, quæ ad orientem spectat, signa in via constituit, eaq; presidio firmat, edicitq; nequo casu locum deserant. Interea victor miles rotis cāpis vagatur, longiusq; fugientis ad multam etiā diem infecutus, atque in prædam versus, non ad signa redire, non ad ordines curat. Videres itaq; alios proiectis armis, onustos sarcinis vix progredi, alios collatamvnum in locum prædæ inter se partiri, plurimos equestris decoris oblitos phaleratum præda equum onerare, seq; ante aggeres ipsos pedibus ire, & reste alia atque alia iumēta, equosq; sarcinis impeditos trahere. Quin etiā ex ijs, qui in presidio collocati fuerant, cōplures & ipsi in prædam intenti signa locumq; reliquerant. Quæ res hosteis quanquam fessos, & muris clausos, ad erumpendum inuitauit. Egressi igitur portis, nullo tamen clamore edito, regiones præda occupatos, ac sub sarcinis impeditos, de improviso adoriuntur, multosq; antequam hostes esse intelligantur, mentito etiam nomine capiunt, & iam liberius vagari incipiunt. Quod vbi regi cogni-

gi cognitum est, vndique ad signa concurrere imperat, multaq; per IOVIANVM PONTANVM, quem secum ducebat, ab ducibus peragēda curat. Ipse vt quēque nactus erat, primò singulos, deinde plures, qua pugnam confertam videbat, immittit, donec aliquot ordinibus restitutis, iusta pugna more dimicari cōpit. Itaque dum sustinere impetum hostis nequit, citatis equis in urbem regreditur. Stetere dein regij in acie, atque sub signis, donec prada omnis coacta, & Vrsariam versus tutum in locum delata. Inde sub vesperum in castra est reditum. Dies quae infecuta est, quieti militum atque equorum data. Captiuorum numerus recēsitus, fuit aliquāto minor: quia captiuorum alij, quod capitalium rerum conuicti essent, clam dimissi ab amicis, aut cognatis fuerant: alij iureiurando parum seruato, fideiq; & date atque accepta, vt nunc in cōflictu moris est, dextra, immemores Troiam profugerant. Ioannes, Picininusq; maximo silentio Troia egressi, Luce-riam noctu profugiunt. Deliberantem de obsidenda vrbe Ferdinandum Troiani inuitāt, misso qui seq; urbemq; dedituros polliceretur, vbi castra propius admo-uisset. Imperitabat vrbi Ioannes Coxa, qui quod Nicolaum Episcopum indignius habuerat, Lombardorum familia inuisior erat, cuius opes in ciuitate magna atque pollentes tunc erant. Castris igitur ad vineta positis, tumultu, sicuti cōuenerat, ab Lombardis excitato, deditur regi oppidum. Coxa cum in arcem cum paucis confugisset, diffusus rebus suis, Alexandro se cui propter veterem consuetudinem plurimum fidebat, deditit. Rex vno simul tempore & oppido potitus, & arce, oppidanos collaudat, Lōbandos etiam muneribus donat.

Coxam ad se ductum, multisq₃ ornatum laudibus, atq₃ huiusmodi, ut manere in patria vellet, dimittit: captiuos, qui in castris erant, & in ijs quosdam, qui Ioannis è cognatione essent, liberos abire permittit: tum qui dederem sese Fegiam accipiant, mittit: arma, equosq₃ apud Troiam repertos, qui ab hoste capti fuerant, militibus suis restituendos curat. Rebusq₃ sic ad Troiam compositis, duobus castris ad sanctum Seuerium profectus, cingit oppidū: quod quo minus statim oppugnaretur, hymber prohibuit: postero tamen die deditio- nem fecit mulctatis ciuibus. Inde rex ad Asculum retrō mouens, urbem statim recipit: Candelanig₃ ex itinere oppugnatam diripit. Mox Asculo recepto ad Aufidum proficiscitur, eo cōsilio, ut Ioannem Caracciolum, qui Melsia dux praeerat, debellaret. Is quod Andegauiensis factionis fractas res cerneret, nullumq₃ superesse Tarentino exercitum, quo tutari oppida remq₃ suam posset, se cum arcibus atque oppidis in regis fidem permisit: quem ad se venientem rex, benigneq₃ appellatum inquit, uti fidei memor, quietam honestaq₃ consilia peruersis, ac parum quietis anteponeret: postq₃ aliquantū temporis mutuis ac gratis extractum sermonibus, iuratum illum in verba, eodem die Melsiam remisit. Id oppidum montosis in Apuliae locis positum gerēdis bellis maxime opportunum est: quod à Gulielmo Ferri- brachio Normanorum duce conditum, annales quidā tradunt, alij ab eo per vim captum. Quodq₃ veri est similius, cognita opportunitate, illud ut arcem futuram aduersus Gracos, qui Apuliam, Melsapiaq₃ tenebant ot- tam, primum à Gulielmo, inde a Drogo atque Hum- fredo, qui Gulielmo fratri successerāt, postq₃ a Roberto

Viscardo

Viscardo & arce munitum, & mœnibus, quæ nuper ab hoc ipso Ioanne etiam promota sunt. Per eosdem dies aliquot in Hirpinis castella recepta. Fama ingētis prælij breui regnum peruagata, omnium mentes terrore simul admirationeque compleuerat. Quo circa illustræ regis nomen esse, maiorque indies expectatio haberi, & quò victoria, eodem quoque popularium fauor inclinabat. Accedebat quoddam per idem tempus à Federico Urbinate aduersum Sigismundum Ariminensem feliciter dimicatum fuerat, ex qua dimicatione Sigismundus afflictis, prostratisque rebus suis, mari ad Tarentinum confugerat, opem ab illo imploraturus. At rex quamquam his Tarentinum necessitatibus circumuentum intelligit, tamen cum illius thesauros sciret esse integros, se verò tot bellis, tot calamitatibus exhaustum, ac militem suum mercenarium, maxima etiam è parte peregrinum reputat, timere militum transfugia, nec tam irritandum illum quam leniendum ducere, aut paucorum expugnatione oppidorum ita territandum, uti veterere exercitu restituto, nouum quoque è longinquo accesseretur: Senem, & quartana febris deterrima parte anni laborantem minimè diu victurum. Adhuc Ioannem, Picininumque cum singulari prosequeretur odio, videndum etiam atque etiam esse, ne adductus necessitate Ioannes Antonius utriusque conciliaretur. Hac aliâque huiusmodi secum reputantem regem, habentemque ad Auspium astium, missi à Tarentino Legati adeunt de pace cum eo acturi. Quibus rex auditis, Bartholomæum Rourellam Cardinalem, qui Beneuento Pontificis Legatus præerat, ad se accitum rogat, uti ducto secum Antonello Petrucio, epistolarum magistro, Cereniolam

proficiscatur, illic cum Tarētini oratoribus de pace pacisq₃ conditionibus deliberaturus. Ipse interim quibus posset artibus, illū sibi conciliare studet. Iisdem diebus Ennecus Geuara, comes Arianēsis vir multis artibus, & in primis fide clarus, morbo correptus diem obit. Igitur ubi de pacis conditionibus satis conuenit, Legati ad Tarentinum redeunt, vnaq₃ Bartholomæus, & Antonellus cum iis profecti, itemq₃ Antonius Tricius, qui Francisci Mediolanensis ducis apud Ferdinādum oratorem agebat, summa tamen conditionum Petrucio permissa. Agebat tunc Ioannesantonius Vigilys, quod oppidum ad mare situm est. Ad eum Ioannes Picinnusq₃ quotidie ab Trano ventitabāt: ea enim vrbs præter arcem Tarentino parebat. Quorum suāsū penē cōmissum est, vtī contra ius gentium legati violarentur. Quibus tamen à Ioanneantonio comiter acceptis, benigneq₃ auditis, fœdus his conditionibus ictū est. Quod Deus optimus Maximus beneuortat, Ferdinando regi & Ioanniantonio Vrsino (sic vtī conuenit) sine fraude, sine dolo malo pax inter eos perpes esto. Qua in duello antehac vi, doloue, fraudēue acta, abacta, direptaque sunt, eorum nulla vtique expostulationes, nulla iudiciorū actiones sunt. Quas vrbeis, quaq₃ oppida, quosq₃ fines Ioannesantonius Vrsinus sub Alphōso rege tenuit, qucq₃ etiam imperio tenuit, sub Ferdinando etiam teneto, populisq₃ ita moderator. Quis legibus, quis olim conditionibus Ioānesantonius Vrsinus sub Alphonso rege vixit, illis legibus, illis conditionibus sub Ferdinando rege viuio. Eadem item in populis sub Ferdinando rege, que fuere sub Alphōso, iura ei sunt, liberaq₃ potestas esto. Quaq₃ potestate, quaq₃ iure militia magister

ster Ioannesantonius sub Alphonso rege fuit, eodem iure, potestateq₃, sub Ferdinando magnus militia magister vitor, perfungitorq₃, aureumq₃ centum millia magistratus huius ergo quotannis regio ex erario, regisue vectigalibus dinumerata capito. Idem hicce Ioannesantonius Vrsinum Trantum urbem Ferdinando Regi, cum agro finibusq₃, statim restituito, arcemq₃ Salernitanam ad dictam diem resignato. Ioannē Andegauensem, Iacobumq₃ Picininum intra dies quadraginta Apulia finibusq₃ eius uti faceſſat, Ioānesantonius cogito: ollisq₃ neue clā neue palam, auro, argento, arē, neue alio auxilij genere subuenito, neue vtriq₃ praesidiator. Rex fidē eis publicā, qua tutō abire finibus hisce liceat, dato. Terra, mariq₃ abeundi iusq₃, fasq₃ pro arbitrio ollis esto. Si quas vrbeis quosue regulos Ferdinādus duello petet, nullis copijs, nulla pecunia, nullo auxilij genere, clāmue palāmue Ioannesantonius ei suppetias afferto, neue cōsilio, neue opera adiutato. Debellādi quos volet, quādoq₃ volet libera potestas regi esto. Hacce ollis fœdera perpetuō manēto, qua inter eos sic cōuenere, vti volens, libensq₃ vterq₃ egerit, feceritq₃, promiseritq₃, sine dolo, sine fraude, bona fide, cōceptis verbis: Deūq₃ vterque testem supremum laudanto. Pace facta, rebusq₃ cū Tarentino cōpositis, Ferdinādus ab Aufido mouens, atque in fines Daunorum profectus, Ferētanos versus ad amnem Frentonem castra posuit. Aduenienti Lesinates, Serrani, Precinensesq₃, capto etiam praesidio, portas aperuere. Quorum exemplum finitima etiam castella secuta sunt. Inde Montorium profectus rex, confestim illud recipit: arx etiam paucis post diebus deducta. Hinc castris ad Sanctum Iulianum admotis, qui in

praesidio erant cum munitiones erigi, tormentaque di-
 ruendis muris admoneri cernerent, paucis postquam
 obsideri coeperant diebus deditiōem fecerunt. Isde die-
 bus inclinante autumnō, tantī cœlo hymbres fusi, ut
 corruptis quae in agris erant, non esset unde pabulum e-
 quis subministraretur: nec gregarius castrensis pati
 labores amplius vellet, recusare iam militiam, incusa-
 re regē, palamq; detrectare imperia, ipsi etiam equi-
 tes grauari, rariq; ad signa atq; ordines conuenire: in-
 crepare duces, queri tabernacula iam assumpta tem-
 pestatibus, frigoribus, fameq; confectos equos diurnis
 nocturnisq; laboribus non corpora, non animos ultra
 satis esse: quid demum hostes aliud optare, aut quere-
 re, quam fame eos, quam tempestatibus absumi? Qui-
 bus rex clamoribus permotus, decreuit in Samnium re-
 gredi, ubi mitius cœlum esset, ac regio stramentis, pa-
 buloq; abundaret. Quō cum peruenisset, aliquot die-
 rum quietem militi concessit, dum interim tormenta
 ex Apulia veherentur: quibus subuectandis vix boues
 iumentaq; solo ob pluuias subsidente suffecerant. Hac
 inter in castris tumultuatum est, leuem ob causam in-
 ter regiam sfortianūque peditem exorta contentio-
 ne, breui tamen tumultus sedatus, quanquam non sine
 graui regis atque Alexandri discrimine, dum inter ie-
 la, balistasq; uterq; versatur. Tormentis comparatis,
 Ferdinandus animo agitando, quā potissimum ratione
 antequam in Campaniam in hyberna concederet, Ni-
 colaum Campibassanum comitem aut ad deditiōem
 compelleret, aut eō redigeret ut Vere adueniente, omnē
 eum exuere dominatu posset, Pontem oppidum, cui, ut
 ego arbitror, à conditore Landulfo nomen est, oppugna-
 re de-

re decreuit. Quod veritus Nicolaus, magno antè presidio firmauerat. Quo tamè regis conatus frustraretur, inducias petere ab eo cœpit, quasi agere interim de deditioe vellet. At rex cognito Nicolai consilio, eo acius expugnando oppido intetus erat, quod ab ijs qui in presidio erant, summis contra viribus descendebar. Dectis igitur opportuno loco muris, tum oppugnatio pararetur, presidij præfectus diffidēs tolerari posse impetum, agere de deditioe cœpit. Caterum noctu ab vigilijs ijsq, qui in statione erant, ad arma concursum cum esset, ratis nocturnam à præfecto parari fugam, conferta pro muris pugna, oppidum tumultuario prælio capitur: quod statim direptum atq, incensum est. Inde rex mouēs in Cerretano primum, deinde in Telefino, atq, Calatino castris positus, aliquot ex itinere castellis receptis, antequam in hyberna concederet, Pontem Latèronem (id castellum trans Vulturnum amnem circiter sex milibus passuum ab Capua abest, sub montem positum) oppugnare constituit. Igitur admotis tormentis, quantum loci patiebatur iniquitas, binis illud castris circumsidet: quo dpenè undique altissimis rupibus circumcinctum, naturaliq, fossa munitum, vnum tantum, quæ porta est, aditum, eumq, haud quaquam latū habet. Portæ quadrata imminebat tūrris, qua diruta, cū spes esset per eius ruinam potiundi castelli, rex eā quassari aneis tormentis iubet. Quod animaduertētes quī in presidio erant, ne procumberet exterius, funibus machinisq, prohibere conabantur. interim quotidiana ab eis eruptiones fieri, neq, se muris continere. idq, eo audacius facere, quod propter rupes, conuallesq, quæ fossarum in modum e monte producebantur: neq, claudis

Undiq; à regijs poterant, nec omnino prohiberi, quo mō
 nus noctu praesertim per sylvas, & confragosa loca re-
 centes milites, nouaq; qua ab Martiano mittebantur
 praesidia, acciperent. Cui rei magno etiam adiumento
 erat, quod propter bruiam quam longissimae noctes e-
 rant. Frustra igitur aliquot diebus consumptis, potius-
 diq; castelli pluribus artibus in cassum tentatis, cum
 etiam equi viriq; diutius ferre cœli inclementiā haud
 possent, Sfortianusq; praecipue miles militiam sic de-
 trectaret, uti neque precibus, neque minis retineri in
 castris ultra posset: satius visum est regi obsidionem re-
 linquere, quam, tumultuante suo, hostem ad erumpē-
 dum inuitare. Cum satis etiam exploratum esset Mar-
 tianum magnā peditum manum cogere: qua coacta,
 verendum erat, ne occupato ab hoste mōte, qui nō satis
 cōmodē teneri ab praesidiarijs posset, in minora castra,
 qua trans conuallem sub montem posita erant, irrum-
 peretur. Huc accedebat, quod Ioannes Picininusq; qui
 post ictum cum Tarentino fœdus, in Ferentanos, Mar-
 rucinosq; longa naui ad Caldas confugerant, vbi pu-
 gna reliquias colligebant, arcessiti à Martiano fuerāt.
 Qui ne aut illum frustrarentur, aut bellū quod in Mar-
 tis, Pelignisq; Rogerione authore, renouare parabant,
 pratermitterent, huiusmodi consilium inijisse (quan-
 quam falso) dicebantur, uti Picininus diurnis, nocturnisq;
 itineribus ad Martianum contenderet, Ioānes in
 Pelignis remaneret ad bellum, quod animo agitabat,
 instaurandum. His difficultatibus circumuentus rex,
 obsidionem dimisit. Verum cum sama esset hostens ad-
 uentare, machinis Capuam perlatis, ipse sub montem
 Gallianum metatus castra, expectare hostem decreuit.

Tandem

Tandem cum satis exploratum haberet hostē se Thea-
mo, castellisq; finitimis continere, circiter idibus De-
cēbris Capuam concessit, distributiq; per hyberna
militibus, paulo post Neapolim proficiscitur. At in ea
parte Samnii, quod hodie Molisium dicitur, & Pelignis
Ferentanisq; ab Alphonso, & Inico Daualis multa ca-
stella aut per deditiōem recuperata, aut per vim ex-
pugnata sunt, quedam etiam incensa. Caldoras (dum
multis artibus ad certamen inuitant) nunquam aper-
tis in campis indipisci potuere. Extremo anni recepto
Sangri castello, arcem circumsessam tandem capiunt,
suosq; in hybernis collocant. Per idem tempus Andega-
uiensium partium studiosi, cum Ferdinandi res supe-
riores cernerent, viribus diffisi suis, quod Pium ponti-
ficem nullis ab rege artibus alienare poterant, Romae
inducias postulabant. Duos principes inter se de regno
contendere, vtrunque pontificiae maiestatis obseruan-
tissimum: decere pontificem Romanum, rectorem or-
bis, patrem omnium, mediam personam induere: indi-
gnum se, indignū collegio, quod sacrosanctum habeat-
ur facere, quod priuatam Ferdinandi causam aduer-
sus Ioannem armis defendendam suscepit: quod Gal-
lorum regem, Galliaq; totius regulos de Romana eccle-
sia benemeritos prouocauerit in iram, odium, inobe-
dientiam: exhaustū ecclesiae ararium, dum bellum mi-
nimè necessarium suscipitur: Flaminiam atq; Sabinā
bellis inuolutam, tot oppida direpta, in ipsa etiam vrbe
trepidatum, & penè auditos equorum hinnitus, dum
Latium diripitur, dum agros Vrbi proximos Picinini
eques populabundus vexat, vastatq;. Hec aliaq; dis-
sentes Pontificis animum uti de faciundis inducjs co-

giteret, impulerant. Conuenerant Roma vndique ad Pontificem legati, resq; tum in Senatu agitata, tum apud Cardinales, quibus demandatum hoc erat, tractaq; diutius in contentionem venerat, dum pontifici animus huc atque illuc incertus rapitur. Tandem literis regis confirmatus, quod dum de inducijs agit, dum a suscepto bello retrahendi sui speciem exhibet, partem iam victoriam e manibus eripiat. Populos, regulosq; qui prostratis Ioannis rebus redire ad officium cogitassent, qui de se dedendis oratores misissent, cunctari iam, & ditionem non modo differre, verumetiam recusare. Nec tantum sibi Pontificis nomen, copias, opes, in cum usq; diem contulisse ad victoriam, quantum nunc detrimenti afferat induciarum mentio: & tot iam dies ipso audiente, agitata Roma causa. Quid autem rationis esse, cur feruente bello, rebus aduersis, victoria ad hostem inclinante, tantum animi, tantum roboris pra se tulerit, & in propulsandis bellis, & inferendis, nunc hoste caesis exuto, regno maiore e parte in potestatem reducto, recuperata iam Flaminia, Sigismundi rebus attritis, Latio Sabinaq; pulsus hostibus: vbique victor, fortuna vbique aspirante, non animum modo demiserit, sed hostem iam desperatis rebus suis, cogitantem regno cedere ad bellum instaurandum inuitet, hortetur, trahat? Veterem igitur firmitatem retineat, nec belli exitum, id est, victoriam, qui finis est belli, elabie manibus patiatur. His Pius literis permotus, cum etiam intelligeret Franciscum Sfortiam in proposito persistere, confirmato tandem animo, inducias exclusit, antea tamen in hanc oratione sententiam habita. Si memores esse homines beneficiorum velint, & praesentem ecclesiae

P. Pon
tificis

*Ecceſia Romanum ſtatum conſiderare, haud vereor Car-
dinales, quin & ceteri mortales, & vos ipſi me cū pri-
mis à belli crimine, quod non tam volentes ſuſcepimus,
quàm inuiti propulſauimus, liberetis. Nam & ea in
hanc ſedem Alphonſi regis extant beneficia, vt neque
pontifex Romanus, neque ſanctus hic Senatus filij eius
obliuiſci ſine maxima infamiae nota queat: & Apoſto-
lica ſedis ea magnitudo eſt, atque autoritas, vti inſul-
tantem in regno nobis tributario Gallum pati minimè
debeat, ſeqꝫ ocioſum regni cladum ſpectatricem prabe-
re. An quaſo, cuius patris munus eſt ac beneficium, vti
Picenum omne, fertiliffimumqꝫ, ac frequentiffimum
Italia agrum in pace poſſideremus, regnū eius ad aliā
quàm filij manus tranſire ingrati permittemus? Quafi
non ſiquid honeſtum, ſiquid ius, gratitudoqꝫ apud vos
valet, me & nolentem impellere, & cunctantem ex-
citare ad defendendum regem bene meritū, ad propul-
ſandam ab eo iniuriam deberetis: à qua inferenda nō
nimirum quorum tam ſtudioſi eſtis, continuiffent, ſi
qua reuerentia in Pontificem Maximum, ſiquis erga
ſedem Apoſtolicam cultus, aut erga Deum metus eorū
animis inſediſſet. An non cum Mantuae ageremus, abū-
dè & Ioanni, & Renato, & ipſi Gallorum regi, quorū
oratores apud nos agebant, declarauimus: nec paſſuros
nos regnum nobis tributarium inuadi, pacemqꝫ Italia
ab Gallis turbari: nec fœdus cum Alphonſo iētū, in quo
Ferdinandus filius ſecundum tenuiſſet locum, violatu-
ros, aut periclitantem deſerturos filium eius, qui labā-
tem iam non modò non deſeruiffet eccleſiam, ſed ferro
armatus in acie pro tuenda eius dignitate ſtetiffet,
ſeqꝫ copiasqꝫ ſuas, & facultates vniuerſas pro illius ſa-*

lute, bellorum periculis obtulisset? Hic mihi quisquam Gallorum religionem aut modestum Ioannis animum nominabit? Audiuius Cardinales, populatium agros nostros militum clamores. His oculis, his inquam oculis hausimus vibratos in perniciem nostram, & Romana excidium sedis gladios. Quod ni è Senesi agro, è patrio solo, vbi agebamus, abire maturassemus, & Romam diurnis, nocturnisq; itineribus contendissemus, nec Romanum nostra esset, nec Senatum huc ipsi haberemus: sederet Pontificio in solio Picininus, discursaret per Urbem violentus & rapax miles: veterum ornatus Pontificum, & quibus Deo Optimo Maximo sacra res fieri consueverunt, eos inquam ornatus, & Petri Pauliq; insignia raptaret per Urbem Andegaviensis gregarius: argentea vascula, loculosq; illos aureos, quibus Deo ministratur, quibus sanctorum reliquia virorum tantacum hominum veneratione seruatur, eques in balteos conuersos ac phaleras portasset in aciem, cade, ac sanguine foedaturus. Dicam interim, ecquisquam aut Ioannis moderationem, aut religiosos Gallorum animos nominabit? Timuit pontifex Romanus per agros suos interfaciens, Andegaviensium grassatorum vim, atq; occultas insidias: timuit nefario Picinini sicario, ne praehiturus esset iugulum in diuorum & Petri & Pauli templo, in augusta hac sede, atq; in ijs adibus, è quibus tot sanctissimorum pontificum animae ad caelum migrare, non securus, non tutus, non vita sua satis fidens. Hac est Loringi Ducis summa moderantia? hac Galliae hominum religio, & apud gentes tam diu probata pietas? Non igitur volentes, aut bellorum cupidi arma sumpsimus, quippe qui priuati dum essemus, pacem semper

per coluimus: ac dum Augustorum tractaremus negotia, ad hanc in primis illorū inuitabamus animos. Sed vt qui Romana tum ecclesia dignitati consuleremus, tum prouocati, & in ipsis prope penetralibus parum tuti coacti, inuitiq³, dum alia ratione rebus nostris nequimus consulere, expediri arma iusserimus. Videlicet nunc primum Iacobus hic Picininus ecclesiam Romanam vexauit: aut vos memoria parum tenetis, dum quieta Italia, fœdere publico, è communi Italia consensu omnium animis, sententijsq³ percusso, Cisalpina mouens Gallia, tumultuosissimo exercitu, Callistum pontificem, agentem in ocio, ac pacis persluentem bonis, nihil etiam minus quàm bellum timentem inuasit, perculit, ex improviso adortus est. Petat nūc igitur Lotoringius dux inducias, qui tot annorum pacem ambitione princeps turbauerit sua. Detur Picinino tempus ad arma colligenda, quibus tertio in pontificem Romanum maioribus copijs, infestioribus militū animis infurgat. Induat Pius pōtifex mediam personam, qui penè spoliatus Pontificatu inops, erransq³, aliorum opem querere est coactus. Non priuatam igitur Ferdinandi causam defendendam suscepimus, quāquam vt suscipere deberemus, ius honestasq³ & Apostolica sedis dignitas postulabant: sed nostram, sed vestram qui in hoc confessu adestis, sed Romana ecclesia causam & suscepimus, & suscepisse latamur. Nec prouocemus Gallos in odiū, nec ad bellum non necessarium exhauriamus ecclesie ararium. Scilicet non suscipit necessario bellū, qui domo sua suis è laribus prope pulsus est? Iactat pecuniam, thesauros dissipat, qui direptiones, cedes, incendia prohibere ab suis parat? prouocat Gallos, qui in

*Italia in sedibus suis, suoq; contentus quiescere securus
 nequit? O' consilia, o' artes. Per ego Deum optimū Ma-
 ximum, perq; Urbis ac templi huius venerabiles tu-
 mulos, atq; aras oro, obtestorq;, ne partium studijs vi-
 cti perperam consulatis, néue dum alteri factionum fa-
 ueris, obliti loci huius, ac iusti, honestiq; immemores
 facti, parum honesta cōsilia, prater vestram, senatusq;
 Romani dignitatē sequamini. Me sat scio, dignitatem
 Pontificis, & huius augusta sedis maiestatem retentu-
 rum, & quod semel cœpi pium, honestumq; consilium
 secuturum. Atq; vti Deo autore bellum suscepi, eodem
 quoque adiutore, & administraturum spero, & conse-
 cuturum ē sententia confido. Dum Roma frustra de in-
 ducijs agitur, interea Picininus, reliquijs exercitus col-
 lectis, aduersus Ioannam Celanam nouum bellum ag-
 greditur. Hac mortuo Leonello marito, duobus ex eo
 susceptis liberis, quod Celanensis comitatus dotalis es-
 set, ipsa subiectos populos pro arbitrio moderabatur.
 Nam & popularibus propter generis antiquitatem e-
 rat acceptior, & Rogerius natu maior, eius aut inge-
 nij, aut atatis non erat, cui tutò rerum moderatio per-
 mitti posset. Quòd ille agerrimè ferens, parteisq; An-
 degauienfis secutus, Picinino adhaeserat. Quo autore
 Picininus Gallianum vbi Ioanna cum antiquis se the-
 sauris tuebatur, circumsedit, castelloq; potitus, appa-
 ratum omnem ad arcem oppugnandam conuertit, a-
 neisq; tormentis die ac noctu quatit. Ioanna quo erat
 animo, quos in arce secum habebat, hortabatur, vti fi-
 dei ac virtutis memores, obsidionem quam fortissimè
 ferret, esse in Pelignis, Marruccinisq; regios exercitus,
 regios praefectos: sat se certum habere, breui eos subsidio
 venturos.*

venturos. Igitur dum affirmatis animis hosti acriter oppugnanti resistitur, dum regij præfecti tardius se ex hybernis mouent, & Picininus plurimo peditatu locorum angustias occupat, quassatis, ac partim solo aquatis muris arx capitur. Splendidissima Leonelli suppellex, ac tot proauorum veteres thesauri direpti, nullum in egregiam feminam misericordis animi officium à Picinino tributum, nullum à filio pietatis meritum. Matrona paulo ante plurimis ornata bonis, rerum humanarum exemplum, captiua trahitur fortuna matris filio insultante. Ea tempestate fuere, qui crederent Matthæum præfectum, quòd egregium ducem, veterem amicum pati nollet, sordescere, dum anni tempus causatur, dum segnius consultò agit, Picinini inceptis locum dedisse. Hac prada viribus auctus Picininus, exercituq; ex parte resecto, quanquã hyems premebat, tamen quòd occasione vtendum duceret, Sulmonem circumsidere decreuit, ratus antequam subueniri à rege, propter anni tempus posset, agro se atque vrbe potiturum, quam sciret extrema rei frumentaria incopia laborare. Eius autem obsidende ratio hac placuit, vti dispositis per finitima castella militibus, quæ cuncta Andegauensium erant partium, ne frumentum importari in urbem posset, prohiberetur. Idq; quo facilius fieret in via militari, qua Populum, atque ad Aterni pontem itur, munitionem ex aggeribus, ducta etiam fossa ab eade Tarentini ad ripas fluminis edificari summa celeritate iussit, præsidiumq; quantum satis visum est imposuit. Ipse Pentima, Ioannes Pratula, Pacentri Restai-nus, & Ioannes antonius Caldora agebant. Atque hac potissimum ratione urbem, quãquam in plano sitam,

undique tamen montibus clausam, circumfidebant.
 Cum igitur indies arctius à Picinino premeretur, Mat-
 theusq; ac Robertus, cum & ipsi tentassent sapius ir-
 ruptis munitionibus, comœatum eò immittere,
 frustrati incœpto, ad hoc tandem consilium conuersi
 sunt, vt nunc Populi, nunc Caramanici in hybernis a-
 gentes, per montem, qui longo admodum, ac perpe-
 tuo tractu interiacet, quâ maximè inuius ipse ac con-
 fragosus esset, noctu per homines opportunos, ac loco-
 rum peritos, humeris illigatos sacculos frumenti ple-
 nos præruptissimos per aditus quâ minimè hostes suspi-
 cari possent, Sulmonem clam importandos maximo
 silentio curarent. Quod dies complures diligentissimè
 curatum cum esset, nixq; interdum esset tanta, vt su-
 perari mons pluribus minimè diebus posset, plebsq; fa-
 me acrius premeretur, ducenti numero ciues grauius
 fame pressi, in ijsq; quidam etiam mercede conducti
 per loca illa hostibus hætenus incognita perrupère Ca-
 ramanicum. Hic igitur numerus hosti cum esset de ve-
 stigijs compertus, dispositis insidijs ad vnum redeuntes
 omnes capri, ductiq; ante vrbis muros Picinini iussa,
 qui exteri essent, atq; cōducti pretio iugis suspensi sunt,
 qui ciues Pacentri in custodijs habiti. Tum verò ciui-
 tas victam omnino se, atque expugnatam fateri nihil
 vltrà sperandum esse, nihil è Campania, nihil ab rege
 propter occupatos à niuibus, atque hostium custodijs
 aditus, nihil ab Matthæo, Robertoq; propter obserua-
 tos montis anfractus vniuersos expectandum presidij
 ducere. Ira, metus, fames, viros, mulieres, senes, ado-
 lescentes, æquè omnes denique vexatos malè habebat:
 eoq; perducta res erat, vt in prælium persæpe prodi-
 rent,

rent, quo confossis hostium equis, cadaueribus eorum
 potirentur quorum visceribus famem temperarent.
 Quin etiam exenteratis illis subducebant eorum ex
 intestinis quod inesset aut hordei, aut tritici, aut ijs
 commixti pabuli. Itaque plurimos iam dies, nunc
 sola carne foedissimorum etiam animalium, nunc nu-
 ce, glande, canabe, parçe distributimq, dispartitis,
 fame tolerata, plebeys etiam aliquot teterrima fame
 absumptis, septimo tandem mense vrbs Picinino de-
 dicitur. Ea dedita scuitum est in aliquos ciues propter
 factionem, intestinaq, odia Quadrariorum familie
 inter se ac Merlinorum. Potitus igitur vrbe Picininus
 (nam Ioannes communi è consilio in Campaniam, at-
 que ad Martianum venerat, veritus ne is regi conci-
 liaretur) reficiendis copijs omni studio intentus, vbi
 aliquot restituisset turmas, quod iam mature-
 scerent in agris segetes, militibus egredi
 ex hybernis iussis, in Ferentano-
 rum fines castra
 contulit.

LIBRI QVARTI FINIS.

IOANNIS IOVIA-
NI PONTANIRE-
RVM SVO TEMPO-
RE GESTARVM

LIBER QVINTVS.



T rex persoluto equiti stipendio, iussq;
eo ad constitutam diem sub signis cōue-
nire, cum paucis Leborios profectus in
campos, collocatisq; tabernaculis ad An-
nechini Pontem, quæ Campani nunc agri pars, Gallica
appellatione Mansiufosarum dicitur, dum eques instrū-
ctus, conuenit peditem scribit. Interim etiam dum se-
getes maturescunt, explorat vndique Martiani consi-
lia, qui se Albanum intra agrum, Massicosq; munie-
rat montes: quibusq; maxime artibus Sueffana intra
culta, vicosq; irrumperet, animo sollicitus agit. Erāt
duo omnino aditus, alter confragoso itinere, ac maxi-
me angusto, præruptis rupibus, cui Cascano est nomen:
qui locus & multitudine lectissimorum peditum, quo-
tum erat Martiano copia, & aggere turribusq; ad por-
tam substructis præmunitus, spem eripiebat inter tot
munimenta, accerrimosq; defensores ferro viam ape-
riendi. Alter erat aditus Sinuessanas ad balneas, se-
cundum mare, & ipse fossa propugnatoribusq; egregie
instructus. Nam ad mare quadrata è lapide turris in
altum protēdebatur, & in medio tractu Massicos ver-
sus montes, loco paulo editiore in arcis formam, etiam
structi-

structio è lapide erecta turres erāt, quas inter ac declinanteis radices montis modicus procurrebat tractus à sinistra. Maritimam verò inter turrim à dextra aggeres ducti horrebāt, munitionisq; turrita cum fossis, frequentibus etiam sclopetis, colubrinisq; instructa multisq; & strenuis munita defensoribus. Summo autem in monte turris item è lapide, veteriq; surgebat structura, quæ & aditus quosdam per se etiam difficiles, atque arduos tuebatur, & ex altissima despectabat specula subiectos campos ac maria. Quæ capta, superiore è loco pediti dabatur ingressus intra munitiones, opportunitasq; inuadendi a tergo propugnatores. Ceterum res difficilior apparebat, quod specula ipsa neq; carebat custodibus, aut presidio, & equitatus opportunis in locis à Martino dispositus discursans patenteis agros tutabatur, occurrebatq; repentinis casibus. Hic igitur delectus est locus in planitiem irruendi. Rex verò quo hoc ipsum consilium hostem lateret, moris è Rosarum mansione castris, ad Sauonem profectus, metatur secundum amnis ripas, circiter duobus passuum millibus à Turrisfrancolisia, vbi diebus aliquot castra habuit sub specie m vastandi agri, atque colligendarum segetum, præ se etiam ferens Cascani sibi esse saltus consilium inuadendi, diruendaq; munitionis. Quæ è re Martinus quâquam timebat etiam Suesseana munitioni, vim tamen omnem peditum illuc conuertit, equitatumq; propius admonit. Ipse verò Suesse agere, ac nunc his, nunc illis sese locis ostendere, prospicere munitionibus, multa per præfectos administrare, exploratores plurimos huc illuc dimittere, nequid à tergo laterere per Lyrin annem, oramq; maritimam re-

pentini ab hoste accidat, néue per Theanenses aut Gal-
 latianos saltus, Taurumúe montem vis aliqua ex oc-
 culto inferatur, cauere, procurare, auertere, summo
 studio die, noctuq³, intendere, agrestes, coloni, villici vti
 faciendis mēsis, comportandoq³, in urbem frumento
 dent operam, imperare, ac festinari iubere, nullumq³,
 discrimen festi, profestive diei haberi permittere, ni-
 bil deniq³, vacui à labore, officiisq³, colonis, militibusq³,
 labi sinere. Cum Ioanne simul, qui eò se è Marfis con-
 tulerat, multa etiam agitare. Illud verò cum primis ve-
 reri, ne Federicus Vrbínas, néue Vrsinus Neapoliò, qui
 iussu Pontificis in Soranum Arpinatemq³, è Sabino bel-
 lum transtulerant, per Casinatem à tergo agrum in-
 uaderent. Quod tamē sapius per literas, nunciosq³, ro-
 gati à rege facere recusarunt, Pontificis imperiū cau-
 sati, dum Pius sibi statuit, Romanaq³, ecclesia, non Fer-
 dinando regi Celanensem, Soranum, Arpinatémq³ue
 simul agrum ab hoste vendicare. Quo factum est vti
 Ponscurius, opportunū Casinatis agri oppidum, atq³,
 ad Liris amnis ripam positum, ab Ecclesia hodie quoq³,
 teneatur. Nam Ferdinandus quo Celanensem reuen-
 dicaret, Mariam è concubina filiam Antonio Pij soror-
 is filio vxorem dedit, ijs conditionibus, vti Celanensis
 comitatus Antonio Mariaq³, dotis traderetur nomine,
 viuerétque Antonius liberiq³, eius quo antè iure Celandenses
 comites Neapolitanis sub regibus vixerant. Atque
 inde mortuo Pio, cum successisset Sixtus, collocata
 Catarina Martiani filia, Antonio Ruerio Sixti sororis
 filio (nam capto Martiano filiarum eius viris collocan-
 darum curam rex susceperat) Soranum, Arpinatemq³,
 agrum ab Federico, Neapolionéque recuperatum si-
 bi,

bi, regnóque Neapolitano restituendum cauit, dotis nomina Catarina atque Antonio, Pontifice volente, traditum. Rex igitur communicatis cum Roberto Catalano consilijs, cuius forti fidelique opera multum utebatur, iubet illum intempesta nocte, magno silentio, egressum castris, quatuor cum turmis equitum, aliquotque peditum cohortibus superare Massicum saltum, turrimque occupare speculatoriam. Ille impigre pulso presidio, quod saltum tuebatur, perculsisque multitudine displodentium sclopetariorum turris custodibus, eaque statim dedita summum occupat montem, quo è loco facilis erat pediti in planum ac post munitiones descensus. Rex accepto ab Roberto nuncio, instructo agmine cum vniuersis copijs ad munitiones contendit: quò cum peruenisset, dum interim ducum exquirat sententias, sciscitaturque quid quisque agendum censeat, Anechinus Morimilis, strenuus, ac multis vir exercitatus bellis, relictum inter munitiones medias ad turreis, callem ad usum emittendorum peditum conspiciatus, adacto summo cum discrimine per callem equo, subsequenteque, cui ipse praeerat, equitum turma, fugato presidio, quod post munitiones excubabat, aliquanto longius planitiem versus progreditur: ibique tantisper prospectas stetit, dum regem de ijs quae acta erant, certiore facit, expectatque suppetias mitti. Caterum non expectato regis iussu, magnum tum peditum, tum equitum numerus eundem insistentiam callem, qui attritu vngularum factus erat aliquanto habilior, trans munitiones irrupit, iungiturque Anechino. Ille se viribus ubi ijs auctum sensit, aliosque atque alios subsequi intelligit, ulterius progressus, conspicatur Martianum pluribus cum turmis venientem.

rem subsidio suis, magnóque ferri impetu. Itaq, cohortatus suos, factúsque illi obuiá, impressionem eius primò fortissimè excipit, dein viribus vsus, facile cum atq, confestim repulit, & virtute equitum, & militũ multitudine subinde ingruëtium: versumq, in fugam, parum absuit, quo minus regius eques inter frutices illũ, viarumq, anfractus interciperet. Misse igitur à Ferdinando complures auxilio turma ad Sueffanos vsq, cliuos insectata fugientes sunt. Interea ad munitiones accerrimè pugnabatur, quibz magno impetu captis totus ferè immissus est exercitus. Dum autem maritima oppugnatur turris, fitq, inter pugnantes de deditione mentio, explosa colubrina ab illis qui turres dẽfensitabant medias, præfectus, maritima, qui de dededa turte agebat, colubrinaria pila traicitur, cuius casu turbati reliqui, qui in propugnaculis erant, ac percussæ metu sese dedidere. Tum verò magnæ excursionses Albanos per agros facta, multi mortales occupati mœsibus, passim in campis capti cum bubus, iumentis, equis, pecorisq, ingens vis abacta. Quod regi ubi nunciatum est, missi confestim qui equites reuocet, iabet vniuersos in castra regredi. Multa enim cum supra opinionem successissent, & dolos verebatur, & consilij incertus erat. Die quæ insecta est, dirutis munitionibus, exercitus immissus est cum impedimentis, castraque secundum Lyrin in pratibus posita, eoq, tormenta maturè cõnectari iussa, ponsq, e scaphis, atque interiectis tabulis super Lyrin stratus. Interim mediarum turrium præfectus desperatis auxilijs, suaq, ac suorum saluti parum fidens, si tormenta propius admotæ essent, deditur his conditionibus, vti liberum cum vestimentis, ijsq, quæ cum

dum eo essent abire Sueffam liceat: Rex igitur, quo hostem ad inopiam ac famem redigeret, diebus singulis, producta maxima copiarum parte, conuocatis frumentariam ad pradam finitimis, agros vastabat, atq; exetas segetes, frumentumq; comportari in castra, tutosq; ad locos iniungebat, summa cura per solertes atq; idoneos viros huic rei adhibita. Perlatis itaq; in castra tormentis, decreuit rex arcem, qua trās Lyrin à Martiano tenebatur, expugnare. Itaque concussis aliquot ictibus eius muris, nō multos post dies facta à praefecto deditione, arx recepta est. Per eosdem dies Neapolion ad regem in castra venit, communicatisq; simul consilijs, confestim ad exercitum in Arpinatem redijt. Tumultuatum est etiam in castris ad Falciculam. Id signum est gregariorum militum, dum ad arma aduersus ducem concurrunt. Nani in vnum omnes locum armati ad id nomen conueniunt, ducēque sibi suo ex ordine ac numero statuunt. Neque etiam raro aut duces ipsos exercitus in medio belli ardore deserunt, aut forum rerum venalium diripiunt, nonnunquam etiam ducum ipsorum tabernacula. Tumultus huius ea fuit causa, quod gregarius propter rem furto subreptam, à praetore, qui nunc magister castrorum dicitur, Gallico autē verbo Marescallus, ad suspendium trahebatur: quod agrē multitudo cum ferrat, repētē gregarij rei amicus cōpit conclamare Falciculam. Ibi ē vestigio gregariorum vndique nimbus cōuolat, parūmque abest tumultuatio à direptione tabernaculorum. Rex tamen facile post primum impetum, instructo statim equitatu, repressit tumultuantes, ac bonis verbis delinitos, vt ad tabernacula sedatis redirent animis, suasisit, cōdonat, red

venia. Spoliatis igitur campis omnibûsque fortunis
 exutis agris, decrevit rex expugnare Montis Draconis
 Roccam. Id oppidum ad Massicorum exitum montium
 quâ in mare atque ad meridiem spectat, editissimo in
 vertice situm, Falernos, Stellateisque dispectat agros.
 ad eius autem montis latus, quâ in mare vergit, vesti-
 gia extant veteris oppidi Petrini: cuius è ruina, quod
 nunc est in vertice constitutum oppidum, traxisse ori-
 ginem, sunt qui arbitrentur. Ad alterum verò latus,
 quod Solis prospectat ortum, fanulum existit Marci
 Euangelista. post cuius aram hiatum esse subterraneû
 indigena affirmant: in quem ubi paulum modo descē-
 deris, ad intimû ipsam montem specus panditur, ingēs
 ipsa, ac nunc latis, modo angustis anfractibus vasta, &
 horrēs: quod qui ingressi quandoque fuerant, nūquam
 post id reuersi, quod à dracone antri custode, tetro pri-
 mium exanimati afflatu, mox etiam deuorentur. Atq;
 qb hanc ipsam causam de dracone nomen monti est
 inditum. Referebat Philippus notarius, loci eius inco-
 la, vir summa fide, ac multo rerum usu, mihiq; per-
 familiaris, hiatum illum superiniecto saxo occlusum
 olim iussu Iacobi Sanazarj Neapolitani, viri patritij,
 qui oppido, finitimisq; imperitauit agris, sub Vladislao
 rege, cui ob virtutem, reique militaris peritiam cum
 primis ille fuisset acceptus. Dum Iacobus ipse & super-
 stitioni ratione hac it obuiam, & ne qui è popularibus,
 aut accolis, vt sunt humana ingenia, dum explorandi
 studio capitur, antrum ingressus, aut ruina deiectus,
 aut aspiratione tetra afflatus, diem illic obiret. quam
 ipse causam esse duceret nullius ingreditium reditus.
 Locus is igitur & aditu difficilis est, & natura ma-
 nūque

nūque permunitus, quique pacis tempore propter asperitatem ab habitatoribus destituatur, qui sub ipsum montem, vicum maximè frequentem inhabitant, cui nomen est ad Mar os. In eo vico collocatis rex equestribus copijs peditatum ferè omnem distribuit in colle, qui vertici ex aduerso obijcitur, interiecta conualle nuda arboribus, horrida saxis, accessu aspera ac difficili. Disposito hic peditatu, delegit rex loca statuendis bombardis, magnòq; fabrorum labore structis, congestisq; absque calce lapidibus, castellum adificat. Quo perfecto, viam subuectandis ad castellū bombardis per obliqua, confragosaq; montis latera complurium dierum, plurimorumq; hominum opera strauit, produxitq; in summum. Res hortari videtur, vti pro meo instituto, & regionum, & locorum tum nouas, tum veteres appellationes referam, quo quæ dicuntur à nobis, apertiora fiant legentibus. Vetus Campania per Augusti tempora ab meridie mari Tyrrheno: ab occasu Tiberi: Sarno flumine ab ortu: Hernicorum ac Samnitium montibus à septentrione claudebatur, multos populos, ac gentes, præclarissimasq; intra se vrbes continens. Post clades igitur Italicas ab exteris illatas nationibus, postq; euersionem Romani imperij, fines quoque mutati sunt, & cum ipsis finibus regionum nomina. Itaq; tractus is omnis qui est à Tiberi ad Terracinensem saltum, post Amarenū Latij oppidum per Velitras, Syrmonetam, Setiam, Priuernum, Tarracinamque maritima hodie ora dicitur, corrupta autem à vulgo appellatione, Maremma, videlicet quod mari adiaceat. Qui verò tractus, Prænestinum post agrum, per Valmontonium, Ferentinum, Anagninam, Frusinonem,

Ceparanum, Aquinatem ad agrum porrigitur, suo nomine hodie quoque Campania vocatur. Vterque autem tractus Romana ecclesia ditionis est. A saltu vero Tarracinenfi, finibusq, Ceparanensibus Neapolitanum regnum incipit. Quodque agrorum atque urbium ab eo saltu, usq, finibus ad Sarnum vsque fluvium, cui nunc Scaphata nomen est, interiacet, Leboria terra dicitur, appellatione inde ducta, quod quæ terra a Latinis olim Campania diceretur, à capiendis fructibus, atque ab ubertate soli: quique nunc Capuanus est ager, quod Græci illum tunc gentes atque urbes colerent, eadem nominis similitudine, leborij dicti & agri, & populi. Quocirca exigendis vectigalibus regij quæstores, diuisis prouincijs, tractum hunc Leboriam appellauere terram, in qua sunt Fundi, Hydris, Caieta, Mola, Casinates, Sueffa, cuius ager Albanus quondam dictus est, Theanum, Venafrum, Capua, Caserta, Aversa, Puteoli, Neapolis, Nola. Cui adiungitur ab iisdem quæstoribus Samnium quoque pars ea, in qua est Bouianum, & Isernia, qui ager recenti nomine est Molisius, Molisio ab oppido, a quo originem duxere qui agro quondam imperauerant. quæ e re familia quoque Molisia hodie agnoscitur. Subuectis igitur summum in collem bombardis multo hominum labore, maiore iumentorum, boumq, pluribusq, diebus frustra absumptis, quod oppidi moenia septentrionem versus, qua bombardis exposita erant, in summo erigebantur vertice: cum tamen vniuersum postea oppidum in austrum vergat. Itaque quod iumentorum longior esset iactus, mariq, humiliores, iactus ipsi frustrabatur bombardarum. Nam aut superue-

peruehebatur propugnacula, aut montis percutiebant saxa, verticisque exesus cautes, quibus muri impositi. Neque huic rei adhiberi remedium poterat, non temperandi pulueris, non ad normā minutius exigēdi, atq; ad metam, & ad iactum lineas. Quæ res Ioannē Martianūque inuitauit, quod pollerent peditatu ad inuadenda tormenta, eosq; qui in præsidio pedites equitesq; in colle ad castellum constiterant. Itaque intempesta nocte per anfractus viarū perlati, Andegauēsis miles, ubi propior factus est castello, magnis sublati clamoribus vigiles inuadit, eosque qui in præsidio erant, cedit, fugatque: castellūque adortus tandem per vim eo potitur, vulneratis primò, inde captis qui ad bombardas intra castellum excubabant, in quibus suere strenui ac nobiles viri. At qui ad Marcos in castris vigilias agebant, re per clamores cognita, accurrunt. Rex & ipse, ut quisque armatus offerebatur, alium post alium summittit, donec copie omnes armata ad signa constitere. Et iam prima rubecebat aurora cum hostes conspicati ascendentem militem, superantēque montis ardua, relicto castello tormentisque, non expectato primorum ascensu, cum captiuis per montes citato gradu Sueffam se recipiunt: Rex territabundus, quanquam oppidanis excidium, direptionem, cadēque minitabatur, irritum tamen incæpto, paucis post diebus inde abiit. Verū enim irritam obsidionem, utq; incassum cederent conatus tanti, fusus repentē cælo nimbus efficit, laborantibus, ac penē enectis siti popularibus. Nam quod menses aliquot nullos aer hymbres dederat, & quod in cisternis erat collectum aquarum, id omne exhaustum

cum esset, languentibus maximè agrestibus, cunctis denique ob aquarum inopiam postremo metuentibus, nefarium ad sacrum Magicæque ad maleficia concursus est. Quod in summis miserijs, vltimæque aquarum penuria perditissimis à sacerdotibus commentum esset, dum impiè agendo, Dei simul iras, & aëris turbationem, ac tempestates exciunt. Inuenti enim ex oppidanis, atque obseſis sunt, qui nocturnis in tenebris, deceptis caſtrorum vigilijs, per asperissimas rupes furtim profecti ad litus, trahētes secum imaginem affixi ad crucem CHRISTI, maledictis illam prius ac diro persecuti carmine, post in mare execrabundi immerferint, cælo, mari, terrisque tempestatem imprecati. Quo etiam tempore sacerdotes quidam mortalium omnium scelestissimi, dum satisfacere profanis militum artibus student, ritum nefarium secuti, quo, vt dictum est, in huiusmodi necessitatibus elici hymbres putantur, asino pro adis foribus constituto, tanquam agenti animam cecinere funestum carmen. post diuina Eucharistia in illiusos, palatūque iniecta, conclamatum asinum funereis cantibus, viuum tandem ibidem pro templi foribus humauere. Hic verò vix dum perfecto sacro obnubescere aër, ac mare agitari ventis cum cœpisset, diesq; medius offundi tenebris, ac nunc cælum micaret ignibus, nunc lux omnino eriperetur, tonitru cælum, terræq; horrescerent, volitarent euulsa ventis arbores, discissæque fulminibus saxa complerent auras fragoribus, prorupit tanta e nimbis pluuiæ, hymbresque tam validi, vt non cisterna modo colligendis aquis satis non essent, sed arentia saxa, rupesque exusta solibus,

bus, torrentes vnde quaque prolapsos diffunderent. Itaque rex, qui sola in siti potiundi oppidi spem collocauerat, frustra ab ea habitus, ad Sauonem vetera in castra rediit. Caterum existimare Deum iratum, beneficium pro scelere referre, neque pijs est hominis, neque rerum natura callentis, atque peruestigantis causas. Quo enim maiores inualuere siue hyeme, siue aestate aestus, cæli ac terra siccitates, eo tempestates consuevere post se qui fœdiores, nimbi que magis procellosi. Habente hinc castra Ferdinando, leuibus quidem ex initijs agitari cœptum est de pace, Martiano popularium iras ob famem, futurum in annum verente, Ferdinando autem metuente Tarentini perfidiam, quodque intelligeret quartana illum magis magisque indies premi, ex eo cupiente in Apuliam quamprimum, finitimamque Tarentini loca cum exercitu proficisci, ad natura extremos casus. Itaque aquis conditionibus pax sit: paci additur alterum asinitatis vinculum, Beatriceque Ferdinandi filia, quæ post Matthias Hungaria regi nupsit, Ioanni Baptista Martiani filio despondetur, permittente Pontifice, quod vterque & vir, & vxor, alter è sorore, è fratre altera, Alphonsi regi liberis orti essent. Moxque ex conuento Beatrix à Ferdinando Sueffam, ad Helionoram sororem mittitur, futurum pignus & secure pacis, certi matrimonij, cum esset vterque impubes. Andegauensi publica fides data, turò se Isclam ad Torellam conferendi, quibus cum etiam vellet è suis: cæteris in qua loca, & ad quos vellent accedendi potestas permissa. His igitur peractis, rex extrema parte æstatis in Apuliam profectus, positis ad Luceriam castris, inde ob

sclopetorum, colubrinarumque diurnos, nocturnosque displosus, repentinâsque cuiusque modi militum generis cades, dimissa obsidione Manfredoniam petit, quam versus cum e Campania discederet, anea comportari tormenta iusserat. Itaque vno ferme tempore & rex propter mœnia metatus est castra, & carri cum tormentis, alijsq; machinis eò peruenere. Quibus aduersus muros a septentrione ad iactum admotis, paucis diebus quassata mœnia, dirutaq; turres, dedenda spem vrbi pollicebantur. Cum iam in castris ob summam commeatus inopiam penè tumultuatum est, stipendiâque conclamari vniuerso à milite coëpta. Rex igitur quo sub spe stipendiorum è vestigio soluendorum exercitum promptum, paratumq; ad imperata haberet, Barolum ad ea comparanda proficiscitur. Eo vix digresso, nauigia duo onerata fabis, atque à Tarentino sub speciem exercendæ mercaturæ ab Vigilys, quod maritimum est oppidum, missa, cum appulissent, ad litus constitere: admoniti quoque nauigiorum ac fabarum domini, non licere, qui amici essent, obsessam eos urbem ingredi, aut adiuvare annonâ, fabam in continenti expositam regio quaestori vendidere: quam per equitum ac peditum cum distribuisset capitâ, hac ratione tridui consuluit exercitus totius fami: cum interim ducibus oppugnationem parantibus ventum est ad deditonis conditiq; nes, quorum medius Barolitanus cum esset Barnabâs, scriptis ijs quæ ad regem mitterentur, dum inter ciues, militesque pacata seruntur colloquia, ad muros atque ad portas factò ex improviso impetu, ducum fraude ac prædæ cupiditate per ruinas mœnium irru-

ptum

ptum est in urbem, eaque foedissimo exemplo direpta
 atque inter sacra profanaque discrimen nullum ha-
 bitum. Quae res ingenti Ferdinandum dolore affecit,
 qui ne statim regredi Manfredoniam ad exercitum
 posset, aliquot dierum febricula effectum est. Inte-
 rim arx Sancti Angeli dedita cum thesauris, qui in
 ea erant, missusq; ad eam accipiendam cum praesidio
 IOVIANVS PONTANVS, qui regis iussu in
 castris remanserat, quo ducibus adesset copiarum in
 administrandis rebus. Descendentem in Apuliam re-
 gem Antonius Agellus, & Antonius Vidanus Taren-
 tini Legati adierunt, uq; Romam, vi aiebant, itu-
 ri post habitum cum eo congressum, rex illos ad Ioan-
 nem antonium remisit, qui aggrauante quartana
 Idibus Decembris in arce Altemura diem obiit. Mori
 tamen eius suspitione non caruit. Nam uterque An-
 tonius in suspicionem cum venisset, inito cum rege con-
 silijs, subminatus (in cubiculo solus cum esset, ac sine
 testibus) Tarentinus eis fuerat ubi Tarentum, quo
 properabat, peruenisset, securi quamprimum in illos
 animaduersurum. Id a puero qui assiduus in cubicu-
 lo versabatur, clanculum, & quasi non audisset ex-
 ceptum, atque ad alterum ex Antonijs perlatum, a quo
 blanditijs, pollicitationibusque delinitus puer fue-
 rat, prapropere ad necem perpulisse vtrunque
 creditum est. Itaque ad multam noctem ingressos
 cubiculum, ut qui repentinum aliquid afferrent, so-
 mno, morboque oppressum strangulasse, statimque
 ad regem misisse mortis nuncium. Multaque come-
 perta violenta mortis signa statim diuulgatum est.
 Rex accepto nuncio, missisque qui urbem, atque ar-

cem acciperent, cūmq̃ue ijs simul Marino Tamacello, fidei & cauto viro, qui duodecim millia aureūm ex arce, magnāmq̃ue auri atque argenti summam inde in castra ferret, accito ē Manfredonia milite, solutōque stipendio ad Ausidum pergit: atque inde motuens in agro Tranensi consedit, tantisper ibi moratus, dum qui post Ioannisantonij mortem, Barensi in terra motus fierent ab exploratoribus significaretur. Inde verō cum ad Quartanam mouisset syluam, manēque solis sub exortum, innumerabilis ferē sturnorum numerus palustribus ē locus in aëra perlati cum esset, ingruens ex improviso salco accipiter, eos repente fugat ac disijcit, tantisq̃ue inuasit aues metus terrorq̃, vti inter acies conuolarent, ac si armatorum ad ordines confugerent, magna exultatione incedentis agminis, feliciq̃ue bene vaticinantium militum praesagio. Quo augurio proficiens rex, ad syluam vbi peruenisset, nuncios accipit, vrbes ferē omnes & Barensis, & Hydruntina terra inuocare Ferdinandi nomen, ac salutare eum regem. Quadam etiam statim oratores in castra misere quosque ipsa vocant Syndicos, qui publico populorum nomine seque, vrbesque dederent. Cum autem factus esset certior Ferdinandus, Iulium Antonium Aquaeuium Tarentini generum, cum viginti equitum turmis in armis esse, idq̃ studere, quo Baro vrbe potiretur, in cuius arce ad quadraginta aureūm millia seruarentur, Trilicium versus castra mouit, vbi pluribus diebus cum haberet castra, Barum atque arcem ipsam finitimis cum oppidis recipit. Interim Iulius Antonius, qui viuentē etiam Ioanneantonio regis fouerat partes quod

& po-

& populos in regem inclinanteis cerneret, & spurium
 Ioānisantonij filium, nequaquam eo ingenio präditum
 nosceret, qui succedere paterno imperio dignus atque
 idoneus videretur, cum rege pactus, liberali ad illum
 animo in castra suis cum copijs venit, vexillaque ve-
 neratus est. Inde rex dispositis oportuna per loca co-
 pijs, Tarentum profectus, pacata omnia inuenit, nul-
 lumque fuit alicuius nominis oppidum ad quod nō ac-
 cesserit benigne, liberaliterque acceptus à ciuibus,
 quos ipse publice, priuatimque ac praesertim beneme-
 ritos, quosque prosecutus est privilegij, muneribus,
 beneficij, aliosque liberauit vectigalibus, alios orna-
 uit stipendijs, equestrique prerogatiua. Composi-
 tisque regionum earum rebus, sub ipsum Ver Neapo-
 lim redijt victor, opibusque & fama insignis, diuersis
 etiam oratoribus qui ad eum conuenerant, alijsq; &
 bello, & pace claris viris, in ijsq; Alexandro Sfortia,
 qui ad eum à Theatibus venerat, ac Bartholomeo Car-
 dinale comitantibus. Duxit autem secum & Iulium
 Antonium, cuius opera, consilijsq; in maximis pacis
 ac belli rebus ex eo vsus est: cuius etiam ductu multa
 post & fortiter gessit, & feliciter administrauerit:
 tametsi in toga quam in armis non minus vir hic cla-
 ruit, ad praestantissima quaque natus munia domi, fo-
 risque. Ingredientem Neapolim Ferdinandum nobi-
 litatis ordo populusq; nullo non honoris genere cumu-
 lauit. Gaudij, letitiaq; à viris, mulieribus, omni de-
 nique etate in templis, porticibus, compitis, priuato-
 rumque ciuium domibus signa promiscue praebita. Is
 postquam & ciuium & oratorum rebus, qui ex Italiae
 urbibus gratulatum multi venerāt, satis fecit, reuersus

ad belli studia, Iscla obsidioni acrius intendit, datque
 maritimæ rei operam. Hinc Oui arcem multis prius
 usus artibus corrumpendis custodibus, concutit, admo-
 tis ingentis crassitudinis tormentis, in cassum tamen
 multorumque operum & dierum iactura. Longè ve-
 rò post fame coactus, præfectus illam dedit, qua vn-
 dique perquisita, præter salis pusillum in ollula, fa-
 sciculumque salitæ brassicæ, nihil omnino esui quod
 esset, in arce repertum est, adeò fortibus atque obsti-
 natis animis præfectus, defensorésque extitere. In-
 ter hac agente ad Isclam Ioanne, tum rebus alijs, præ-
 fertimque missa clami annonæ, tum interceptis Mar-
 tiani literis, cognitum est, illum noua cum Ioanne
 inisse consilia, idq; modo expectari, dum exactæ mes-
 ses essent, frumentæque intra oppida relata, ne reno-
 uato bello fame premeretur, populariumque metiden-
 di tumultus Martiano essent. His perceptis consilijs
 multa cum animo suo agitans Ferdinandus, illud pri-
 mum curabat, ne ratione aliqua suspectam habere
 Martiani fidem putaretur, quodq; Neapolis graui la-
 borare peste cœperat, quo urbem multitudine vacuam
 faceret, per hanc speciem statutis Leborio in campo
 tabernaculis eò se recepit, assiduo venatu, aucupysq;
 nunc Capuano, nunc Auersano se exercens in agro.
 Quodque Caldora in Ferentanis hostiliter adhuc age-
 rent, ut qui debellaturus eos esset, soluto militibus sti-
 pendio, conuenire eos Rosarum ad Mansionem iussit:
 atque ubi matura segetes visæ sunt, repente ad Sauo-
 nem vniuerso cum exercitu profectus, Martianum
 ad se in castra omnibus cum copijs euocat: quò ni sta-
 tim proficisceretur, illum se pro hoste habiturum,
 agrumque

agrūmque eius omnem hostiliter populaturum significat. Ille primò timens, pauēnsque prius etiam omnia tentaturus videbatur, quàm vt regis se fidei permittere armati, & inimicum præ se ferentis animū: tandem & suorum ad monitionibus, & quoddam popularium fame laborantium animos verebatur, iratos iam, & de rebellionē cogitantes, ad regem vultu, orationēque quammaximè composita in castra venit, ab eoque benignè acceptus est. Cum eo rex permulta egit tum de rebus suis alijs, tum de conciliandis, aut debellandis Antonio, reliquisque Calderis. Ille verò aliquot post dies, ex quo in castris manserat, quiescente in tabernaculo rege, manè sub exortum solis, equo per castra præter solitum deuectus, deambulānsque cum paucis, ac subinde quasi multa animo agitans vultum immutabat, aliò atque aliò sese vertens, nunc humi fixos tenebat oculos, nunc cælum suspirans, aurasque suspectabat. Quod animaduersum cum esset, regique perlatum, iussit diligenter vadum obseruari fluminis, quod è loco ad Carinulas fugienti (neque enim amplius duobus millibus passuum oppidum aberat) iter tutum erat vadum prætergresso. Incertus igitur, atque animi dubius fluctuansque diutius cum fuisset, tandem ad vadum iam citato equo repentinus ferebatur. Ibi interceptus à custodibus, captiuusque Capuam, atque inde Neapolim regis iussu ducitur. Qui statim urbibus, atque arcibus illius potitur, Helionora cum liberis, ac Beatrice Auersam deducta. Ipse confestim cum exercitu in Samnium, Ferentanosque profectus recepit in itinere castellis, atque oppidis fere omnibus, quod Calderarum essent, castris ad Vastum Anionis positis;

quod olim Istonium fuisse multa docent, acri illud obsidione premit. Qua in obsidione propter multitudinem aneorum tormentorum, quod permulti quotidie passimque ac promiscue in castris caderent, atque alij coxis, alij brachijs aut humeris mutilarentur sædæ mortes, vulneraque sædiora essent, multa præter opinionem Ferdinando contigere. Futuram nanque brevi Istonij obsidionem præfagiens Antonius, cum ipse se Riparella contineret, quod id castellum natura maxime munitum esset, locoque summe edito positum, strenuissimum quenque, ac sibi usu ipso cognitum ex ea quam secum habebat copia, ad urbem tuendam præmiserat: præfeceratque præsidio Ranerium Ligninum Neapolitanum, vxoris suæ fratrem, acri iuvenem ingenio, constanti fide, manuq; admodum promptum, ac maximo quoque quod offerretur periculo exultantem. Horum igitur opera, pertinacibusque effectum est studijs, ac laboribus, uti rex obsidionem tandem omitteret, plurimis diebus magna cum suorum cade frustra absumptis. Itaque disposito milite finitima per castella, qui ne commeatus in urbem inferretur prohiberet, fame Istonienses compellere ad deditionem decrevit. Ipse ad constituendas regionis eius res conuersus, illis compositis, sub autumnii exitum in Campaniam regreditur. Antonius post regis digressum, relicto Riparella præsidio, cum ea quam secum habebat, manu hostem frustratus, nocturno tempore itinere maxime occulto, Istonium ingressus, populares primo cohortatus, multa spe ac pollicitationibus illos onerat. Deinde cum intelligeret ciues diutius famem nullo pacto toleraturos, Restatnum filium

lium ad regem in Campaniam misit, qui cum eo de se dedendo, deditioisq; conditionibus ageret. De qua Neapoli cum ab Restaino ageretur, interim Iacobus Carassa, quem rex militibus qui in finitimis Istonio castellis hyemabāt, praefecerat, clam cum primoribus agere de deditioe cœpit: quos ad vltimam prope famem redactos sine spe maritimi, aut terrestri subsidij, oneratos etiam promissū facile in sententiā suam pellexit. Itaque quo maxime tempore Antonius sperabat regi se pacatum filij opera, resque e sententia, pro temporum tamē statu compositum iri, tumultu in foro exorto, excitantibus illum Thoma, Petro & Francisco fratribus, e Santorum familia, a tumultuantibus capitur, confestim regio inuocato nomine. Cuius rei certiore cum fecissent Ferdinandum, eius iussu Antonius Aversam perductus, arcis praefecto custodiendus traditur. Paucos tamen post dies, Restaino filio procurante, quod captus is fuisset interea dum de deditioe ageretur, resignata prius Riparella, e carcere liberatur, constituto satis etiam liberali stipendio, quo Neapoli priuatus cum vxore ac familia honeste viveret. Is verò haudquaquam multos post menses, sub spectiem curanda aegritudinis, cum se Baianas contulisset ad balneas, Romam inde comparatu clam nauigij fugit: nec multo post Viterbium, inde Firmū in Picenum proficiscitur. Ad vltimum verò Esim petijt, vbi diem haud multos post annos obiit: vir specie quidem, atque alijs corporis muneribus abunde clarus atq; excellens, quibus si animi quoque doses accessissent, in eas nunquam calamitates incidisset. Per idem tempus Alexander, qui Pisauri hyemauerat, maturato in

Marſos rēditu, iunctis cum Matthæo ac Roberto co-
 pjs: nam & ipſi ex hybernis prodierant, Aquilanum
 in agrum progreditur, tentaturus per idoneos homi-
 nes ciuium animos. Illi igitur Tarentino mortuo, pro-
 ſtratis atque attritis Andegauienſium rebus, fament
 etiam cum timerent, agrorumq; vaſtationem, obla-
 tas ab Alexandro conditiones accipiunt, ac per eum
 impetrata venia, regi ſeſe dedunt, accipiente urbem
 eam regis nomine Nicolao Statio, qui tum apud Ale-
 xandrium regis ipſius iuſſu agebat. Quæ deditio (nam
 ciuium ipſorum haud exigua in pontificem Romanum
 inclinabat pars) Ferdinandi rebus plurimum autori-
 tatis addidit ac virium. Ea namque urbis eius erant
 opes, ciuiumq; ipſorum vires ac facultates, vt facile in-
 quam ipſi declinarent partem, Aprutij reliqui populos
 fermè omneis in eam traherent. Hæc urbs Amiterni
 de excidijs paulatim creuit, quod oppidum Sabinorum
 quondam fuerat, idq; maxime celebre Aboriginum
 etiam temporibus, qua tempeſtate Aternus illud am-
 nis nondum alijs auctus fontibus medium ſecabat. Abe-
 rat tum haud multum ab Aterno via viculus de fonte
 dictus Aquula, quod nomen hodie quoque pars ea ſer-
 uat noua urbis Aquila. Diruto igitur Amiterno per ea
 tempora, quibus extincto Romano imperio Italia ab
 externis eſt nationibus occupata, ciues diuerſi, alijs
 alium in vicum cum conceſſerent, aucta maxime tum
 ciuium tum conuenarum frequentia eſt Aquula, pro-
 pter agri opportunitatem, fontisq; ipſius uſum, atque
 vbertatem aquarum & pabuli. Nam pecuarijs e qua-
 ſtibus Aquila præcipue creuit. Senſim itaque, atq; non
 minus temporibus convenientibus accolis, forum effici-

tur rerum venalium, emporiumq, regionis totius, fi-
 nitimorum deniq, vicorum omnium ratione hac con-
 uentus & caput. Cuius etiam frequentia accessit For-
 conū propinqui oppidi euersio. Nam & Aquila propin-
 quum ab exortu Solis agrum Forconensem vocatum
 comperio. Adhuc & deleriatiam oppidi, alioq, de no-
 mine etiamnum extant vestigia. Cum igitur aucti di-
 uitijs conuenire, hūst illeis timerent incursus, inito simul
 consilio decreuere, vti dimensi solum, quantum abun-
 de satis esset, regionatim in tot distribuere partes,
 quot vici ad inhabitandum conuenissent, singulisq,
 partibus, quæ hodie quoque nomina vicorum seruant,
 singulis attributis vicis, solum vniuersum mœnibus
 undique cinxerunt: quique breuis ab initio dictus fū-
 rat nomine de fontis Aquula, auctus post ciuibus, atq,
 opibus prolatis etiam finibus facta est Aquila, vrbs qui-
 dem ipsa ciuibus, autoritate, & opibus clara, regio-
 nisq, totius caput. Nam & populus ipse quanquam la-
 tifficio deditus ac texture, maxime tamen bellicosus
 est, finitimisq, vndiq, formidini, nec minus
 etiam regibus qui Neapoli
 imperant.

QVINTI LIBRI FINIS.

P 2

IOANNIS IOVIA-
NI PONTANIRE-
RVM SVO TEMPO-
RE GESTARVM

LIBER SEXTVS.



*VM hac biennio fermè gerantur, Aena-
ria interim res insula facta indies aspe-
riores erant. Carolus enim Torella fra-
ter, cōparata octo triremiū classe, ma-
gnoq, biremium, aliorumq, nauigiorū numerā, ingen-
tem omnis generis rerum prædā in Isclam conuēxerat,
seq, maritima Campania ora maximè formidolosam
fecerat. Quo tempore regius miles munitiōibus inclu-
sus, magisq, ipse obsessus, quā qui obsideret fame sitiq,
laborabat, ad extremū adductus deditiōem medita-
batur. Adhac mare infestum vndique: Campanorum
litus ab incursionibus minimè tutum: maritima com-
portationes è Brutijs, Sicilia, Hispanijsque ab vltimis
diremptæ: demum nulla non nauigatio importuna:
maximèq, periculosa esse, ac timeri iam ne Torella
præda precio, allectationeq, tractis ad se diuersarum
gētium prædonibus, Tyrrhenum omne, Siculumq, in-
festum mare redderent, neque Hispanis, in quorū ma-
nu maritima tum res erant, satis credi, neque alia viæ
provideri posse. Quibus malis quo prospiceret Ferdinā-
dus, nec tamen quibus fideret, satis sciens, plurima di-
uersaq, animo agitabat. Quoniam autem locus admo-
net.*

net, insula situm ac soli naturam paucis exponam. Aenariā a continente tractu motu terra aliquando euulsam multa docent, exesa rupes, solum caernosum, soli natura continenti persimilis, arida, & calidis fontibus scatens, nutrit intestina incendia, vnde alumine plurimo abundat. Quin etiam his ipsis annis Bartholomaeus Perdix, Genuensis negotiator Neapolim petens, cum insulam praterueheretur, animaduertit aluminosos quosdam sparsos in ora mari scopulos. Annis enim circiter centum ac sexaginta tribus ante quam hac gereretur, ruptis repetē terra visceribus exābelato incendio, non modica sui parte Aenaria conflagrauerat: quae eruptio & viculum igne absumptum post voragine absorpsit: & quā Cumanum spectat litus, prouolutis ingētis magnitudinis in sublime saxis, fumo, flāmis, puluereq; immistis, postq; per agros sparsim impetu suo iactatis, maxime vberem atque amœnam insula regionem vastauit. Quae tempestate quaedam etiam saxa scopulorum instar in litus prouoluta cum essent, ea Bartholomaeus fornacibus post excocta, in alumen dissoluit fuditq;, reuocata arte ea, è Baccho Syria ab se allata, vbi ipse plures annos negotiatus esset, quae multis antea seculis in Italia iacuerat. Gignit ager nobilissimi generis triticum, fert & generosissimū vinum, estq; hortensium frugum maxime ferax, populares insule vicatim habitāt, positus ipse plerunq; tumulosus, & arduus: resurgit in ea mōs apprimē editus, in cuius penē vertice fons scaset eodem quo & ipse mons nomine Abocetus, ab auium frequentia (vt arbitrantur) dictus, cum reliqua insula gelidorum laboret penuria fontium: litora incurna magis quam re-

sta, cœlum clemens ac salubre: iungitur monti in quo
 est urbs sita, mole manu olim iacta: vniuersa ambi-
 tus complectitur decem & octo circiter passuum millia,
 abest ferme decem à continente, diuiditur à Prochyta
 freto non satis amplo. In eam Alphonsus victus inde an-
 tiquis colonis victor è militibus qui secuti eum essent,
 maximeq; Hispanis coloniã deduxit, arcemq; quam
 munitissimam struxit. Cuius post & arcu, & oppidi,
 & insula vniuersa moderationem cum demandasset
 Lucretia, ea permittente rege substituit & arcis cu-
 stodia, & moderationi popularium Ioannem Torella-
 lam, Antonia sororis sue virum. Hic Alphonso mortuo,
 cum dominandi cupiditate teneretur, violatò iure fi-
 dei ac necessitudinis, restituere primò eam Lucretia
 contempsit, dein quòd intelligeret illã eam Andegauicena
 se sentire, re Ferdinando significata, ab eo sibi & urbẽ,
 & insulã impetravit. Atque haud multo post (ut erat
 insatiabili avaritia, incredibili ambitione, summa in-
 constantia, perfidia etiam barbara) cepit cum Ioanne
 clam agere de amicitia; promissaq; ab illo sibi Prochy-
 ta, statim cum Petro Coxa, qui insula imperitabat, si-
 multate s primò, post apertas etiam inimicitias exer-
 cere. Hinc Ferdinando maioribus curis presso, traiecto
 trirēibus freto, expositiq; in litore militibus, insulã
 populatur: mox comparatis necessarijs, oppugnare op-
 pidum decreuit: cumq; à rege monitus ne fidelem, &
 sibi maxime acceptum hominem armis peteret, nec ab
 incepto desisteret, ac tantum non fame coactum Pa-
 trum ad deditionem coegisset, tandem rex necessita-
 te victus, comparata classe, Torella militem Prochyta
 expulit, liberatumq; obsidione Petrum commentu plu-
 rimo,

primo, ac militibus iunxit. Torella per hanc occasionem
 confestim ad Andegauensem desciiuit, quem post ad se
 confugientem vrbe acceptum, opibus etiam suis fouit.
 Quod ni Tarentini secuta breui mors esset, transmissa
 in Brutios cum triremibus (vbi cōuenerat) Ioanne, in-
 sequenti anno bellum priori longè infestius calamito-
 siusq; instauratum iri apparebat. Igitur Ioānes in Isclā
 delatus, conspecta munitionum natura, primò medio-
 cribus praelijs infestare regios, eos extra munitiones
 excitos sanciare, fatigare, aut quiescere sinere: post ne
 castris egredere'tur, prohibere, arcere à lignatione, ne-
 quid ab insula popularibus importari posset, cauere:
 sclopetis, colubrinis, bombardis die noctuq; infestare:
 multos in propugnaculis non paucos intra tabernacula
 vulnerare, aut membris mutilatos lacerare, donec eos
 cadibus, vulneribus, mutilationibus, fame, siti, las-
 titudine, pestilentia è diutino labore necessitudineq; exor-
 ta affectos, ad vltimam rerum ac malorum omnium
 difficultatem artibus his redegit. In hac summa rerum
 omnium inopia illud eos maximè angebat, quòd clausi
 terra, mariq; vndique, quæ in statu res sue essent, signi-
 ficare nec regi poterant, nec ab illo certiores fieri, quid
 pararet, quid ab ipsis parandum esset, quando præs-
 dium expectandum, omni itinere, terra, mariq; inter-
 cluso. Itaque rex magno nunciorum discrimine ab ijs
 qui Abocetum tuebantur montem, de suorum difficul-
 tatibus certior factus, re in senatu sepius disceptata,
 cum omnes de ferendo subsidio desperarent, quippe cū
 hostium classis abunde potens, pollensq; esset, contra
 regi eotempore præter triremem vnam maritimi ap-
 paratus nihil esset: in ea consiliorum infirmitate, con-

sternationeq₃ animorum, Ioannes Pons triremis eiam
 praefectus, ceteris animo percussis omnibus ipse animi
 plenus: At, inquit, longè secus ego sentio, rex, longeq₃
 alia mihi mēs, aliudq₃ a vobis consilium est, duces. Mi-
 hi est animus, expositis ab altera insula parte in ter-
 ram militibus, occupato monte qui mari imminet, in-
 de decurrere, gladioq₃ & hasta, modo lectus mihi mi-
 les detur, aperire ad munitiones viam, hostemq₃ fer-
 ro medium cadere, & commeatu immisso liberare ab
 fame obsidioneq₃ munitiones. Huic sententia alijs ve-
 generosa fortiq₃ fortes ipsi assentiebantur, contra alijs
 vt temerariam aspernati repudiabant, metu in maius
 aduersariorum res tollente. Tum Pons rursus, Vobis in-
 quit, viri regia de re tantum agitur: mihi de regia, &
 mea de salute, item incolumitate, bonisq₃ meis omni-
 bus. Si vicero, regis & meis rebus iuxta consulero: sin
 fortuna, quod nullo pacto reor, incœptis meis inuide-
 rit, regi nihil amissum, mihi vitæq₃ & fortuna omnis
 in aquo mea ponitur. Et vos quidē Isclæ res desperatas
 habetis, ego verò eas è calamitate vt vindicem, meo,
 rerumq₃ mearum omnium discrimine laboro, & co-
 nor. Nolite quæso tantā meis mihi pariundam pericu-
 lis laudem inuidere: dabo vobis, mihi credite, hoc vno
 facinore confectum bellum. Rex probato eius consilia,
 triremi confestim instructa, duabus cum biremibus,
 minoribus item nauigijs duobus, delectis ter centum
 peditibus è veteranorum numero, commeatu nauigijs
 imposito, noctu è Neapoli solucere eum iussit. Ille tene-
 bris, silentioq₃ feliciter vsus ad finitimum montis litus
 applicat, peditatuq₃ exposito, triremiq₃ alijs cum na-
 uigijs Caieta petere portum iussis montem nullo pro-
 hibente.

hibente ascendit, amiceq³ acceptus signo cognito ab ijs
est, qui monte tuebantur. Nam summa in iugo Nicolai
facellum est, atq³ haud procul vetus munitio ad pro-
pulsandos repentinos insultus olim constituta, cui pe-
regrina, barbaraq³ appellatione nomen est Bastida. Hi
communicatis simul consilijs è vestigio mittunt qui de
subsidijs aduentu obsessos certiores faciāt, & quid agē-
dum sit doceant, signumq³ inter se committendæ pugna
constituant. Nuncij quod penetrare ad munitiones vn-
dique circumsessas ab hoste nequeunt, Poui biduo fru-
strati sunt, qui in expectatione rerum erat. Tercio
die Andegaviensis consilij huius inscius incendiariam
machinam admoueri munitionibus cum iussisset, ea
oblique tracta, in quem minime locum oportuit de-
clinauit, motuq³ ipso magis accensa, flammam simul,
ac fumum ingentem edidit. Quod conspiciatus Pous,
metuensq³ munitionibus à conflagratione, instructa
acie descendit è monte. Partem ducebat cohortis Fan-
tagutius, vir maxime strenuus: partē ipse cum Orio-
la, homine impigro, & ob fidem regi cognito. Vbi ad
locum ventum est, signo dato occupatum expugna-
dis munitionibus hostem ex improviso adorti, magnū
terrorem incutiunt. Illi pectore aduerso fortiter incur-
rentes sustinent. Ac nunc hi, nunc illi, fortuna belli do-
mina variante, loco cedunt, multi vulnerantur. Stre-
nuè vtrique pro gloria, pro vita, pro libertate pugna-
tur. Regij eruptionem è munitionibus expectant. An-
degavienses illinc paucitatem despiciūt, hinc eruptio-
nem verentur. Itaque innisi viribus regio aliquantum
propellunt. At qui intra munitiones clausi fraudē ha-
bitenus timuerant, vbi cades, vulnera, fugas, impressio-

nes eminentioribus è turribus conspiciantur, confirmati-
 tis maxime animis erumpunt. Editur pugnara et
 nobilis, fortibusq; vtrique animis decertata, vtrinq;
 pro salute pugnantis. Vtraq; in dextra acies spem
 salutem, libertatem repositam habet: regia si cesserit,
 nullo se loco tutam credere. Andegaviensis in medio
 constituta hostium, non fuga, nō receptus locum habere,
 duces, centuriones, praefecti hortari, adoriri, ferire,
 milites alij impellere, alij cedere, pars capere, multi capi,
 vulnera, cedes, casus promiscui. Vtrinq; clamores tolli,
 vtrinq; propugno euentu, aut fuga significari,
 aut victoria. Tandem Andegavenses ab fronte atque
 à tergo arctius pressi superantur, nec sustentata in-
 pressione, pluribus aut casis aut captis, reliqui in fugam
 versi, pars intra molem, alij pontibus qui expositi in litore
 erant, in trementes se recipiunt, alij in mare protapsi
 minoribus à nauigis excipiuntur. Dux ipse Andegaviensium
 in fluctus maris mento tenus immisus, agere a suis intra
 nauem subleuatur. Victor regius, furore hoste munitiones
 ingreditur. Pons consolatus magis quam cohortatus,
 liberum iam obsidione, militem, saucios curari,
 commeatum importari, praesidium per munitiones
 distribui imperat. Languidos aut morbo gravatos inde
 deuehendos curat. Nec multo post, constitutis è
 sententia rebus omnibus, confirmatisq; militum ac
 popularium animis, ad montem reuertitur. Illi victoria
 elari, speiq; atque animorum pleni felicia omnia sibi
 promittunt, ex eoq; hostem à munitionibus, atq; à
 continente prohibent. Pons è monte ad litus digressus,
 ascensa è vestigio nauicula, quo discessus hostem
 lateret. Caetam ad trementem deuehitur, statimq;

Formiano

Formiano soluens litore Iluam petit, vbi intellexerat regias triremes expectare. Ha simul inde digressa Neapolim versus dum feruntur, Argentario haud procul à promontorio, quatuor triremes, ac biremes totidem Punicas obuias habent, in easq; strenuè illata, vnam è biremibus capiunt. Quo minus insequantur fugientes, obstitere Andegauenses triremes, dum timetur ne insequentibus ipsis à tergo inferantur. Itaq; felici navigatione vsq; Neapolim paucis diebus aduehūtur. Atq; haud multo post Ioānes, Tarentino iam mortuo, desperatū rebus suis, in prouinciam inde Narbonensem enauigat, relinquent in regni Neapolitani populis, atq; apud nobilitatem precipue, permagnum sui desiderium: cum esset maxime cōpositis moribus, integra fide, incredibili continentia, summa constātia, magno in Deū metu, in homines liberalitate ac gratitudine, iusti honestiq; apprimè colens, ac supra Gallorum hominum ingenia graui, seuerius, circumspectus. Ferdinādu*s* igitur Aenariense ad bellum conuersus, comparata classe decem triremiū, totidemq; onerariarum, ac biremiū sex, ei Galcerandū Hispanum pradonem praeficit. Ille complureis mēses, nauibus opportunè dispositis, urbem sic cinxit, arcuitq; commeatum, vti tandem ad summam annona inopiam redactus Torella fratrem è Prouincia arcessit: um certio*r*em fecerit, ni quā primū subueniatur, de se rebusq; suis esse omnino actum: maturaret igitur, se vel paucissimos dies vix esse toleraturum, verendamq; interim popularium inconstanciam, praesertim urgente fame. Carolus recognita, et maturandum ratus, onerata frumento nauis, instructaq; triremi*bus*, nocturnis diurnisq; remigationib*us*

ad ferendum subsidium cum properaret, ubi in conspectum venit insula, inito cum praefectis consilio, triremem maxime omnium instructam, cui erat Delphina ob celeritatem nomen, qua onerariam remulco traheret, praemittit. Ipse cum omni numero speciem praefert magno impetu inserendi sese ex improviso in Galcerandum: ratus hac ratione, dum regia se classis instruit, dum ipse sese minabundus ostentat, omnem regiae classis impetum in se tracturum, Delphinam interim quasi parum animaduersam ad oppidum, ipsamque montis rupē appulsuram cum comēatu: quo facto fugā ipse esset in altum abrepturus. At Sansius Samudius in statione collocatus cum esset, cōspecta Delphina, minime cunctandum ratus, summis viribus in illam rostro inuectus, edita cruentissima pugna, eam cum queratā capit. Quod ubi Carolo cognitum est, speque animoque destitutus, confestim in fugam vertitur. Galcerandus instructa classe, in altum prouectus, diurna, nocturnaque remigatione fessos ipse recente remige facile affecus, praeter unam omnes cum Carolo, alteroque Torella filijs capit, captasque secum Aenariam perducit, ac utranque simul & victā, & victricem classē in ancoris ad fixum sistit. Quod ubi regi nunciatum est, ingenti cura liber, ac gaudij plenus, cum Ximeno Duraa, Sicilia Legato, qui haud multos ante dies Neapolim ad regem venerat, ad Misenum profectus, Galcerando, praefectisque gratulatus, gratias illis egit, quod forsiter fecissent, quod feliciter rem gessissent, quod eo facinore ultimam bello manum imposuissent: usque magnificè collaudatis, quid gerendum: quid à quoque administrandum esset, constituit, statimque Neapolim regreditur.

dicitur. Tum verò vrbs victoria certa, festa omnia agere, viri, mulieres, ciues, peregrini, senes, impuberes per urbem discursare, ad litus currere, molem peruagari: qui victrice classe redissent, sciscitari, gratulari, complecti, virtutem eorum in cælum ferre, conuiuia parare, publicè, priuatimq; letari, quod mare liberū, quod nauigatio secura, quod tandem pax terra mariq; omnino esset parta. At Isabella regina qua erat pietate, & in Deum cultu victoriam deo acceptā referre, ipsa Maria aras, ipsa diuorum templa adire, venerari, paruos liberos ante se ferre; cum ijs ante illorum imagines procumbere, gratias agere, vota soluere, supplicia pluribus diebus facere: nihil ciuitas vniuersa, nihil nobilis, ignobilis, sacerdos omittere; quod ad declarandā gratiam, nihil Isabella; quod ad gratitudinem erga Deum, erga diuos, diuasq; testificandā pertineret. Torella amissa classe, capto fratre, ac filio, destitutus omni spe, de deditioe per Duram cum rege egit, per quem paucis ante diebus etiā tentauerat exolutis sibi à Ferdinando aureū nummū quinquaginta millib; oppido & insula simul cedere. Res igitur Ximeno procurante conuenit ijs conditionibus, uti Torella oppidum regi traderet, ipse liber tutusq; cū vxore, liberis, reque omni familiari in Siciliā deferretur regis duabus triremibus. Carolus frater, & e filijs alter, liberi, suiq; iuris essent. Ximenus conuentorum præs, ac fideiusor esset. Antè tamen quàm ille triremibus impositus vel sceretur, Ferdinandus coram exhortatus est eum, uti cū vniuersa familia Neapoli remaneret, rerum se preteritarum inimemorem futurum, neq; ipse, neq; liberi defuturum pollicitus. Ille regi gratias cū egisset, Nea-

poli soluens in Sicilia primo, post Hispaniam Ferracoe-
 nensem, quaq³ illi erat patria, Barcellonem, perlatu-
 est; vir profecto leuitate ac perfidia sua, deterrimq³
 quaque sorte vltimq³ supplicio dignus. Et hic quidem
 belli huius Neapolitani finis atq³ exitus rerum fuit.
 Caterum cum regni vrbiu^m princeps Neapolis, atque
 caput sit, antiquissimq³ ceteraru^m fere Italia vrbiu^m
 omnium, qua nunc florent, de ea si pauca dixerō, neq³
 alienum suscepto operi, & importunum minime vi-
 deatur, tum propter vetustatem ipsam, & vrbi nobi-
 litatem, tum ob rerum plurimarum, siue natura siue
 hominum arte, industriaq³ cōparatarum copiam, atq³
 excellentiam, quibus ipsa affatim, mirificeq³ abundat.
 Quia verò vetustas ipsa, rerumq³ remotissimarū obli-
 teratio, earumq³ cognoscendarum cupiditas ita expo-
 stulat, alius quadam repetam, & perquisita, & eru-
 ta longo studio, multa q³ antiquitatum peruestigatio-
 ne & cura. Nec verò vitio mihi dari velim, si antequā
 de rerum Neapolitanarum loquor originibus, Italiae
 res à remotissimis etiam seculis repeto, & qui, & qua-
 les eam populi, aut reges ab initio tenuerint, in memo-
 riam reuoco. Detur hoc venia laboribus meis, compen-
 setarq³ repetitioni ipsius remotior fortasse explicatio
 cum vtilitate lectionis: quod condonari mihi non im-
 pudenter forsā videar postulare. Igitur Italiam, cui
 post vniuersa nomen est hoc inditum, paulatimq³ pro-
 latatum finibus, imperioq³ ab Ionio mari ad Alpes vsq³
 complexum est omnia, qua supero, inferoq³ abluuntur
 mari, habuere in initio Vmbri, genus hominum bello-
 cosum, acre, imperij cupidum, quiq³ paulatim medi-
 terraneis ac montanis à locis digressi, mare versus Ha-
 driati-

dristicum fines protulerint, ipsi reliqui, superstitesq;
 diluvioni, qua Deucalione regnante in Gracia, ab Aeg-
 yptijs, Graciaq; ipsius scriptoribus extitisse niemara-
 tur. Qua tempestate Atlana absorpta insula rerum
 quondam in occasu potita, vnde etiam nomen pelaga
 inditum, irruumpente ocoano, mare hoc immissum est
 mediterraneum, quo tunc submersa atque hausta fue-
 re cuncta, quibus nunc interiectis Europa, Africaq; in-
 ter se atq; Asia distantur. Fabulosa sane res existi-
 mata, propter Poëtarum decantata admirabiliter
 ea de re carmina, ceteram quae nec à natura ipsa verum
 abhorreat, & Aegyptiorum consentiat historijs. Hos
 ante tenuerant Liburni partem eam, quae est ad superi
 maris sinum. Quibus pulsus Umbri armis eam occupa-
 vere, atq; imperium protulerunt, tractum omnem
 vocauerunt Umbriam, viris post oppidisq; distaturnum ob
 dominatum maxime frequentem. Liburnis finitima
 tenuere Siculi, atq; Aborigines, gens indigena, vel ut
 alij volunt, ex Arcadia profecta, duce Oenotro, Lycop-
 nis Arcadia regis filio, qui postea genti nomen dedit.
 Cuius etiam frater Peucetius oram alteram superi ma-
 ris occupauerit, eaq; sit ab illo appellata Peucetia, qua
 ante fuisset Iapygia. Regium itaque nomen gentis uni-
 uerse ab Oenotro accepit, post quem aliquo interiecto
 intervallo Italus & Ipse rex isdem est à populis dictus.
 Ab Italo autem & Merges, & Siculus, qui à Mergere
 fratre dissentiens, dedit parentibus sibi populis nomen
 Siculis, perinde ut ab illo altero nominati sunt Mor-
 getae. Arque haec quidem omnia multis aetatibus ante
 obfessum à Gracis Huius. Hodie quoque post Marsorum
 atque Aquitanorum fines est ager, qui Siculorum no-

mē seruat, mutata prima nominis litera. Cicili enim vocantur. Nam & Sicilia insula ex illis dicta, ab illiteratis hodie hominibus Cicilia dicitur; eadem mutata litera. Est & Vallis item Ciciliana qua praecutitorum est in Vestinis, qui sunt inter Aternum, atque Truentum amnes: qua regio Piceni quondam fuit, nūc verò est Apruj. Successit deinceps illis Latinus belli Troiani temporibus, à quo prisci vocati Latini. Inter Sículos autem atque Aborigines diutius certatum cum esset, accessere Aboriginū opibus Pelasgi, quibus è Thesalia pulsus; ad eam cum adnauigassent oram, qua est proximè Padi fluminis ostia, postq̃, aliquantum temporis eiectione cum inde ab Umbris essent, Aborigines ipsi dedere eis sedes in Reatinorum finibus, eorumq̃ auxilio, commixtis viribus, Siculorum res vehementius attrituere. Quibus deniq̃, attritis, Siculi relictis sedibus, grauiſsimos post labores ac pericula in Trinacriam traiecere: quam occupatam, suo è nomine vocauere Siciliam. Temuerūt autem in initio Itali, qui ab Oenotrijs sunt, Aboriginibusq̃, profecti, quantum interim agri Tiberi continetur, Lyriq̃, fluminibus, eaq̃, prisca fuit Italia, q̃q̃, Italiçi populi. Tiberim ultra tenebant tunc Hetrusci, quos Tyrrhenos etiam dictos voluit. Hi paulatim eò potentia peruenerunt, vt Umbrorum ipsi imperium deleuerint, omnisq̃, Italia ab exteris nationibus, praesertimq̃, à Gracis ob illorum potentiam fuerit appellata Tyrrhenia. Supra Hetruscos tenuere Ligures, & ipsi antiqua gens, quaeq̃, ausa sit venienti in Italiam Herculi ire obuiam instincta acie. Quin etiam quorundam opinio fuit, Aborigines illorum aliquando fuisse colonos. Hetruscos diutius imperantes, superatus alpius,

alpibus, Galli pepulere uniuerso ex agro, quem ultra
 Apenninum montem, ac secundum Padum fluuiū pos-
 sederant, quorum etiam oppidum fuit Sena, quæ ho-
 die quoque Gallica agnominatur. Trans Lyrim uerò
 proximisq; Lyri regionibus, diuersis tamen etatibus
 imperitauere Ausonij, Opici, Osci, Hetrusci, Samnites
 Campani. Ausonij quidem uidentur fuisse antiquio-
 res, quam ut ab Ausone Vlyssis filio nomen acceperint.
 Nam & partem illam terræ Brutia, quæ est ad mare
 Ionium, satis constat longè prius vocatam Ausoniam;
 eamq; Ausones primos tenuisse, & mare ipsum Auso-
 niū appellatum: & ut Halicarnasseo placet Dionysio
 quod post vocatum est Tyrrhenum, ante Oenotri ad-
 uentum ab accolis mare dicebatur Ausonium. Opici
 uerò suere, qui & Ausonij; ipsi indigena, ut Rutuli, ut
 Volsci. At Osci Padi accola, ac pulsī ipsi, suis Opicos è se
 dibus pepulere. Hos dein Cumani à Chalcide deducta
 colonia, Hippocle Cumæo, & Chalcidense Megasthene
 ducibus. Hi quum opibus auctoritateq; aucti admodū
 essent, subiecere sibi finitimos populos. Omnem post eis
 agrum ademere Hetrusci, ac variante fortuna, Sam-
 nites Hetruscis. Dicti autem Samnites à nostris initio
 Sabelli, ipsiq; à Sabinis orti, postquam in Sabinorum
 nomen transiere, qui antè Oenotrij fuerant; atq; Abo-
 rigines. Ex ijs deinde agris Samnites hos eiecere Cam-
 pani, quorum princeps fuit urbs Capua: à Samnitibus
 quoque profecti sunt Lucani, qui secundum eos trans
 amnem Silarum sedes sibi imperiumq; compararunt
 Per multis tamen ante Lucanos etatibus, imperitau-
 rant ea in regione Pelasgi, atque Oenotrij. Vnde insu-
 la duæ in Lucanorum mari sitæ, Oenotria appellata,

atq; ab Oenotrijs orti Itali, Morgeta & Siculi illis successere. Inter quos diutius etiam bella gesta. Qua e re à Græcis scriptoribus pars ea vocata est Italia. Vltimi autem Lucani à Samnitibus emissi occupauere regionem, æque ducis nomine uocauere Lucaniam. A Litcanis orti Brutij, pastoralis initio gens suisq; ab domibus digressa. Post eos quod reliquum est, tenuere Græci ad mare Ionium, diuerso tempore pluribus deductis colonijs, in plaga præsertim maritima, vnde magna etiam Græcia olim dicta. Nec tamen desuere è Græcis scriptoribus, qui arbitrati sint, oram Italia illam vltimam, quæ isthmo contenta peninsulam quasi quandã efficit, Italiam initio dictam ab Italo quodam, quem populares, propter sapientia probitatisq; opinionem, quam ipse etiam dicendi suauitate concitasset, regem sibi constituerint. Satis tamen constat tum Hesperiam tum Ausoniam ante Herculis in Italiam aduentum à Græca præsertim gente uocari solitam. Hic status penè rerum in Italia fuit ante bellũ Troianum, & post Aeneam atque Ascanium Alba regnantem, donec Romanorum res adoleuere, ipsiq; tandem Italiae sunt potiti. Vt verò ad Opicos redeamus, à quibus Thucydides tradit, Siculos fuisse eiectos sedibus, quod videlicet Opicorum tunc celebre esset nomen, Phlegræorum ager fuit, in quo plerique volunt gesta, quæ de Gigantibus memorata sunt in fabulis, ab intestinis terræ incendijs dictus. Quo in agro principes extitere vrbes Cumæ, Pateoli, quæ Græcè est Dicearchia, & Neapolis. Hanc igitur, finitimamq; oram, quæ est ad amnem Lyrin, Vlyssis, belliq; Troiani temporibus tenebant Læstrigones atque Sirenes: tenuere & Cimme-

merj, genus hominum furtis ac latrocinijis assuetum :
 hiq₃ specus quàm domos magis incolabant, deductisq₃
 intrinsecus sub terram cuniculis diuersabatur. Cumq₃
 celebre apud ipsos oraculum esset, fierentq₃ Auernum
 ad lacum sacra in Ditis patris honorem; in quibus, euo-
 cati manibus, futura noscitabantur; hac ratione mul-
 tos mortales, qui ad sacra conueniebant, atque ad ora-
 culum consulendum, deprehensos in meatibus, locisq₃
 subterraneis spoliandi libidine clam obtruncabant.
 Demum sceleratorum deprehensa, ipsi supplicio affe-
 cti, sedesq₃ eorum euersa ac penitus deleta. Opicorum
 insula fuit Prochyta, fuit Aenaria, fuere & Pontia, et
 Pandateria; & quae dicta est de Sirenes vnius nomi-
 ne Parthenope. Nam & ab alterius quoque sepulchro
 Leucysia dicta est etiam breuis quadam insula Pestan-
 na contra sinum posita. Ac tametsi quae de Sireni-
 bus dicuntur, pleraq₃ habentur fabulosa: proditum ta-
 men est memoria, atq₃ ita hominum opinio tenuit, v-
 nius ex eis conditum sepulchrum ediciores in colle ad
 altimum mari sinum dedisse colli nomen, vocatumq₃
 illum ex eo Parthenopen, quod nomen post fuit etiam
 urbis eius quae nunc est Neapolis. Quia verò & Suren-
 tum, quasi Surenatum, & promontorium ipsum quod
 Mineruae dicitur, Lapides sunt olim Sirenum dicti,
 quodq₃ insulae item duae Sircnusa, quae post Capreas
 Posidoniati, hoc est Pestano, ac Salernitano adiacent
 sinui, quo in sinu fuit olim Pestum, nuncq₃ in promon-
 torij eius capite posita est Acropolis, quantum coniectu-
 ra uti licet, & fabulae videntur innuere, haec imperita se
 sinui locisq₃ ijs videntur. Quando prisca etiam au-
 tores tradunt Surrentum urbem, ipsurq₃ in quo con-

*stituta vrbs est, agrum ac promontorium, Sirenium
 quondam sedes fuisse, perinde vt Circe imperitauit fi-
 nitima in insula, vt Calipso in alia etiam Ausonij ma-
 ris insula. An non regnauit Babylone Semiramis, in
 Ponto, Phrygia, Bitynia Artemisia? nōne Punicum
 auspicata est imperium Dido? Florentibus maximè
 Gothorum rebus imperauit in Italia Amalasuntha,
 Theodarici regis filia? Nec verò multis ante nos seculis
 Amatildis Comitissa res in Italia non in primis fue-
 re illustres? Nōne duæ, diuerso tamen tempore, Nea-
 politanum regnum moderatæ sunt Ioannæ? Itaque
 permultis etiam post Sirenes seculis, Aenaria sub Nea-
 politanorum reipublica iurisdictione tenebatur: & cū
 ab illis aliquando bellica extracta vi fuisset, Imperato-
 ris Augusti iussu fuit eis restituta. Et à qua matrona
 nomen accepit insula Parthenope, perinde vt ab alse-
 ra Leucosia est de illius sepulcro dicta, nimirum cū
 ea post mortem sepulta in colle esset, continenti impe-
 ritauerat, & in quo sepeliri se cauit loco, & celeberrimus
 per id temporis locus is erat, & viuienti à omnia gratus
 admodum, atque in delitijs habitus. Nam & honos se-
 pultura religiosissimus semper fuit, etiam quibus tem-
 poribus literæ nullo ferè in honore essent, & generosiss-
 simo cuiq; decreto etiam publico, in maximè celebri
 vrbs aut agri parte dabatur sepultura locus. Traditū
 est enim (de re vt maximè vetusta loquar) apud Or-
 uinium antiquissimum, ac maximè quondam nobile
 Aboriginum oppidum, Augusti etiam nūm tempore nō
 murorum modò fundamenta, & fossas extare veteris
 magnificentiæ testes, verum etiam sepulchrorum mo-
 numenta magno ambitu, operosisq; aggestionibus, at-
 que in*

que in sublime editis. Itaque sepulcrum ipsum indicio est Parthenopen colli imperitasse, qui subiecta imminebat stationi, atque ad sinus ipsius caput, eque regione Surrentum spectabat, qua Sirenum ipsarum sedes tunc esset. Quem ad locum quod naues quendam quasi in portum applicarent, collis ipse frequens erat habitatoribus, eque ab accolis ac nautis celebratus, isq; oblitterato priori nomine, post in matrona memoriam, atque ab eius sepulcro Parthenope agnominatus. Cuius post loci frequentiam auxere Cumani, atq; e Chalcide Eubœæ profecti coloni, auxere & Rhodij, quo tempore rebus maritimis plurimum valebant, deducta illuc colonia, locoq; in oppidi formam redacto. Nam Græcam eam fuisse urbem, id verò certissimum est. Quod autem eo ab loco quadringentis ferme passibus oppidulum aberat, secundum litus, ac sub motem ad meridiem positum, cui Græca nomen esset appellatione Palæpolis, idq; breuitate sua habitatores non caperet, crescente iam multitudine, quo habitandi laxior ferebat commoditas, multi eò cōtinuè immigrabant, ob diuersandi amplitudinem. Quocirca augeſcente in dies nouo oppido, illinc comportandis mari mercibus, hinc soli ipsius opulentia, cum edificijs illustraretur, & hominum frequentia, quo ab veteri differret oppido, nouo paulatim nomine, & ab ipsis incolis, & ab nauigantibus, vocari pro Parthenope, Neapolis cœpta. Nam ad tempora Romanorum vsque, vt Liuius tradit, vrbes erant due, populus vnus. Breui igitur ob loci opportunitatem, conuenarumq; frequentiam in vrbis excreuit magnitudinem. Opibus verò atque auctoritate valuisse tunc plurimum mœnia ipsa planè

docuere, quorum vestigia (quod hodie quoque quaedam extant) videntur admirabili quadam altitudine artificioque fuisse constructa, ut minimè mirum fuerit, Annibalem Pœnorum ducem illis visis fuisse ab obsidione deterritum. Cōuenisse autem eum in locum proximis è vicis atque castellis plurimos, docent perpetua quaedam vr̄bis regionum nomina, quæ hodie quoque, & publicis & priuatis scriptis seruantur, ut Baiana vicina Baianis à colonis dicta, ut à Cimmerijs Cimmeria, quibus vr̄bis partes eæ quondam fuerint ad inhabitandum distributa. Transiens quoque in Italiam ab Hispania Hercules, post Cacus impotentem hominem in Latio domitum, liberatamque ab eius dominatu regionem, Campani maris oram cum peruagaretur, reliquit monumenta perpetua Auernum ad lacum sua, perque oram illam omnem itinere atque ætate fessos, Græcis potissimum è socijs, traditis eis sedibus collocavit, quod in Latio item, locumque in quibus postea Roma creuit, ante fecerat. Reliquit & proxime Neapolim paulo supra Palepolim, qui lacus hodie quoque Hercules dicitur, & ultra Neapolim ad fontes, qui ab illo Herculani sunt dicti, ibique Heraclea condita, & ultra Heracleam apud Pompeios, quo in loco exposita ab occasu solis aduecta prada pompam egisse dicitur: quæ tempestate loca illa omnia essent Græcis ab inhabitatoribus maximè frequentata & culta, propter locorum amœnitatem ac litoris. Ad vetera quoque Neapolis mœnia, Nolanamque ad portam extat sacellum Saluatoris, quod ad Hercules viam dicitur: & in eadem vr̄bis regione Maria edicula, quæ ad Herculem. Adeo multa Hercules monumenta & intra vr̄bem, & extra etiam

etiam permanent. Post ipsam verò Palapolim, in qua noua nunc est arx cum adiectis hortis, postq³ montem qui Palapoli imminet, promontorium protenditur in meridiem, quod à delitijs sortitum nomen est, Pausilippum: e regione verò alterum existit promontorium medium inter vtrumq³ sinum constituens, Lapides olim Sirenum appellati. Inter autem lapidosos promontoriij vertex, sparsosq³ naturali quadam tum voluptate, tum artificio quasi scopulos loca sunt inter seminata, ac sparsim confita, ea amœnitate, & cultu, ijs etiã delitijs, vt ab ijs illectamentis dicta olim sint cantu Sirenes irretisse nauigantes, traxisseq³ peregrè venientis homines ad inhabitanda saxa. Ac mihi quidem visus est Virgilius ad eorum locorum imaginem finxisse Elysios secessus, vt cum ait:

Secreti celant calles, & myrtea circum

Sylua tegit —

Nec verò non eodem mihi tempore visa sunt literarum studia, qualia tunc esse poterant illic & existisse & cœpisse, quæ postmodum tanta creuerint frequentia, vt quod de vocis suauitate & cantu attributum est Sirenibus, id fabulæ locum dederit ex eloquentiæ ac literarum studijs, disciplinarumq³ cognitione, & cultu. Nam & Zeno, & Parmenides satis propinquis è locis fuere oriundi, quos ante & alios quoque fuisse veri est simile, quando hi duo essent & ipsi seculis nostris fortasse incogniti, nisi eorum Aristoteles in rebus physicis, & post eum scriptores alij meminissent. Idcirco & ante Pythagoram & Metapontinas illas scholas fuere Sirenum in regionibus bonarum artium studiosi permulti: quod Numa regis Romani disciplina in-

stitutionesq₃ declarant. Ea quoq₃ quæ de oraculis, deq₃ ad Auernum traduntur sacris, fieri absque literarum cognitione ac professu minime poterant. Etenim rerū cognitiones per ea tempora penes sacerdotes erant. & apud Græcos extitisse tunc literarum notitiā, docuit Nicostrata Euandri mater, quæ eas in Latium attulit. Sed redeamus iam Neapolitana ad mœnia omniū illa tempestate magnificētissima: quæ quidem tempestate mare quod illic curuari sensim incipiebat in sinum, radices allidebat collis, atque inter vetus nouumq₃ oppidum breuiusculus quidā cōstituebatur sinus, quædāq₃ quasi statio, quod spaciū diuturnitate tēporum, imbriumq₃ limosis ē monte decursibus, vt quotidie cernitur, in continentem abiit terram, idq₃ nostro tempore edificijs refertum est. Moles quoq₃ posteriore ætate ab regibus iacta, portum nunc efficit, ipsius quoq₃ ad collis ima fontes tum manabant scatebrosis sub rupibus, qui nunc etsi paucioribus in locis, in ipsa tamen mari ora subter adificia defluentes scaturiunt. Collis igitur ipse & ad mare impositus rupibus, & in mediterraneis surgebat, vallibusq₃ præterq₃ ad litus cingentibus. Circum verò eum mœnia ab imo in editum assurgentia eminebant ingenti mole saxi, ac singulari artificio cōstituta, aggestitia materia intrinsecus arte iniecta quatenus collis altitudinem, summumq₃ æquarēt solum. Adhæc turres maxime frequentes, ipseq₃ extra muros ductæ adequato post solo surgebant ingenti vastitate, minacibusq₃ fastigiata propugnaculis maria ac terras superbissimo quodā prospectu despectabāt. Quæ omnia annis ducentis ac quinquaginta ante ætatem nostrā Corradus demolitus est rex. Post verò Ro-

ma-

*manis vrbs eius ambitum promouētibus, & valles sue
 re maxima è parte colli aquata ad vrbs ipsius positū,
 vsumq; inhabitantium, & mœnia pluribus etiam lo-
 cis ad solum deiecta. Nam & Adrianus Augustus tem-
 plum in tumulto proximè portā, quæ ad mare ferebat,
 qui locus hodie quoq; Portus dicitur, edificauit mira
 amplitudinis, idq; postea collapsum ab insequentibus
 est principibus instauratum: qua ex edificatione parte
 ab ea paulatim per atates promotum est oppidū ad mu-
 ros fermè Palapolitanos, meridiem versus, quaq; etiā
 solis occasum vrbs spectat. Post Hadrianum quoq;, &
 ante illum, potissimum autem Antoninorum tempori-
 bus, multa magnaq; intra vrbem condita fuere adifi-
 cia, vt vallium nunc ipsarum ne vestigium quidē vllū
 relictū appareat: effectumq; est, vt peruetusta illa ma-
 gnificaq; cum primis mœnia penè vndiq; edificijs cin-
 gerentur. Nostra verò atate Alphonsus Ferdinandi fi-
 lius, prolato ad solis ortum atq; ad septentrionem po-
 merio, & muniuit eam partē vrbs, & illustrauit, ere-
 ctis ingētis crassitudinis murū pipernino è lapide, quā
 quam inchoasse videri solum potest, id quod nos ipsi sci-
 mus animo illum destinasse. Prisca quoq; vrbs magni-
 ficentia præter ipsa mœnia maximo est indicio fluuius
 intra vrbe inductus, excauato saxo, in quo vetus vrbs
 tota inerat fundata, eaq; cuniculatio atq; effossa spe-
 cus, deductæ subter maximè celebres vrbs vias: atque
 ad singula quadriuiā, in quæ vrbs quondam omnis di-
 stributa erat, excisi putei, è quibus vicinia hauriat. Ab
 hac autem ipsa cuniculatione deducuntur ad alia vr-
 bis loca, adesq; nobilium aqua, tum ad puteorum vsum
 tum etiam fontium in vrbs ijs partibus qua vergunt*

ad mare. Ipsa verò cuniculata effosio, ductilesq; aquarum caua & lata sunt admodum; & decursu vixine recto, quò dū ad angulos saepius aqua refringitur, reddatur salubrior. Quocirca & decurrit & strepit, sonorum in saxosi modum fluminis: antiquū sane cpus, ac prisca cuiusdam magnificētia praeclarum testimoniū. Extant in ea monumenta etiam illustria templi maxime inclyti Castoris & Pollucis, & item fori, ac secundum ipsum forum theatri: alterius verò theatri (nam duo ea in vrbe fuere, quorum alterum interitum erat) nullum apparet vestigium. Ipsa igitur theatra non vrbana tantum magnificentia indicia sunt, verum etiam certantium inter se ingeniorum, propter bonarum artium studia, quae in ea tum vrbe mirifice florebant. Nā & Nero Augustus ijs in theatris ad Musica certamen prodijt in scenam, & propter liberaliū artium studia, quibus Adrianus maxime fuit deditus, ipse quāquam Augustus rerumq; Romanarum moderator, non aspernatus tamen est oblatum à ciuibus magistratū, eumq; perinde ac priuatus administravit. Ac mihi quidē visi sunt Romani imperatores, contendisse inuicem in magnificanda atq; illustranda Neapoli, aduersum quos ciuitas ipsa constantissimam vbiq; fidē seruauit. Nam qua fide, qua animorum affirmazione fuerit post eam stragem, rerumq; calamitatē tantā, qua dux Carthaginensium Annibal populum Rom. affecit Punico secundo bello, ipsa Romanorum historia docet. Neq; post diratum à Gothis Romanum imperium, eandem non constantiam retinuit aduersus eos, qui rem Romanam etiā qualemcunq; tenuere. Nam qua humanitate doctos viros, quiq; ea in vrbe literis, rerumq; natura co-

gnitio

gnitioni operam dabant, ciues ipsi complecterentur, aperte illud docet, quod Græci Latiniq; Augustorū temporibus Neapolim tanquam in studiorum suorum matris sinum secedebant. Ea igitur in vrbe cum decessisset Lucilius Poeta, publico à ciuibus funere est elatus. In eam ossa referri sua Virgilius iussit, Brundusij cū decessisset: qua in ciuitate tanta admirationi & viuens, & mortuus ciuibus ipsis fuit, vt in hunc vsq; diem multa cum magnificentia veteris monumenta, tum nature ipsius dona quedam ad Virgilium referantur. Secundum maritimam xerò oram quedam etiam nū visuntur monumenta Luculli piscinarum, qui locus Lucullianus hodie quoq; dicitur. Post quæ sunt & Platamonia, excauata ad litus ac manu hominum facta specus quas vetustas ipsa, salsaq; maris aspergo magna è parte consumpsit, temporumq; ipsorum iniquitas, loca nimirum ad voluptatem, æstiuasq; deambulationes atque conuiuia excogitata. Sunt gemina etiam cripta perforato monte Pausilippo, altera ad viam Puteolanam, in ipsoq; ferè promontoriij principio, qua ab Alphonso rege fuit non modicè amplificata: aliera ad montis in mare prominentiam, atque ad ipsius exitum, eaq; maxima parte ab vetustate labefactata. Nec verò ciues ipsi quàm ocio, quàm literis dedisse minys bellicis rebus operam, vbi res ferret visi sunt. Siquidem è bellicis maximè exercitationibus ac laudibus, nobilitatē comparauere sibi tantam, vt Neapolitana nobilitas appareat, & maximè ipsa vetusta, & diutius etiā magnificentia continuata. Quæ res effecit, vti reges qui post Gothicas Africanasq; calamitates mari inuectas, regnum Neapolitanum tenuerunt, eam sibi vrbe metropolim,

eam regni caput constituerint. In ea regias, in ea arces, in ea sepulcra adesq₃, statuerint sacras, ac diuturnis maximeq₃, grauib₃ confectam bellis, restituere in pristinam faciem sint conati. Quam ad rem non mediocriter etiam inuitauit eos cœli clementia, situs opportunitas, agrorum fertilitas, maritima opulencia, rerum deniq₃ omnium quæ ad victum opportuna sunt, mira & regionis vbertas, & ex nauigationibus comportatio. Sed vr^bis nos laudationem quidem minimè, antiquitatem verò tantum referendam suscepimus. Igitur in hac vrbe Ferdinādus pace parta, rebusq₃ è sententia compositis supra triginta annos regnauit: cum interim multa bella pro socijs atq₃, amicis suscepta, fortissimè gesserit. Turcas quoq₃, qui Hydrunta, bonamq₃, Salentinorum partem ex improviso adorti occupauerant, Alphonfi filij industria, atq₃, opera victos Italia expulerit. Qui, si quibus artibus in initio regnum sibi comparauit, easdem in pace ocioq₃, retinuisset, ut maximè felix est habitus, sic inter optimos fuisset principes numeratus.



LIBRI SEXTI ET VLTIMI

F I N I S.

IN BARTHOLOMÆI FA-

*tij, & Ioannis Iouiani Pontani Hi-
storias, Index amplissimus.*



Bbatia Fan-	ster	442
gi 319	Admiratus, qui dicatur	
AbbatiaGal	137	
gani 359	Adurnij Reipublicæ Ge-	
Abdua flu-	nuenfis aliquando gu-	
men 298	bernatores 272	
Aborigines populi 594	Aegeum mare 331	
Abocærus mons 597	Aegipta oppidum 87	
Abramus & Thoma Fre-	Aenaria insula 56. olim	
gon cum Alfonfi clas-	continens 597	
se Liguriâ inuadunt, 78	Aenariæ factiones & de-	
Acarnania prouincia 287	scriptio 56. situs & cõ	
Acciapactiorum familia	flagratio 597	
Andegauensis factio-	Aequalitas inuidiam ex-	
nis 457	citat 397	
Accumulû in Marfis oppi-	Afri reges Christiano no-	
dum 244	mini insensu 396	
Acerræ ab Alphonso re-	Africana expeditio ab Al-	
ge oppugnantur 39.	fonso paratur 91. 92. 93	
a Renato Andegauen-	Ager Brutianus 527	
si deficiunt 194. in Al-	Câmerinas 248. Ceri-	
phonfi uerba iurant	tanus no. Ciculorum	
44. 45	quid dicatur, & ubi 608.	
Acheron flumen Alexan-	Forconensis 595. Pifa-	
dri Epitotæ regis nece	nus 316. Valentinus	
insigne 20	268. Volaterranus 315	
Acta inter Alphonsum re-	Albanus 168	
gem, & Legatos Ioan-	Agrippæ Pantheon Ro-	
næ Reginæ, ac Ludo-	mæ 549	
uici Andegauensis 8. 9.	Albericus Mallectus a	
10. 11.	Francisco Sfortia ad Al-	
Actionum humanarum	phonsum regem de pa-	
usus optimus magi-	celegatus 392	

Alborcherium oppidum	378.	Plūmbinū	321.
89		Corfos oppugnat	19.
Alexander Epirotarum		Acerras	36
rex	20	Aenariam	57.
Alexander Tofus	527	Massiliam	65.
Alexander Cotiniola Flo-		Trupiam	92.
rentinorum in Venetos		Caieram	124. Sarnū
ductor	375	158. Neapolim	224. 225.
● Alexandria urbs in Insu-		172. Crotonem	280
bribus	286	Plūmbinū	325.
Alexandria in Aegypto,		Vicum expugnat	42.
Scandaria dicta	494	Capreas insulam	43.
Alexius imperator Con-		Aenariæ oppidum	61
stantinopolitanus	408	Massiliam	68. Deciā
Alicantaræ Magister; &		& Boroniam in Hispa-	
religio	89	nia	88. Montem Caietæ
Alphonſus Aragonū rex		116. Matianisium &	
4. in Sardinia	6.	Scaphatum	151. Castrū
12. reginæ, ac Ludouici		Maris	152. Arpaiā
Andegauensis Lega-		Cauianum	176. Salernum,
tiſ respōdet	10. 11.	Capacium, Pucinum	192. Calatiam, Pa-
ptatur à Ioanna in filiū		dulam; Apiciū	205.
15. ſecundā ab eadem		Vicarum	210. Neapolim
acceſſitur	16.	Polignos ac	226. Marſos
Braccium Montonem mer-		Luceronū	233. Roccam Bernardam;
cede conducit	20. in Sicilia	Roccam Bernardam;	
	26.	Bellicaſtrum	280.
Ludouico Andegauensi		Crotonem	282.
bellum denunciat	26.	Caieram ſe recipit	44.
in Aenariam traicit	29	Periclitatur ad arcē Ca-	
Neapolim ingreditur		puanam	47. in Sicilia
30 Acertas obſidet	35.	traicit	93. in Africam
Bonifaciū in Corſis	19	ibid. Bopherium Afri-	
Surrentum	43. Caietā	cæ regem ſuperat	98.
117. Puteolos	201. Neapolim	in Siciliam redit	100
220. Roccam		Sinuellæ cū regulis a-	
Contratam	263. Cro-	liquor cōgreditur	109
tonem	281. Catantianū	cum Genuenſi claſſe	
283. Montem Caſtellū		conſiſcit	132. ſtrenuē
315. arcem Caſtilionis		pugn-	

morbus 381. mors 409	Alphonſus Luſpanus Ar-
torpus oculis conditū	chiepiſcopus Alphonſi
ab Qui arce ad ſe tranſ-	legatus Romæ 349
fert Ioannes Torella	Alphonſus Protonota-
500.	rius 239
Alphonſo deduntur Sur-	Altamura oppidum 587
rētum 44. arx Aenati-	Altinum urbs 507
enſis 61. Argentium	Alvarus Luna 86
170. Nuceria & Anglū	Amalphitani promonto-
172. Auerſa 196. Ca-	rij deſcriptio 43
præ inſula cum op-	Amalphitani ſe Alphon-
pido 212. Puteoli &	ſo dedunt 43.
Turris oſtaui 213. Vi-	in eius verba iurant
cus & Maſſa 215. Iſer-	44. 45
nia 230. Mantredonia	Amantea urbs 507
cum arce 233.	Amarenum in Latio op-
arces Mōrana & Regia	pidū 581
233. arx Crotonia 273.	Amedeus Sabaudienſis
Ciuitella 287.	Pontificem ſe & quos-
Alphonſus Borgia Epif-	dam cardinales creat
copus Valentinus 237	242
Alphonſus Cardona, Al-	Americus Capacij Cōd-
phonſi ductor 231	mes 285
Alphonſus Centilia 514.	Amonis Vaſtum in Bru-
capitur 515	tijs oppidum 469
Brutianum agrum tue-	Amorpacis natura mor-
tur 527	talibus inditus 335
Alphonſus Daualus in An-	Amuratus Turcarum Im-
tonium Centilia a Fer-	perator 494
dinando miſſus 420.	Anagnina oppidum 581
quem fundit fugatque,	Andegauenſis claſſis Nea-
ibid. Areolæ arcē obſi-	polimuenit 12. exerci-
det 475. Iſerdinandi co-	tus tentat irruptionem
pijs ſolus præeſt 424	in urbem Neapolim 17
conſpirantes agreſtes	à Braccio funditur 22.
opprimit 425. 426	factio Neapoli 7
Alphonſus II Ferdinandi ſi-	Ludouicum ſedulo ad
lius 527. in Brutios ib.	uocat 8. Neapolim
Alphonſus Luſitanorum	prodit 16. Capuæ ſu-
rex 338	peratur 112

I N D E X.

pugnat 134. Philip-
po Mariæ Vicecomiti
se dedit 135. Mediola-
num ducitur 138.
liberatur 140. Caietam
& Capuam redit 150
equitatum Pôtificium
fundit 156. in
Pêlignos 167. Beneuen-
tum se ad hiberna reci-
pit 209. Riccium latro-
num ducem fugat 219.
in Antonium Caudolam
& Ioan. Sfortiam
230. Antonio capto
parcit 231. in Apuliam
233. conuentum Nea-
polim indit 234.
urbem triumphans in-
greditur ibid.
cum Eugenij legato de
pace agit 238. in Fran-
ciscum Sfortiam 247.
Adriam uenit 242
Neapolim redit 274.
cum Genuensibus trā-
figit 276. in Brutios
280. Antonium Cen-
tiliam relegat Neapo-
lim 285
Ad gloriæ incrementa
natus 44. Nuceum in
in exilium agit 286.
in Iosiam 287. Neapo-
lim redit 288. in Sabi-
nis 310. in Hetruria 311
in Florentinos 314.
Sigisimundi Malatestæ
Ariminensis reguli co-
pias mercede condu-

cit 316.
Venetis bellum indi-
cit 320.
Neapolim redit 328.
arcem Neapoli extruit
328. 329.
in Taliacotium regu-
lum 332.
Obuiam Federico Im-
peratori 341.
Florentinum bellū de-
nuo suscipit 346
Alphonfi nomen in Italia
ingens 6.
comitatus illustris 29.
uerba ad Ioannam
31. 32. ad Ferdi-
nandum filium 347. o-
pera ad arcem Auerfa-
nam 35. Gloria post Ae-
nariæ expugnationem
ingens 62. superstitio
69. apparatus ad bel-
lum Africanum 93. hu-
manitas 109. 117. capti-
uitas 138. patientia 153.
382. copiæ terra ma-
riq; in expugnatione
Neapolis 142.
magnanimitas 231. in-
tegritas 232. celeritas
& uirtus 220. fiducia
245. 209. maiestas 209.
felicitas 212. prudentia
215. uirtutes 227. 228.
modestia 303. splendor
& magnificentia 343.
mos in excipiendis le-
gatis 393. duces ad He-
truscum bellum 347
mor

- Andegauensis exercitus**
 seuitia 375. factionis
 capita tria Neapoli se-
 curi percussa 19
- Andegauenses ad vicum**
 Mariæ maioris III. co-
 pæ ibid. & 375. duces
 103. III. 375. 521
- Andegauensium ducum**
 conuentus in Arenate
 ora 521. res Ioannis An-
 tonij Vrsini Tarentini
 principis morte pro-
 strata 594
- Andreas Benegasius Iu-**
 reconsultus Genuen-
 sium legatus ad Alfon-
 sum 360
- Andria vrb. in Apulia** 161.
 482. unde dicta 535
- Tarentino deditur** 537
- Anechinus Morimilis,**
 primus in Martiani mu-
 nitiones ad saltum Mas-
 sicum irrumptit 577
- Anechinus pons, Campani**
 agri pars gallicè Man-
 sioro farum dicta 574
- Anellus Faber Cementa-**
 rius Neapolim prodit
 221
- Angelus Ioannes Lomel-**
 linus Genuensium le-
 gatus ad Alphonsum
 360
- Anglum oppidum por-**
 tas Alphonso aperit
 171
- Animos ad misericordiã**
 facile accendunt sup-
 plicum preces 10
- Antonellus Caibanus Io-**
 annem Trauersum, &
Antonium Turrium Mar-
 tiani ductores cædit
 516. adolescens litera-
 rum studiosissimus, vir
 bellorum peritissimus
 517
- Antonellus Petrucius Fer-**
 dinandi epistolarum ma-
 gister 559
- Antonius Agellus Taren-**
 tini legatus ad Ferdinã-
 dum regem 587
- Antonius Caldora Ande-**
 gauensium ductor 432
- Antonius Caluus** 229
- Antonius Caraffa cogno-**
 mēto Malitia Ioannæ
 ad Alphonsum legatus
 7.8
- Antonius Cardinalis I-**
 llerdensis Florētiniſ ab
 Alphonso pacem impe-
 trat 333
- Antonius Caudola** 193.
 in Pelignos 194.
 in Apuliam 198.
 in carcerem conijcitur
 200. dimittitur ib.
 à Renato deficit 201.
 cum Alphonso in gra-
 tiam redit 205.
 prælio victus capitur
 232. leuissimus 211. 220.
 si ium obsidis loco Al-
 phonso tradit 204. 205
- Antonius Centilia Cala-**
 bros & Brutios Alpho-
 R

I N D E X.

- Soproprijs impensis su-
 bigit 278. Catantianū
 se recipit, Alphonfore
 bellis ibid. obside-
 tur 283. ad Alphon-
 sum cum vxore & libe-
 ris supplex 284
 è castris Andegauenſiū
 cum Neocaſtrenſi co-
 mite diſcedit 308
 res in Brutijs innouat
 419. ab Alphonſo Da-
 ualo funditur, fuga-
 turque 420. ex arce re-
 gia fugit 457
 Antonij ſanum ptope Mo-
 nalteracium 521
 Antonius Eliſeus Frego-
 forum conatus reprimi-
 mit 84
 Antonius Gabadeus Mor-
 tam Ruſſiam prodiit 531
 Antōnius Luna Caietæ
 præfeſtus 63
 Antonius Olcina claſſis
 Aragoniæ præfeſtus
 317
 Antonius Panormita Pe-
 etanon inſuauiſ, Al-
 phonſo percarus 120.
 205
 Antonius Pij II nepos cū
 copijs ad Ferdinādum
 miſſus 482
 Antonius Piſaurenſis Al-
 phonſi regis legatus
 in caſtris 383
 Antonius Pontadereus
 ductor Andegauēſium
 cum Ioanne Vinti-
 millio ſenſit 146.
 ab Andegauenſibus de-
 ſicit 147
 Antonius Ridius Alphō-
 ſi ductor 299
 Antonius Tricius Franci-
 ſci Sfortiæ apud Ferdi-
 nandum orator 560
 Antonius Turrius Mar-
 tiani ductor ab Anto-
 nello Caſbano caſus
 516
 Antonius Vidanus Ta-
 rentini legatus ad Fer-
 dinandum & Pontifi-
 cem 587
 Antonucius Aquilanus
 cum Hixeritano à Io-
 anna Regina in Brutios
 miſſus 20. quas habē-
 ret præfeſturas ib.
 Campaniſcæ factionis
 princeps 245
 Anichinus Corſus 390
 Apicium caſtellum 205
 Aprutium & unde dictū
 471
 Aprutij populi & diuiſio
 471. 472
 Apulia, eius diuiſio & po-
 puli 503
 Aqua quo ſalſior, eo lu-
 cidior 486
 Aquauina oppidum 318
 Aquemella uicus 158
 Aquila urbs in Marſis ob-
 ſidetur à Braccio 41.
 à Ferdinando deſicit
 433 in du-

I N D E X

In duas factiones secta	Arnaldus Vrgellenfis epi
245. obſidetur 592.	ſcopus Alphonſi lega-
deditur 594. olim A-	tus ad Pontificem 244
quula 595	Arnus amnis 413
Aquila noua pars etiam	Arpata oppidum 170
nunc Aquula dicta, &	Atriſanum in Apulia oppi-
quare 594. ori-	dum 205
go 595	Artalis Luna 44.
Aquilæ propinquus a-	Neapolim redit cum
ger Forconenſis 1595	clafſe 77
Aquilani quales ibid.	Arundo amnis 422
Aquileia urbs 307	Aruns Cibonius uir for-
Aquitania 398	tis à Renato primum,
Aquula uicus 594	deinde ab Alphonſo
Aragonia 88. inſclamatur	Neapolitanorum Pro-
ab equire, quem Alfon-	rex conſtitutus 214
ſus rex è Vulturſo eri-	Arx Acerrana tribus men-
puerat 204. clafſis in	ſibus obſeſſa Alphon-
auxilium Ioanna Nea-	ſo rege deditur 195
poli 13	Aenarienſis 61
Aragonum reges ubi ſe-	Areolæ ab Alphiſo Da-
peliti ſoliti 520	ualo obſidetur 475.
Arcadia 607	Aſculana 268. Auer-
Arces duæ Capuæ 104.	ſana ſeptem menſibus
Ioanni Antonio Mar-	obſeſſa Alphonſo de-
tiano produntur 106	ditur 201. Beneuenta
Ardron dux 164	na Alphonſo proditur
Arenæ oppidum 505	204. Caſtilioni obſi-
Areola Caſtellum 153	detur ac deditur 318.
Aretum oppidum 352	Caſtromarina Alphon-
Argentarium promonto-	ſo deditur 152.
rium 603	Cluitellana Alphonſo
Argentium oppidū 475	deditur 288. Coſ-
Arnaldus arcis regiæ præ-	ſentina 478. Croto-
fectus 177. à Riccio ca-	nias 282. Alphonſo de-
ptus 217	ditur 283. Diui Vin-
Arnaldus Fenoleda Nea-	centij 181. expugnatur
politani ærarij præfe-	184. 185. Firmana, &
ctus 303	quare dicta ſit Giro
	267.

R 2

I N D E X

Galliani capitur	571	Attila Hunnorum Rex	
Ianula 204. oppugnatur à Riccio	217	Italix deuaſtator	307.
defenditur à Palermo		Aueria Alphonſo deditur	196
centurione captiuo ib.		Auerſana arx 15. obſidetur	196. deditur 201.
Loretana à Matthæo Capano oppugnatur	483.	Ludouico Andegaueni ſiproditur	15
Montana prope Neapolim	173.	Auerſani, Accerrani, Amalphites, Surrentini, & qui à Ludouico Andegauenſi defeccerant populi in Alphonſi verba iurant	44-45
Alfonſo deditur	233	Auerſus Verſinus ab Alfonſo mercede conductus	347
Oui 15. Plumbini	324.	Aufdum oppidum	288
325. oppugnatur	325.	Auguſti Cæſaris tempore Campania quomodo diuideretur	587
326. 327. Regia terra, marique obſeſſa	186.	Auximum oppidum	251
Romana	216.		
Sectabiæ in Valentino agro	268.	B	
Stabienſis ab Alphonſo munita	456.	Bagnacaluſum oppidum	298
Theramitana duobus menſibus obſeſſa Alfonſo deditur	272.	Baldaffar Ratta Andegauenſis factionis ex principibus unus Neapoliſ delectus	103
Tranenſis obſidetur	160 uſq; ad 164. deditur 165.	Baldafſinus in Siciliam fugit	528
Trupix Ludouico Andegauenſi deditur	92	Baldafſini impotentia	526
Aſculum vrbs ualida, & nobilis in Picentibus	267. 268	Baleares inſulæ	220
Aternum nunc Piſcaria oppidum	464	Balneum Caſtellum	362
Aternus amnis	73. 287. 594	Balneæ Sinueſianæ	438
Aterni pons propè Sulmonem	571	Baptiſta Fregoliſ Genuenſis claſſis præfectus	15 cum
Atheſis fluuius	375		
Auſſa oppidum	472		
Atlanta inſula	607		
Atripaldum oppidum	496		

cum Petro Aragonio in Genuenses 78. sigestro potitur 80	sinum Ferdinando re- conciliat 496. à Ferdi- nando statuendis in- ter se, ac Tarentinum pacis conditionib. de- lectus 559
Baptista Goanus iurecon- sultus Genuensium ad Alphosum legatus 275. 360	Bartholomæus Perdis negociator Genuensis fundendi aluminis ar- tem in Italiam reuocat 597
Baptista Grimaldus Bru- tius à Ioanæ Andegauē si præfectus 505	Bartholomæus Viceco- mes Episcopus Noua- riensis à Frâncisco Sfor- tia ad Alphonsum de pace legatus 392
Baptista Lonellinus Ge- nuensium ad Alphon- sum legatus 275	Bartholus Ceresarius, Crotonem Alphonso prodit 282
Baptista Platamonius sta- tuendis pacis conditio- nibus inter Alphonsum & Genuenses à rege de- lectus 271	Barum oppidum 504
ad Florētinos legatus mittitur 319	Basilea vrbs 241
Barbaralocus in Piceno 263	Basilicata regio 504
Barcellona urbs 606	Basilus imperator Tro- ia in Apulia conditor 548
Barchinonense regnum 220	Bastida munitio 601
Bari ciuitas 434	Batinus olim, nunc Tur- dinus amnis 464
Barleta urbs 163	Baucia familia 533
Barnabas Marra 493	Beatrix Aragonia, Mar- tiani primū filio mox Matthiæ Hungariæ re- gi nubit 585
Barolus urbs 416	Bellū eo terribilius, quo pax fuit longior 427
Bartholomæus Coleo Ber- gomenfis ad Franciscū Sfortiam uenit 375	Bello administrādo plus ingenium quàm vires posse 506
Bartholomæus Fatius à Genuensibus ad Alfon- sum legatus 267. regē alloquitur 269	Bello parta aut à domi- R 3
Bartholomæus Rouerel- la cardinalis Beneuen- ti præfectus, Vrium Vr	

- nis concessa iuste possi
 deri 27
 Bella ab Alphonso gesta
 397
 Bellicastrum oppidū 508
 Benacus lacus 375
 Benedictus Pallanicinus
 Genuensium ductor 127
 Benedicti templum 463
 Beneuentum 205.
 Alphonsi præsidiū in-
 tromittit ibid.
 Beneuenti potentia 241
 Beneuolentia ciuium the-
 saurus regum 473
 Bernardinus Carda ab Al-
 phonso mercede con-
 ductus 62
 Philippi Mariæ Viceco-
 mitis ductor 138
 Berengarius Harilius Al-
 phonsi legatus ad Eu-
 genium V. 244
 Bernardus Centilira uir
 præstans 39
 Bernardus Medices Flo-
 rentinorum legatus ad
 Alphonsum 311
 Bernardus Sterlicius in
 oppugnatione Plumbi-
 ni confossus 326
 Bernardus Villamariinus
 rei maritimæ ab Alfon-
 so præfectus 330
 Bisanianum oppidum 480
 Bisum oppidum 247
 Pontifici deditur 248
 Bisentum flumen 478
 Bitontum oppidum 433
 Rraccius Montonius 5.
 trañdendis armis im-
 potens 21. Neapolim
 uenit mercede condu-
 ctus ab Alphonso 22
 Sfortianos fundit fu-
 gatq; b. Castrum
 Maris exugnat ac diri-
 pit 28. Alphonsum al-
 loquitur 30. fugam si-
 mulat 37. Capuam re-
 cipit 34. in Marfos mit-
 titur 41. Aquilam ob-
 fidet ibid. interficitur
 73
 Bradanus amnis 426
 Brutianus ager à Baldasi-
 no infestatur 527
 Blancinus miles Acerin op-
 pidum primus ingredi-
 tur 511
 Blascus Passaniti Comes
 in oppugnatione Acer-
 rarum interficitur 40
 Blanca Vicecomes Franci-
 sci Sfortiæ uxor 244
 Blasius Ascretus homo
 nouus Genuensis clas-
 sis præfectus 127
 Bossilus index 433
 Bohemundus Viscardus
 408
 Bohemundi Viscardi se-
 pulchrum 539
 Bonifacium urbs in Cor-
 fica obsidetur ab Alfon-
 so rege 85
 Bonifacius Montisferra-
 ti Marchio 574
 Bofferius Africa rex 95.
 prælio ad Gerbim ab
 Alp-

Alphonso superatur	98	Caluim oppidum	428
Bofferij literæ	96	Camillus Caracciolus	
Punicum ingeniū	99	munitionum ad Calis	
Boronia oppidum	88	oppidum præfectus oc	
Borsius Eftenfis Ferrariē		ciditur	431
sum princeps pacis a-		Campania uetus	581
mantissimus	412.413	Campania unde dicta, &c	
Bosphorum Thracium		eius partes	582
395		Campanianum flumen	
Bosa, Castellum	286	478	
Bouianum oppidum	582	Campanisca factio Aquī	
Brancaleo Lercarius	361	læ Andegauensium fau	
Britonorum oppidū	462	trix	245
Brixia urbs	372	Campofelonites diripiū	
Brundisium oppidū	504	tur à pontificio exerci	
Buclanicum oppidū	469	tu	289
Burrellum oppidum	525	Campi Leborij Campa-	
		niæ pars	483

C

C abanellus in Picentes		Campi Phlegræi	348
ab Alphonso mitti-		Campilia oppidum	316
tur	278	Campus Latio	380
Cæsar Martinengus	206	Cancellum	156
in auxilium Philip-		Candela oppidum	558
pi Mariæ Vicecomitis		Cannæ Romanorum cla-	
mittitur	299	de insignes	493
Carisfræ oppidum	476	Cannetum oppidum	365
Caleta	72.124.126.	Canusium oppidum	482
capitur 149. pestilen-		Capacius Capanus ui-	
tia uexatur	ib.	ctor dum hostē sequi-	
Caletæ situs 114. obsef-		tur, captius ducitur	525
sæ fames	117	Capaneus Minutulus	457
Calatia oppidum	205	Capatiū expugnatur ab	
Caldororum familia	432	Alphonso	192
Caldora oppidum	571	Capitiniata, aliàs Cata-	
Cales oppidum no. an-		paniata regni Neapoli-	
tiquum	430	tani pars	504
Callixtus Pontifex	569	Caprearum insulæ descri	
Caluanicum oppidū	480	ptio	43
		Capreatæ oppidum	421

Caprinum Castellū	486	Neapolitanum ac Sicu-	
Capuæ urbis descriptio		lum regnum armis sibi	
proditur duci Sinuesla		uendicat	408
no 106. Alphonso regi		Carolus Gonzaga fratri	
105. 106		inimicus & hostis	307
Capuanus ager qui	582	Carolus Magnus	398
Carastellus Caraffa ab Al		Carolus Ruffus Sinopo-	
phonso in Italiam mit		litanus comes à Guliel	
titur	101.	mo Ruffo nepote cap-	
ad Dirrhachinam fa-		tus, oppido agrisq; ipo	
ctionem 107. ad Ioan-		liatur	508
nem Antonium Vrsinū		Carolus Sangrius à Fer-	
110. Legatus de pa-		dinando Rege deficit	
ce Genuam	275	433. cum ipso collo-	
legatus Romam ad Car		quitur, Honorati Fun	
dinalium collegiū	304	dani comitis gener	485
Caralis Hispanorum co-		Carolus Torella Ioannis	
lonia in Sardinia	90	frater Ferdinando in-	
Caramanicum oppidum		fensus 500. capitur	
572		604	
Carbonaria Sardinie pro		Carpenonum oppidum	
montorium	91	202. quomodo sitū	230.
Carinulæ oppidum	591	231	
Carol. Aragonius Achar-		Caruleij	505
nanie princeps à Tur-		Casa Cantinella castel-	
cis obfessus	287.	lum	167
Nauarræ princeps	417	Casalia vici in agro Cos-	
Carolus Ballio Picinini		entino	509
ductor in Marfis	471	Casalis urbs iuxta Padū	
Carolus Campobassius		posita	298
Alphonfi ad Nicolaum		Cascanus saltus	574
V. legatus	305.	Caserta oppidum	582
contra Antonium Centi-		Casertinus Regulus Al-	
liam à Ferdinando mil		phonso se dedit	171
lus	420	Cassanenses Andegauen-	
Carolus Gallorum rex in		sium copias fugant	507
ter Alphonsum & Re-		Castellina castellum	355
natum discordias com		Castellio oppidum quo-	
ponere nititur	191	modo situm	426
Carolus Gallorū ducto		Castellio Aretinus 352. Al	
		phon-	

I N D E X.

phonso deditur	317	Ceriniola oppidum	559
Castruillarum oppidum		Centuria mons	80
517		Centumcellæ antiquum	
Castrum Leo oppidum		oppidum	243
373		Cepara oppidum	582
Castrum Maris oppidum		Cesani flumen	462
28. capitur ab Alphon-		Cercina insula	85
so 151. eius arx	152	Cremona urbs opulenti	
Castrum nouum oppi-		suma Francisco Sfortiæ	
dum	315	à Philippo Maria Vice	
Castrum planum oppidū		comite oppignoratur	
255		300	
Castrum Rubrum oppi-		Crepicorius mons	484
dum	331	Chilon amnis	548
Castrum uetus castellum		Chirotheca militaris	169
à Renato capitur ac di-		Christophorus Cæta-	
ripitur	169	nus 7.72. & Rogerius	
Catantianum oppidum,		in Alphonsum procli-	
ubi & quomodo situm		ues	104
283		Ciccus Antonius iurecō	
Catarina Appiana Rainal		sultus Alphōsi legatus	
di Vrsini coniunx	333	ad Florentinos	345
Cararina Martiani filia		Ciculi dicti antiquitus Si-	
Antonio Ruerio Sixti		culi	608
IIII nepoti nubit	576	Cingulum oppidum in	
Catus ductor Andegauē-		Piceno	249
sis	208	Circeus mons	389
Cauæ ciuitas magis quā		Citatinus in exteriori ar-	
urbs, & quomodo sita		ce Capuani præsidij	
458		præfectus 105. in-	
Caudina uallis	110	tercipitur	106
Caudinæ furculæ Roma-		Ciuitas Apennina urbs	
norum infamia nobi-		in Piceno 274. Iacobo	
les	170.	Picinino deditur	464.
Cauianum oppidum Al-		Ciuitas uetus, olim Cen-	
phonso proditur	175	tumceliæ dicta	243
Causæ Florentini belli		Ciuitella oppidum	259
300		Clades Venetorum ad	
Celanēsis comitatus	570	Castrum Leonem	375.
Celanus ager	168	376	

R 5

Clades Ferdinandi ad fau-	tiæ & Raimundi Builli
ces Sarnenses 449	299.300. Ferdinandi re-
Clanius amnis 36.159	gis & Martini 436.437
Classis Genuensis pro An-	Columnella castellum
degauenſi n. alia 128	464
alia 165. alia 384. intra	Colubrina tormenti ge-
Capreas & Aenariam	nus 183
386. eius supplemen-	Comites diuitiarum defi-
tum 387. fugatur ab	dia & uoluptas 427
Aragonia 389. tempe-	Cópatratus religio 427
state diſijcitur 390.	Compianum oppidum
391. alia 427	in Apennino 80
Alphonſi in auxilium	Conſilia hominum læti-
Ioannæ Reginæ 13.	tia præcludi ſolita 451
alia 50. alia in	Conſilio locus ubi nō ſit
Afros 91. eius ſup-	fortunam non tentan-
plementum 93	dam 456
alia in Venetos 329	Conſtantinopolis urbs. à
330. Venetorum aduer-	Constantino aduerſus
ſa 329. Ferdinandi	Barbarorum impetus
359	condita 394
Claromontia familia in	Conſtans Auguſtus 548
ulteriore Gallia nobi-	Conſeſſus Neapolitanæ
liſſima 474	nobilitatis quinq; 235
Clauarus oppidum 79	Conuentus Regulorum
Clementi uictoria nihil	Neapolitani regni Ca-
pulchrius 228	puam indiſtus 415.
Clens flumen 248	Coſſentiam 527. Nea-
Cæſi agreſtes ab Alphon-	polim 234
ſo Daualo 425	Coragiſ amnis 515
Coletta Caſtellius Ma-	Cornicis ſaltus 255
ſij ductor 515	Coſſentia urbs 20.
Collis Caſtellum 193	expugnatur ac diripi-
Gollis Luci; caſtellū 249	tur 480
Alphonſo deditur 250	Coſtia mons 472
Collis Sibillæ prope Nur-	Cotius Niger Capuanus
fiam 290	Ferdinandi eques Tur-
Colloquium Alphonſi re-	ri Valiani præfectus
gis & Antonij Caudo-	363
læ 201. Franciſci Sfor-	Cotilis fluuius 512
	Cor-

I N D E X .

- Cortona** urbs quomodo sita 352
- Coruorum & miluorum** prodigiosa pugna 519. 520
- Crema** oppidum nobile ac potens 364
- Crescentis** militia 460
- Criptæ** amaræ locus in Piceno 469
- Cropani** 420
- Croto** urbs 280. olim am plissima 281
- Crotoniatum** Regulus Andegauensis factio- nis 20
- Cumanum** litus 597
- Cum** fortuna inclinare hominum uoluntates 451
- Cupertinum** oppidū 462
- D**
- Daniel** Vrsinus Comes Sarnensis à Ferdinā do deficit 434
- Dauni** populi 431. 472
- Decia** oppidum in Hispa- nia ab Alphonso Rege expugnatum 88
- Delphobus** Anguillara à Marino ducitur in col- loquū ipsius & Ferdinandi 436. Regem infestus petit. cum Ma- rino & Iacobutio Mō- tagano à rege solo fu- gatur 437. regian- te colloquium galeæ fibulam substrinxerat 438
- Delphina** Caroli Torel- læ triremis cum on e- raria ad Aenariam su pe- ratur 604
- Desidia & uoluptas** diui- aiarum comites 427
- Deucalionis** diluuius 607
- Deum** iustitiæ fauere 347
- Dia** Aqua castellum 541
- diripitur 546
- Dietesaluus** Nero Florē- tinorum ad Alphōsum de pace legatus 392
- Diomedes** Carassia Nea- politanus exul Alphō- so percarus 221
- Diomedes** Viscardus 540
- Dirrachina** factio. Nea- poli Aragonijs fauens 7
- Dni** Germani oppidam à Renato præter arcem capitur 176. 177
- Dni** Ianuarij porta Nea- poli 226
- Dominicus** Capranicen- sis Cardinalis Firma- nus Nicolai V. legatus ad Alphonsum regem & Genuentes 392
- Dominico** Malatestæ cu- stodiendus traditur I- talianus Furlanus 296
- Domnici** oppidum 509
- Donatus** Francisci S. or- tia ductor in Latinos 471 (558)
- Drogus** Viscardus 407

I N D E X.

Ducenta castellum	192	Alphonfus rex opitu-	
Duorum exercituum ri-		latur	203
diculus terror	493	Erasmus Triultius Ge-	
		nux in arce distinetur	

E

E Cana vrbs	548	Erichetta Antonij Cen-	
Edoardus Lusitanorū		tilia uxore	595
rex	338	Eripetus mons	288
Egnatia vrbs	481	Erricus Viscardus III.	
Egnatiolum, aliàs Iuue-		540	
niacium oppidum	481	Esis fluuius	463
Emanuel Aprianus	333	Esis vrbs in Piceno	251.
Ennecus Geuara mori-		Alphonso deditur	262
tur	560	Eugenius IIII Pontifex	
egregium trium militum		153. Senis 246. Floren-	
facinus	94	tia 229. moritur	
Epirus	330.408	304	
Epistolarum magister se-		Euentus rerum humana-	
cretarius nouitio ver-		rum incerti	119.136
bo dictus	497	Eximenes Corella Ferd-	
Equi populi	415	nandi rector	212
Equitatus Eugenij IIII		in primis Neapolim in-	
ad Ludouicum Ande-		greditur	216
gauensem 26. Franci		Existimatione nihil du-	
sci Sfortia à regio op-		cibus antiquius esse de-	
primitur	287	bere	348
Alexandri Sfortia 290			

F

Alphonfi ad Eugenium		F acius Comes à Floren-	
292. Supplementū 295.		tinis pulsus in Gerar-	
Florentinus ac Vene-		discam regionem ab	
tus ad Franciscum Sfor-		Alphonso restituitur	
tiam 296. Eugenij &		316	
Alphonfi ad Philippū		Falciculę tessera quid	579
Mariam Vicecomitem		Famam perdurare, victo-	
299. Ferdinandi regis à		rias immutari	348
pastoribus opprimitur		Fames omnium malorum	
506		grauissimum	121
Equiti priuato periclitan-		Familia Caldororum	432
ti in anime Vulturno		Ac-	

I N D E X.

Acciapactiorum	457	conspirantes	557
Marrarum	486	in Apuliam	484
Bauciorum	533	in Samnium & Apuliâ	
Lombardorum	557	541. in Cærretanum	
Quadraria	573	545. in Tarentinum	
Merlina	ibid.	Martianum & reliquos	
Santorum	593	Andegauenses	422
Familiarum aliquot de-		43. suos alloquitur	
sumpta nomina	462	550. 555. Andegauenses	
Fantagutius ductor Ara-		fundit fugatq;	557
gonius	601	S. Angeli oppidum ex-	
Fanum urbs	265	pugnat ac diripit	487.
Farfa oppidum	319	sacrum aurum in num-	
Fauentini principis fra-		rum conflatur	489
ter Florentinorum du-		declaratur rex	416.
ctor	298	Spurius 409. Catan-	
Fauentinorum princeps		tianum expugnat 430.	
Estor	353	Sarnensem arcem 501.	
Federicus III Imperator		Diam Aquam	546
338. Romæ	339.	Castilionem expugna-	
Neapoli	341. in	tum incendit	426.
Germaniam redit	344.	uictor Neapolim redit	
Federicus Vrbinatû prin-		589	
ceps 396. Florentinis		Ferdinandi natales 409.	
copijs præfectus	316	ingenium, mores, do-	
à Ferdinando condu-		tes & uirtus	346.
ctus 347. qualis fue-		præceptor	213. 501.
rit	350	Fortitudo 436. impru-	
Felicitatis totius fructus		dentia	494
pax	336	humanitas	585.
Felix Vrsinus princeps Sa-		equitatum agrestes op-	
lernitanus Ferdinando		primunt	506
regi infensus	434	Ferdinando deduntur Fo-	
Feltrensis miles	468	lianenses 354. Re-	
Ferdinandus Aragonius,		cinium	355
Alphonfi primi filius		Hetruriæ pleraq; oppida	
205. obuiam Federi-		358. Martianus recon-	
co Imperatori	340.	ciliatur	585
in Florentinos à patre		Ferentus mons	472
missus 312. in regulos		Ferentani populi	416

Fericia oppidum in Hispania frustra à Ioanne rege oppugnatum	88	403. inter Ferdinandū & Tarentinum	560
Ferraria urbs	306	inter Florentinos, Franciscum Sfortiam, & Renatum Aandegauēsem	
Ferrariam conueniunt principum totius Italiae legati	307	374. inter Alphonsum regem & Eugenium III	
Ferrariensium regulus princeps Hercules Estensis	415. 433	240. inter Alphosum & Genuenses	276
Firmum, urbs	250.	Fogia oppidum à Ferdinando rege ad Ioannē Andegauensem deficit	433
Picentium caput à Francisco Sfortia deficit	291	Folianum oppidum obsessum oppugnatur	352. 353
Firmi arx quomodo sita	266.	Fontana castellum	381
Picentes uniuersos territare solita	267.	Forconij oppidi euersio	
situs	ib.	Aquila urbi incrementa delit	595
Firmanus portus	463	Forconensis ager qui ditus	ib.
Hamina	256	Forinum oppidum	496
Florentia urbs 413. eius primordia	414	Formiculæ oppidum	475
Florentini belli causæ & initium	300	Formianum litus	603
Florētini erga Renatum optimè affecti cum Venetis contra Philippum Mariam quales	302. 414	Formulae foederum	140. 403. 560. 240. 276
Humaris oppidum Aragonijs ducibus deditur	496	Fortorium flumen, aliàs Frento	503
Flumaria oppidum	532	Fortuna in humanis ludit	
Focatia oppidum	542	173. ignauos reijcit audentibus est præsto	
Fœdus inter Alphonsum & Philippum Mariam	140.	324. non tentanda ubi consilio locus non fit	456
inter Alphonsum regem, & Franciscum Sfortiam, Venetos, Florentinos, & Pontificē		Fortunæ Fanum oppidū	
		263. Ludus	303
		Frânciscus Aquinianus in Alphonsum regem procluis	104
			Fran

I N D E X

Frâcisus Aringherius Se- nensium ad Alphosum legatus	380	ctus	412	
Franciscus Aquinas Mar- chio Iacobo Picinino se dedit	464	Franciscus Gatula Auer- sanam arcem Ludoui- co Andegauenfi pro- dit	15	
Franciscus Barbauaria Sa- uone pro Philippo Ma- riapraetor	138.	Franciscus Gerunda Mar- tianarum copiaru praefectus	522	
Ingratus ad Alphosum	285.	Franciscus infans Ande- gauensis	458	
Ioanni Nuceouita impetrat	286	Franciscus Marrerij Co- mes à Ferdinando ad Andegauenses deficit	433	
Franciscus Baucius Adri- ensium princeps, Al- phonse legatus ad Im- peratorem	339	Franciscus Martinellus Alphonse legatus ad Se- nenses	315	
Ferdinandi legatus ad concilium Mantuanum	422	Frâcisus Morminus An- degauensis ductor	52	
Francisci Baucij oppida, & agrum infestat Iaco- bus Picininus	502	Franciscus Pandonius Ve- nafri dominus	157	
Franciscus Caracciolus Andegauensis	522	ad occupandum Carpe- nonum ab Alfonso mis- sus	202	
Franciscus Castilioneus	257	Frâcisus Panormitanus in Acerratum oppu- gnatione interfectus	40	
Franciscus Centilia	323	Franciscus Picininus Ni- colai filius superatus & captus	279	
Franciscus comes Caser- tanus ad Andegauen- ses à Ferdinando defi- cit	459-475	à Philippo Maria co- pijs praefectus	301	
Franciscus Cotiniola	73	Franciscus Santus	593	
Franciscus Darinio	46	Franciscus Seuerinus uir acer	208. eius uir- tus	209
Franciscus David in op- pugnatione Plumbini captus	326	Franciscus Sfortia Ande- gauensis factionis	20.	
Franciscus Foscarus Ve- neti Senatus dux praer- minia senectute magi- stratu se abdicare coa-		Alphonsum Caietae sa		

Intat 44. equitatu potens 205. in Piceno ibid. Nicolao Picini- nino non hostis modò sed etiam inimicus acer 241. qualis dux 242. Picininū pro- uocat 264. fundit fu- garq; 273. Franci- scum Picininum supe- rat capitq; 279. à Renato Andegauen- si conductus 167. 168 pontificios & regios arte frustratur. 288 ad Tudertum 292 in Sigismundum Mala- restam 298. Philip- po Maria reconcilia- tur 302. à Mediolanen- sibus ad Venetos defi- cit 318. Mediolanū obsidet 329. capit 334 contra Iacobum Picini- num 371. Gaudium capit 372. 373. Cum Re- nato & Florentinis in Venetos 375. Man- tuam ad concilium ue- nit 422	ctus Caietæ 115. sauciatur 120. Ge- nuenses in libertatem asserit 142 Franciscus Siscarus du- ctor Aragonius 285. in arce Cossentiae ob- fessus 478 Franciscus Surlus Nuce- riae praefectus 171 Franciscus Vrsinus à Io- anna Regina mercede conductus 7 Romae praefectus per- petuus 240 Francauilla oppidum Ia- cobo Picininio deditur 469 Franci populi 407 Francolium oppidū 110 Franchus Sacchetti 333 Frento amnis 561. alias Fortorium 503 Frigus prodigiosum 484 Fruino oppidum 581 Fulmen incendit Alphon- si munitiones 531
	G
Francisci Sfortiae uerba ad milites 33 astutia 37. oppida in Apulia 205. simulata fuga 252. conuitia in Nicolaum Picininum 264. uigilantia 289 potentia 204 Franciscus Spinula prae- dij Genuensis prae- -	Gabriel Vrsinus æquus & clemens in subdi- tos 422 Galassius Ascarus Alpho- si ductor 515. saucia- tur ibid. Galcerandus Hispanus, praedo 603. Torel- larū classē fundit fu- garq; 604 Ga-

I N D E X

Galeacius Pandonus	421	387. belli causæ &	
Galeacius Baldaſinus	326	initium	359
508. eius ſtatura, uir-		Re publicæ Adurnij ali	
tus & modeltia	326.	quando Gubernatores	
508		272	
Gallia Ciſalpina	337	Genuēſes ſe Philippi do	
Gallæ Ciſalpinæ populi		minatu liberant	142
412		clāſſem Itābellæ Rena-	
Gallia Togata	398	ti uxoripræbent	165
Gallianem opp. a Iacobo		enixè Renatum iuuant	
Picinino captū	570	214. tuendis urbibus	
Gallianus mons	564.	ſolertes	117
Callorū ſcſuitia in bello		Genuenſium uictoria na	
Veneto	375	ualis	131
Garcerarius Recheſen-		Generale tormentum Al	
tius clāſſis Aragoniæ		phonſi	183
in Hetruriam præfe-		Georgius Alamannus co	
ctus	322	mes Pulcinenſis	103.
Garganum promonto-		à Ferdinando deficit	
rium	413. 486	433	
Garganus Sipōtinus	489	Georgius Nurius	295
Gartias Gabanellus	204	Georgius Caſtriotus, a-	
Beneuentum & arcem		lias Scāderbeccus	494
capit	205.	Germani	407
Alphon		Gerardus Gambacurta	
ſi ad Cardinalium col-		361	
legium legatus	304.	Gerardiſca regio	316
Garcas Hiſpanus eques		Gerbis inſula	93
cum Malitia in Sardi-		Gentilis Lagoniſſa Vene	
niam	7	tus ductor	364.
Gartias Mediæus Signi		Gattamelata	366
fer Alphonſi	126	Gibertus Corregienſium	
Gattus Centurio capitur		princeps	375
572		Gilbertus Ortaſanus	332
Gauarranum oppidū	372	Gilium inſula	333
Gaudium oppidum	ib.	Giracium oppidum	519
à Franciſco Stortia ex-		Giro Firmi arx, & quare	
pugnatur	272 273	ſic dicta	267
Gelaſius Pontifex	451	Gloria non pecunia re-	
Genuenſis reſpublica	415	ges indigere	333
dux Petrus Fregoſus		S	

I N D E X.

Gorax Pica consilia Dir-	sis classis præfectus 72
rachinorū Careræ de-	Guteria Alphonsi ductor
tegit 114	93. rei maritimæ peri-
Gothardus Donatus Ge-	tissimus 94
nuenfium legatus Ro-	
nam 403	
Gothi 407	
Gothifredus rex Hierusa-	
lem 399	
Gradaria oppidum à frā-	
cisco Sfortia obsidetur	
298	
Gratis fluuius, aliàs Ache-	
ron 20	
Græcia 398	
Gregorius Viscardus Se-	
ptimus 540	
Gregorius Corelia 435	
Grimoaldus Lombardo-	
rum rex 549	
Gulielmus Corelia Ferdi-	
nandi præceptor 501	
Gulielmus Ferribrachius	
Melfiæ conditor 407	
Gulielmus Moncata e-	
ques 39. 191. ad Acarras	
periclitatur 40.	
Romam ab Alphonsio	
legatus 305	
Gulielmus Montisferia-	
ti Marchionis frater cū	
Renato 374	
Gulielmus Raimundus	
Moncata 231	
Gulielmus Ruffus 508	
Gunifortis Rugomenfis	
Philippi Mariæ Vice-	
comitis Legatus ad Al-	
phonsum 244	
Guido Forellus Genuen-	
	H
	H Apadium oppidum
	Andegauenses capi-
	unt 459
	H arpi oppidum à Dio-
	mede conditum 540
	H eleonora Aragonia Lu-
	fitanorum Regi nubit
	338
	H eraclius Imperator 540
	H ercules Estensis Ande-
	gaucenses sequitur 433
	H ercules in Italiam 608
	H erul populi 489
	H ernici 415
	H ektor Fauentinorū prin-
	ceps Andegauensibus
	fauet 355
	H etruria 274
	H erulici, aliàs Thirreni
	608
	H ierosolymæ 399
	H ieronymus Barbadicus
	Venetorum de pace ad
	Alphonsum legatus 392
	H irpini populi 433.
	458
	H ipania Tarraconensis
	606
	H istoria nihil est aut scri-
	ptu aut lectu dignius 4
	H ixeritinus in Brutios à
	Ioanna Regina missus
	20

Homi-

I N D E X.

H ominum consilia lœti- tia præcludi 451	regem 422
voluntates cum Fortu- na inclinare 451	I acobus Picininus Vene- torum ductor 366
H onoratus Caietanus Al- phonso amicissimus 305. Fundorum prin- ceps 340	Quintianum expugnat 369. Ollium copias traiecit 370 Pon- tem vicum subijcit 370
H orto oppidum 471	in Lucanis 470
H ostem minimè contem- pidum 294	in Lucanis 480
H umanitas hominum a- nimos attrahit 118	I acobus Pertusius arcem Aversanam prodit Sfor- tise 55
H umanissimum Alphon- si factum 204	I acobus Padulius 464
H umanum flumen 278	I acobus Montagatha du- ctor Aragonus 272
H unni 305	I acobus Lagonisla Arago- nius 159
H umfredus Viscardus 407. 555	I acobus Galiotta Alfonsi ductor 425
H ydruntina regio 504	I acobus Cæcatus persi- diam in Alphonsum si- mulat 177
H ydruntum oppidum 504	I acobus Caracciolus Co- mes Auellinensis à Fer- dinando ad Andegauē ses deficit 435
H ipficon 505	I acobus Carassa ductor Aragonus 508
I	I acobus Constantius Al- phonsi regis legatus Fer- ruaiam 334
I acobus Balestra impi- ger, & exarcitatissi- mus eques 516	I acobus Canianus 295 securi ceditur 299
I acobus Ursinus S. Aga- the dominus 542	I acobus Caudola 62 simulata fuga Neapo- lim Andegauensibus prodit 76
I acobus Torella cum Fer- dinando rege pacifci- tur 605	pontem in Vulturno amne instituit 144.
I acobus San Nazarius Po- eta Montis Draconis dominus 580	C apnam obsidet. ib.
I acobus Sabellus 470	
I acobus Ratha Beneuen- ranus ancistes, insigni pêrfidia in Ferdinandum	

obsidionem soluit	147	aliæ quinquennales	90.
in Pelignos	151.	inter Alphonsum & pa	
moritur	193	triarcham Aquileiæ	159
Iacobutius Mōtagnanus		inter Ludouicum &	
à Ferdinãdo ad Andega		Carolum Gonzegas,	
uenses deficit	433	fratres	372
Iaimus Centilia	522	Ingenium Ferdinandi re-	
Ianotius Pandolphinus,		gis	346
Florentinorum ad Al-		Francisci Sfortiæ	252.
phonsum de pace lega		Federici Vrbinatis re-	
tus	333	guli	350. quàm vi-
Ianotius Pittius Floren-		res administrando bel	
tinorum legatus ad Al		lo plus posse	506
phōsum	311	Initium & causæ Neapo	
Ianus Fregosus	165	litanæ belli	5.6.7
Iapigia	607	discordiarum inter Io-	
Ietualdum oppidum	475	annam & Alphonsum	
Ilex castellum	85	45	
Ilium	607	Innicus Daualus	326.
Ilua	603	Aragonius	469
Imperium nullum perpe		Innici Geuarræ uirtus	
tuum	407	232	
Imperium Catelanorum		Insigne frigus	152.153.
452		militis periculum	67
In Alphonsi uerba iurant		Insubres	256
Auersani, Surrentini &		Inuidia communis regno	
Amalphites	44-45	rum pestis	44
In flagitia quæq; leuitate		Ioanna Antonij Caudolæ	
ducimur	427	filia, Masio nubit	
In Iacobo Picinino spes		517	
Venetorum sitæ	375	Ioanna Celana	470
In re militari nihil ordine		Ioanna Neapolis regina	
maius	445	5. externa implo-	
In Venetos' conspirant		rat auxilia	7
Florentini, Franciscus		Franciscum Vrfinum.	
Sfortia, & Renatus		Ioannem Columnam,	
374.		claros duces mercede	
Induciæ inter Alphōsum		conducit	8. de ventu
& Ioannem Hispaniæ		ris auxilijs ab Alphōso	
regem	88.	fit certior	11.12
		Brac	

I. N D E X.

Braccium Montonem ad Castrum Maris op- gnandum mittit 29 Neapolim reuertitur 45	à Patriarcha capitur 155. dimittitur 158: ad Alphonsum redit 165
Ioannæ copiarum duces 8. mortem expectat Alphonſus, ut illi quie- te succedat 27 uerba ad Alphonſum 31. ſuſpiciones de Alphon- ſo, & ſimulata agri- tudo 46. 45. mors 101	Ioannesantonius Vrſinus Tarentinus 417. 418 Ioannesantonius Foſchia- nus 501 Ioannes Balbus 264 Ioannes Balditio Philip- pi Mariæ legatus ad Al- phonſum 254 Ioannes Baptiſta Martia- ni filius 585 Ioannes Barreſa à popu- laribus Sancti Georgij concisus in frusta 517 Ioannes Burgundiæ dux 145
Ioanna Sanſeuerina 361 Ioannes Aragonius Al- phonſi frater captiuus 138. Mediolanum du- ctus 140 Ioannes Alcina 271. 310 Ioannes Andegauenſis 415. in Apulia 433 Maſſilia 532 in Galliam redit 603 Ioannes Antonius Cau- dola 328 Ioannes Antonius Foa- nus 326 Ioannes Antonius Mar- tianus Sueſſæ dux 104. captus 135 Ioannesantonius Vrſinus Taliacotius 272. ad Bozam 286 ſupperias fert Eugenio 292 Ioannesantonius Vrſinus 102. 103. captus 135. in Apuliam 143 Nuceriam capit 151	Ioannes Calatageron 99 Ioannes Caracciolus 7 diſtinetur 46. di- mittitur 56. Brac- cio Mōtonio clam in- ſenſus 34. Alphonſo tacitè inimicus 45. non anteire ſolū, ſed imperare etiam cæte- ris Neapolitani regni regulis ſolitus ib. inter Alphonſum & Io- annam ſuſpiciones ſe- rit 46. coniuratio- nis in Alphonſum au- thor ibid. interi- mitur 101 Ioannes Caracciolus dux Melphitanus à Ferdinā- do ad Andegauēſes de- ſicit 433

Ioannis Caraccioli forma genus, & uirtus	7	Ioannes Ludouicus Fliscus	81
Ioannes Caraffa	161.	Ioannes Malcuolta ductor Pōtificus	439
Capuanæ arcis pro Renato præfectus	228	Ioannes Maurus Vegetorum in Alphōsi castris legatus	353
Ioannes Caramanicus Capuanæ arcis in urbe præfectus	104.	Ioannes Melphizæ regulus	508
Capuam prodit	106	Ioannes Michael Calatullus Valentinus eques à Renato cōfessus	225.
Ioannes Cardinalis Morinēsis Pōtificis Ferrariam legatus	306		226
Ioannes Cardona	50	Ioannes Nuceus	256
Ioannes Cauus ductor regius commilitones heritatur	51	Alphonso rebellis	285.
Ioannes Cola Caracciolus	515	in exilium agitur	286.
Ioannes Coruerius Alphonso ductor	66	Alexandriam proders suspenditur	ibid.
Ioannes Coxa	228	Ioannes Paulus Cantelmus	421
Renati iussu arcem regiā Alphonso dedit	233.	Ioānes Philippus Fliscus Genuensium classis præfectus	284
Ioannes Federicus Adurnius	274	Ioannes Pons	600
Ioannes Ferdinandus	26	Ioannes Rota	90
Ioannes Franciscus Militenfis Florentinorum ductor	359	Ioannes [Sancti Severini Comes Roberti pater	461
Ioannes Galiardus	457	Ioannes Sanframundius Comes Cerrecanus, à Ferdinando ad Ioannē Andegauensem dedit	432
Ioannes Heredia	98	Ioannes Sfortia ductor Andegauenfis	211
Ioannes Hispaniæ rex	48	Ioannes Surius Angli dominus	171
Ioannes Iubus Aragoniæ classis præfectus	359	Ioannes Spataforus à Massio interficitur	519
Ioannes Iuncellus	499	Ioannes Tolentinus	251
Ioannes Iustinianus Genuensium ad Alphonsum legatus	360-361		Ioan-
Ioannes Liria clarus eques	247		

Ioannes Torella Aenariā obtinet 496	286. regios fundit, fugatque 287
Ioannes Trauersus Anto nijCentiliæ ductor 457	Iouianus Pontanus Ter- dinandi castris præfe- ctus 557
458. Mariani du- ctor cum copijs cæsius 516	Isabella Ferdinandi uxor 428. eius natales 473. fortitudo ib.
Ioannes Vaiuoda multis Turcarum uictorijs in signis 399	Isabella Renati Andega- uensis uxor 144
Ioannes Vintimilius Al- phonfi ductor in Sfor- tam ad pontem Casu- læ 36. Neapolita- num equitatum oppri- mit 155. arcem A- cerranam obsidet 194	ex Massilia soluit 145 Capuam uenit 144
pontificijs copijs præ- ficietur 288. ad Tru- entum 289.	Italia Tirrhenia & Oeno- tri dicta 608
Philippimariæ Viceco- mitis copijs præfici- tur 291.	Italiæ nomen in armis ma- gnum 396. princi- pes & Respublicæ 409 414
Ioannes Vitellefcus Pa- triarcha Aquileiensis pontificis ductor in Al- phonsum 153.	Italianus Borromæus, Philippimariæ Viceco- mitis legatus ad Vene- tos 301
Capuæ 154.	Italianus Furlanus Philip- pimariæ Vicecomitis ductor 288. prodi- tionis insimulatur 295.
Tarentinum regulum cum exercitu oppri- mit 155. Salerni 158.	securi caditur 496
turpiter fugit 163	Italici militis mollities hac rempestate 37.38
Ioannettus Moranus 516	Italorum qui pacatissimi 314
Ionium mare 385.606	Iscla insula 499
Iordanis Columna Car- dinalis 470	Isernia oppidum 157.
Iordanis Vrsinus Comes Atripaldini 434	Andegauensibus fauet 230
Iofias ductor Alphonfore bellis 211. ad Adriam	Isthonium oppidum 472 Alphōso regi proditur 593
	Iulianus Centilia 457
	Iulianus Vicus 159

Iuliusantonius Aqueui-
uus 588
Iulius Camertes Iacobi
Picinini ductor 464.
465
Iuuenatium, alias Egna-
tiolum oppidum 481
Iurandi in uerba Neapo-
litanorum Regum ritus
497

L

Labellum oppidū à Fer-
dinando deficit 433
Lacidonia oppidum 328
Ladislaus Neapolitano-
rum rex 171
Ladislaus Hungariæ Rex
340
Latiria hominum confi-
lia præcludere solita
451
Landulfus Pontis oppidi
conditor 562
Latini 302. unde dicti
608
Latinus rex 608
Latinus Vrsinus Card na-
lis ad Ferdinandum re-
gem 416
Lauania amnis 82
Laudum uetus aliàs Par-
uum, oppidum 364
Lauellarius 541
Lauretanus regulus Ara-
gonius 147
L Laurentius Cotiniola bel-
licis artibus clarus 163
Laurétius Miniatus astro-

logus insignis 537
L Laurentum oppidum la-
cobo Picinino dedi-
ditur 464
Laurum oppidum 496
Leborij campi 574
Legati Ioannæ ad Al-
phonsum 16. 23.
Martini V. ad Alphon-
sum & Ludouicum 38
Alphonfi ad Pontificé
44. Ioannæ & Lu-
douici ad Philippum-
mariam 72
eius ad Alphonsum 85
Neapolitanorum ad
Renatum Andegauen-
sem 104. Isabellæ
ad Eugenium III 153.
Tranensium ad Alpho-
sum 161. Galli re-
gis Neapoli 191
Neapolitanorum ad Al-
phonsum 233
Eugenij ad Alphonsum
237. Philippi ad Alphon-
sum 244. Alphonfi
ad Eugenium 244. 245
eiusdē ad Philippū 256.
Philippi ad Alphōsum
264. Genuensium
ad Philippum 267
Alphonfi ad Genuen-
ses 275. Genuensium
ad Alphonsum ib.
Philippi ad eundē 285.
286. Eugenij ad Al-
phonsum 292. 293
Philippi in Alphonfi ca-
stris 295

Legati Florentinorum in
 castra Sfortiana . 299
 Philippi ad Venetos
 301. ad Alphonsum ib.
 Alphonfi ad Collegiū
 cardinalium 304
 Eugenij ad Hunnos
 305. Alphonfi ad Nico
 laum V. 305. 306
 Venetorum 306. ijdem
 ad Alphonsum ib.
 Florentinorum ad Ni
 colaum V. & Alphon
 sum ib. Nicolai &
 Alphōfi Ferrariam 307
 Venetorum ibid.
 Alphonfi ad Mediola
 nenses 309. Senensium
 ad Alphonsum 311
 Florentinorum ad eundē
 ib. Alphonfi ad Se
 nenses 315
 iterum 316.
 Mediolanēfium ad Al
 phonsum 318.
 Florentinorum ad eun
 dem 319. eiusdem
 ad ipsos 319. Flo
 rentinorum ad Alphon
 sum 333. Alphonfi
 Ferrariæ ibid.
 Venetorum 334.
 Alphonfi ad Senatum
 Venetum ibid.
 Alphonfi ad Federicū
 Imperatorem 339
 Alphonfi & Venetorū
 Romam & ad Florenti
 nos 345. Perusinorum
 ad Ferdinandum 351.

Ferdinandi ad Senenses
 352. Genuensium
 ad Alphonsum 360.
 eius ad Senenses 361.
 Florentinorum ad Re
 natum 364. Veneto
 runi ad Alphonf. 376
 Senensium ad Alphōsum
 380. Italorum princi
 pum Romæ 382
 Alphonfi Venetijs 383.
 Venetorum, Florenti
 norū & Francisci Sfor
 tiæ ad Alphonsum 392.
 Nicolai V. ad omnes
 Christianos principes
 392. eiusdem ad Alphō
 sum ib. Genuensium
 Romam 403. deinde
 ad Alphonsum ib.
 Ferdinandi ad Pium I I I
 416. Ferdinandi Man
 tuam 412. Tarenti
 ni ad Ferdinandū 559.
 587. Siculorum ad eun
 dem 604
 Leonatum oppidū 368
 Leonellus Acōtiamurus
 Celanius Comes Al
 phonfi legatus ad Fede
 ricum Imperatorē 339
 Leonellus Eftenfis Ferra
 riensium princeps 307.
 Lesinates Ferdinādo por
 tas aperiunt 561
 Leuitas dux ad postrema
 quæque flagitia 427
 Liburni populi 607
 Ligij homines qui, & qua
 re dicantur 498

I N D E X

Ligius Ferdinandi regis fratris Ursus Ursinus 496.	Lucilius Neapoli floruit 619.
Ligures populi 608	Lucinianum oppidū 353
Lipium oppidum 474	Lucretiae Neapolitanæ amores 482
Liras annis 142. 427	Lud. sacri Federici In pe ratori ab Alphonso da ti 342
Lithrones prope Neapo- lim locus 345	Ludouicus Andegauēns in Italiam à Sfortia Co tiniola accersitur 5
Loisus Arenas Spurius 505	ad Ciuitatem ueterem 11
Loisus Caracciolus Neo castri comes 505	ad Neapolim 12. 13
Loisus Fogia Baldasini ductor 509	Aueriam se recipit 16.
Loisus Gentilis Masij copiarum præfectus 515	19. Ioannæ reconcilia- tur 12. auxilium à Martino V. implorat
Loisus Iesualdus 459	23. oppida aliquot in ipsius Legati manu deponit 40. 41
Loisus Longobucus 515	Beneuentū se recipit 41
Loisus Minutulus Luce- riam Ioanni Andegauē si prodit 433	moritur 101
Lombardorum familia 557	Ludouici Andegauensis legati ad Alphonsum in Sardinia 9. Ita- liæ respublicas & prin- cipes in Alphonsum cō- citant 26
Longobardi 407	Ludouicus Columna 7
Lucas Sanseuerinus 455.	Ludouicus Crotus Ge- nuæ pro Philippoma- ria Vicecomite præfe- ctus 141
cum tribus millibus pe- ditum, & sexcentis equitibus ad Ferdinan- dum uenit 478	Ludouicus Gōnzaga Mā- tuæ princeps 365
Lucanæ reguli se Alphō so dedunt 192	Ludouicus Patriarcha car- dinalis 237
Luca ciuitas 414	ad Alphonsum 292.
Luce mortalibus nihil gratius 538	in Picenum 293
Luceria urbs Ioanni An- degauēsi proditur 433	Mon-
Luceronum oppidum ex pugnatur ab Alphonso 280	

Montem Fabrum expu- gnat 296	Manerbum oppidum 366
Ludouicus Podius Alfen fi ad Philippum mariti legatus 308	Māfredonia oppidum 205
Ludouici Podij mira uir tus 209	Manfredonia ars Alpho- to deditur 233
Ludouicus Sabaudia Al- lobrogum regulus 286	Manfredus à Correggio ab Alphonso mercede conductus 375
Ludouicus Triuultius 122	Mansio Rosarem in Cam- pania 574
Lunæ portus 85	Mantuanorum princeps Ludouicus Gonzaga 268.412
Lunata oppidum 110	Maranum oppidum 268
Longobucum oppidum 513	Marcha Piceni pars ap- pellata 469
Lupus Vireus 229	Marcus Persicus Alphon- so dat uerba 186
Lupus Ximenes 226 271	Marcus Ratha Martiani Sobrinus homo tur- bulentus 421
Licaon Archadiæ rex 607	Marcus Antonius Torel- lus 466
M	Marcinicus 581
Macedonia 408	Mare Ponticum 395
Macerata oppidum 252	Maremma quid 581
Magica sacerdotum quo- rundam inuenta 584.	Maresciallus qui dicatur 579
Mahomettus Othoman- nus Turcarum Impera- tor 394	Margarita Minutula Io- annis Galiardi uxor 457
Mahomettus pseudopro- pheta 396	Maria Alphonso uxor, Io- annis Hispaniæ regis soror uiri ac fratris pre- lium uenè confectū di- mit 87
Maida oppidum 425.480	Maria Aragonia Ferdinā disperia 434. P. II
Maiella mons 472	nepoti nubit 576
Malettum oppidum 20	Maria Donata Pirrhi Bau-
Malficta oppidum 433	
Malitia Neapolim à lega- tione Sardiniensi cum Aragonis auxilijs re- uertitur 13	
Malorum omnium gra- uissimum fames 121	

I N D E X.

cij uxor grauida obfi-	Bislinianum recipit	510
decet à Tarentino	Acrim expugnat	511
Mariæ' Loretiæ delubri	512. Simarim	513
463	funditur fugaturq;	525
Mariæ Maioris uicus	Masij impotentia	518
Marilianum oppidū	uirtutes	519. mors
Marinus Boffa Caudinæ	ibid.	
uallis dominus	Masius Fregosus Genu	
captus	ensis classis præfectus	
Marinus Caracciolus	387	
à Ferdinando deficit	Massa oppidum Alphon	
433	so regi deditur	43.
Marinus Curialis	215. 457	
Marinus Martianus prin	Massici montes	574
ceps Rossanensis	Massilia urbs	64.
cum Tarentino sentit	ab Alphonso capitur &	
420. in Ioannis An	incenditur	68
degauensis uerba iurat	Matelica urbs	290
428. Calu'um capit	Matera oppidum	462
ib. cum Ferdinan-	Mathelonum oppidum	
do colloquitur	41. 459	
Ferdinando reconcilia	Matianisum oppidū Al-	
tur	phonso deditur	151
Marini socium ingenium	Matrix ciuitas	242
emancipatio, perfidia,	Matthæus Capuanus Ara	
421. scelus	gonius	465
436. negli-	Matthæus Extendardus	
gentia	à Ferdinando deficit	
Marinus Tomacellus	459	
Maritimarum regionum	Matthæus Galliani præfe	
temperies	ctus	571
Marrarum familia	Matthæus Malferitus iu-	
486	re consultus Alphonfi	
Marrucini populi	ad Philippum mariam	
Mertinus Arcis Ianulæ	legatus	256
præfectus	Natthæus Puiades	310
Martinus Nutius	Matthæus Victorius	307.
Martinus V. Pontifex	Venetorum ad Floren-	
5	tinus legatus	345
Martoranum regio	Matthæus rex Hungariæ	585
429	Mau	
Martoranum oppidum ca		
pitur		
489		
Masius Barefa		
426		

I N D E X.

Mauri reges	396	& profligat	298.302
Mazzarius Gallus	228	Milanus exul	• 511
eius iuramentū & per-		Miluiorum & Coruorum	
tinacia	229	pugna	519.520
Mazzæus Ianuarius Nea-		Mincius amnis	372
politanus exul Alpho-		unde ortus	375
io p. carus	221	Minervæ promontorium	
Medma amnis	521	& eius descriptio	42.43
Mediolanum urbs	256	Minervinum oppidū	535
à Francilco Sfortia ob-		Mintucius Aquilanus,	
fidetur	329.	ad Alphonsum	103
capi-		Andegauenses fundit,	
tur	334	fugatq;	111
Mediolanenſes totius Ita-		Mira duorum Drepanita-	
liæ pacatiſſimi	314	norum uirtus	126
Mediolanenſium regulus		Miraculum Maſſiliæ	65.
412		Troix	209
Mediterraneū mare	604	Mirandula oppidum	366
Melphia oppidum	504	Miſericordia ſupplicū pre-	
à Gulielmo Ferribra-		cibus facile commoue-	
chio conditum	407.	tur	10
558		Miſenum promōtorium	
Melo oppidum in Pice-		664	
no	291	Moliſium oppidū	565.582.
Mendocia Hiſpanus Al-		Monafteracium oppidū	
fonſi ductor	218	521	
Merlina familia	573	Monopolis oppidū	504
Meſapia regio	558	Mons Altus oppidum	291
Metali oppidum, & arx		Mons Arbotus opp.	266
501		Mons Aureus in Piceno	
Metaurus amnis	263	oppidum	266
Michael Coxa	56	298. in Lucanis	480
Michaelis Angeli templū		Mōs Caſtellus oppidum	
in Gargano	488.	315	
eius		Mons Cepalonus caſtel-	
inſtitutio	489.492	lum	152
Michelettus Cottiniola		Mons clarus oppidū	372
III. in Calabros, &		Mons Draco oppidū	177
Brutios	147.	Mons Floris oppidū	297
Vene-		Monſ Fortis oppidū	484
torum ductor, Philip-			
pimariæ Vicecomitis			
exercitum caſtris exiit			

I N D E X .

Mons Fuscus	152.433	Neapolis obsidetur à Lu-	
Mosis Imperialis	355	douico Andegauensi	12.
Mons Leo oppidum	495	13. à Guidone	75. 7 fab
Nors Melo oppidū	252	Alphonso	172.174.214.
Mons Politanus opp.	311	pestilētia infestatur	41
Mons Sanctus oppidum		415. magna ex par-	
291		te incendio absumpta	
Mons Sartius, castellū	152	52. diripitur ab Hi-	
Mons Tusculus	155	spanis	54. expugnatur
Mons Vlmus	279	ab Alphonso	222.226.
Montesæ ordo	362	Neapolitana nobilitas	
Monticulus oppidum in		in quinque confessus	
Piceno	252	distributa	235
Montorium oppidū	561	Neapolitanæ urbis custo-	
Morgetæ	607	dialoanni Caracciolo	
Mordium castellum	193	demandata	7
Mos honestandi Alphon-		latitia in Alphonso ex-	
si Genuæ	275	ciendo	30.234. descri-
Moscolum oppidum	483	ptio	606. factiones
Motta Russa oppidum Ta-		diæ	7
rentino proditur	530	Neapolitanum regnum	
Motta Anomeriæ oppidū		415	
519		Neapolitani belli initia	
Mula partus	520	& causæ	5.7. regni in-
Muli.bris sexus imbecil-		signa pontificij iuris	
lior, & ad credendum		sunt	24. translatio
prætor	45	reguli à Ludouici An-	
Munditanum oppidum		degauensis ad Alphon-	
475		si & Ioannæ imperium	
		redeunt	44
N		Meapolitani aliquot pro-	
		ceres ad Alphonsum in	
NAAR, flumen	310	Siciliam	20
Nasale prælium inter		Neapolitanorum Regina	
Alphonsum & Genuē-		Ioanna	5. plerique ad
ses	132.134	Sfortiam Cotiniolam	
Naualis & terrestris pu-		transfugiunt	6. leui-
gnæ simulachra	30	tas prædicata	9
Neapolion Vrsinus	347.	læticia in aduentu Ara-	
ductor Pontificius	576.	goniæ clasis	13.
		stu-	

I N D E X.

studia in Alphonſi triumpho 234. in Ferdinandum 473. Regum mos parandis expeditionibus 347	eius stratagema 82
Necessariorum odium acerbiſſimum 89	Nicolaus Lōbardus Trojanus episcopus 557
Negligentia ducibus extoſa 65	Nicolaus Mōtorius Comes Capibassanus 432
Neocaſtrum oppidum 20425. Andegaueniſibus deditur 480	Nicolaus Piccininus 36
Neritonium oppidū 462	qualis dux 242.
Netum flumen 516	ad Biſium 247. ad Alphonſum venit 247
Nicaenrbs 64	copijs ab eodem præſicitur 250. à Francisco Sfortia ſuperatur 273
Nicolaus Antonius Caruleius ductor Andegaueniſis 478	Nicolaus Piccitellus Archiepiſcopus Neapolitanus Alphonſi ad Federicum Imperatorem legatus 339
Nicolaus Cardinalis Capuanus 292	Nicolaus V. Pontifex 241
Nicolaus Cardinalis Romanienſis 305	Nicolaus Roſa Sanſeuerinum Alphonſo dedit 485
Nicolaus Clanceoſſus Maſſi iuſſu ſerra medius ſecatur 513	Nicolaus Stabia 509
Nicol. Dacia Aragonius ductor impiger 144	Nicolaus Staius Ferdinādi regis ductor 594
Nicolaus Filiacus Alphonſi legatus Romani 345	Nicolaus Toſtus conſpirantium aggreſſum dux 424 è Caſtellione fugit 426. balitali ſagitta interficitur 430
Nicolaus Fregoſus Genuenſis claſſis præfectus 179	Nihil tūc in hoſte cetermini 294
Nicolaus Grimaldus Genuenſium ad Alphonſi legatus 360	Nihil ut ſit ortum permanere 471.
Nicolaus Guerrerius 80. ad Sigelſtrum ſuperatur 84. audiendis Alphonſi poſtulatſis à Philippomaria lectus 257.	Nola urbs Annibaliſis cladiſus clara 150
	Normanni in Italiā 407
	Notarius Bracciſi detert Alphonſi conſilia ad Ioannam 47
	notiora contemni ſolita 3

Nouariensis Episcopus
Philippinariae ad Al-
phonsum legatus 301
nouum exemplum in du-
ce Veneto 412
Nuceria urbs 150. 151. 205
Nursia urbs 247



○ C Tauianus Monti-
florius Masij du-
ctor 511
Oenotria & Thirrenia Ita-
lia dicta 608
Oenotrij ibid.
Oenotrus 607
Ollium annis 364
Opera ad Auerfanam ar-
cem 196. ad Therami-
tanam 274. in por-
tu Neapolitano 38. 86.
87. ad Mottam Anome-
riam 529
Opizinus Alzates Philip-
pi proprator Genuae
interficitur 142
Oppidum Turris 28
Oppidum urbs 510.
Oppida Francisci Sforie
in Apulia 205
Oprata facilius credi 253
Oratio, Pirithonis ad Io-
annam 14. Andegauen-
sis legationis ad Marti-
num V. 24. Braccii
ab Alphonsum 30.
Ioannæ ad eundem 31.
Coriniolæ ad milites 33.
Antonij Panormitæ in

Senatu Caietano 120
Alphonfi in concilio
128. Matthei Malferiti
ad delegatos Philippi-
marie 257. Philippi-
marie ad Matthæum 260
Bartholomæi Fatij ad
Alphonsum 269. Alpho-
fi responsum 271.
Thomæ Episcopi Bo-
noniensis ad Alphon-
sum 293. Alphonfi re-
sponsum 294. Floren-
tinorum legatorum ad
Alphonsum 311.
responsum 312. 314. Al-
phonfi ad milites 323.
324. Antonij Panormi-
tæ in Senatu Veneto
334. 337. Alphonfi ad
Ferdinandum Filium 347
349. Perusinarum le-
gatorum ad Ferdinan-
dum 351. Ioannis Mau-
ri ad Alphonsum 376.
379. responsum 379
380. Cardinalis Firma-
ni ad Alphonsum 393.
400. responsum 400.
401. Simonetti in con-
cilio 442. Ferdinandi
ad milites 445. 447. Io-
annis Coxæ in Conci-
lio 450. 453. Tarentini
453. 456. Roberti Vr-
sini ad milites 479. Ma-
sij ad suos 522. Ducum
Andegauensium ad suos
523. Pij II ad Cardina-
les 566. 570. Ioanni Poi-
in cō

I N D E X.

In concilio ad Ferdinā-	Palumbaria oppidū	470	
dum regem	600	Palmosa insula	70
Orbis partes	607	Panagia oppidum	322
Ordine nihil in re milita-		Pantanum oppidum	486
ri maius	445	Parma urbs pōtificia	369
Oriola ductor Aragonius		Parmæ arx prope Sarnum	
601		441	
Orta oppidum	311	Partes orbis	607
Ostentum 519. aliud	520	Paschalis Ioannæ à secre-	
Otinus Caracciolus Ma-		tis	11
telsoni dominus Ioan-		Paschalis Maripetrus Ve-	
næ rebellis 41. factus		netotum legatus Ferra-	
42		riam	307
Otolinus Zoppus Genuē		Patauini reguli	411
sis præsidij Caietæ præ-		Patauio, Altino, Aquileia	
fectus 115. ad Alionsum		expulsi Veneti Venetias	
uenit	123	condidere	307
Oui arx Raimundo Piri-		Paulus Alemanus ductor	
lionia Ioanna traditur		pontificius	158
15		Paulus Pellicantus	165

P

P Acentrum oppidū	571	Paulus Sangrus	206.
Pactiones inter Alphō		Caudola deficit	230
sum & Renatum	191.	Pax inter Alphontum &	
Alionsum & Eugenium		Ioannem Hispaniæ re-	
240. Alphontum & Ge-		gem 78. Philippumma-	
ruenses 276. Vrsū Vr-		riam & Alphonsū	85.
sinum & Ferdinandum		Ioannam & Alphonsū	
496. Iacobum Torellā		100. Alionsum & Euge-	
& Ferdinandum	605	nium III 240. Flo-	
Padula castellum	205	rentinos & Alphōsum	
Palermus Centurio Car-		333. eundem & Ve-	
penonū occupata & de-		neros 334. Venetos,	
ferit 203. in Alphōsum		Florentinos, & Franci-	
fidelis 217. cum Franci		scum Sfortiam	383
sco Sfortia colloquitur		Ferdinandum & Taren-	
299. eius uirtus ac ui-		tinum 561. Martianū	
res	217	& Ferdinandum	585.
		quo fuit longior, eo bel-	
		lum terribilius	427
		Pacis amor natura morta	

T

libus inditus	335	Andegauenſibus ſentit	
Pelaſgi	608	459. in Ferdinandum	
Peligni	472	inſigni perfidia	501
Pelufia	438	Petrus Paulus Aquilanus	
Pentedaſtili caſtellū	529	483	
Pergellus collis	515	Petrus præfectus arcis Pu	
Perſius	345	teolanæ in Alphonſum	
Peruſinus ager	354	fidelis	177
Pefculantium caſtellū		Petrus Santus	593
230		Petrus Squacquara Bene	
Petramala	505	uentanam arcē Alphon	
Petrax flumini	525	ſo prodit	205
Petrinum oppidum	580	Pentima oppidum	571
Petrus Aragonius Alphō-		Peucetia dicta Iapygia, 2	
ſi frater 52. obliſdetur		Peucetio Lycaonis fi-	
77. in Ligures	79.	lio	607
in Siciliam redit	85.	Peucetij	444
Ioāni Hiſpaniæ regitra		Philippus maria Viceco-	
ditur 89. Caietam ca-		mes 25. in ſolitudine	
pit 149. tormento ca-		totius Italiæ concuſſor	
putiſtus occumbit	173	129. ſedendo vincere di-	
Petrus Brunaurus	251.	ctus ib. Alphonſum ca-	
comprehenditur	268.	prium blandè appel-	
Petrus Cantelmus comes		lar, ac muneribus do-	
Populeniſis	470	nat 140. Genuenſibus	
Petrus Cardona Alphon-		inuitis claſſem Alphon	
ſi ductor	231	ſo decerni iubet	141.
Petrus Cotra Philippima		moritur	308
riæ ad Alphonſum lega-		Philippimaræ ingenium	
tus	264	139. liberalitas 141. ſuſpi-	
Petrus Carbo 282. arcem		ciones	303
Crotoniatem Alphon		Picentes	205
ſo dedit	283	Picileonum oppidum	365
Petrus Vbaldinus equēs		Pirrhus Baucius Ferdinā-	
441		do maximè fidus	422
Betrus Fregofus Genuen		Piſaurus amnis	297
ſium princeps	387	Piſaurum urbs Alexandri	
Petrus Lallus Campani-		Sfortiæ	300
ſcus	433	Piſcaria, olim Aternū am	
Petrus Martinus	226	nis	469
Petrus Mondragonius cū		Piſcaria oppidum	464
		Pla-	

I N D E X

Placentinus Philippima-	Præfectura perpetua Ro-
ria ductor 116	ma cuius dignitatis 240
Plaisanum oppidum 522	Præsentianum oppidum
Planafix insula 64	156
Plebs Taurina oppidum	Præsidarij quindecim Al
in Piceno 248	fonum milites afflatu ful
Plumbinum aliàs Popu-	minis exanimati 531
linum à Populonia ur-	Prata castellum 434
be antiqua 317. oblide	Pratula oppidum 571
turab Alphonso 321	Precinum oppidum 561
oppugnatur 325-327	Principes & Respublicæ
Pœnia à Roberto Viscardo	Italiae 409
Brutiorum imperio ce-	Pruernum oppidum 237.
xuri 408	581
Polignanum oppidū 504	Prochitæ sinus 386
Pomaranium castellū 315	Prodigia ante Sarnense
Pomilianum oppidū 475	prælium 449-450
ab Alphonso expugna-	Prænestæ oppidum 581
gnatur 176	Prouincialium moles 186
Pons Agremius 355. Ater-	Pucinum oppidum 192
ni 571. Casulae 36	Pugna ad Carbonariam
Pons oppidum 562. cur-	Neapoli 17. 18
uus 576. Coruus 175.	ad Vicum Mariæ maio-
112. latero 563. uicus	ris 22. ad Clanium flu
365	men 36. ad Auerfam
Pontia insula 107	34. alia 161 ad Fauces
Populoniae urbis antiquæ	Caudinas 199. ad Tro
uestigia prope Plumbi-	iam 206. alia 208. ad
num 317	Carpenonum 2312
Populi fons 230	ad Firmum 267. ad Tau
populus oppidum 571	letum 297. naualis ad
Porta Serrauallis, locus	Plumbinum 322. ad
248	Vallianampaludē 353.
Portentum 588	trium nauium 359.
Portianum oppidum 373	ad Sabatium 425. ad
Portus Baratus 317. Co-	fauces Sarnenses 447.
turnicum 330. Hercu-	449. ad Turdinum 466
lis 137	468. ad Dominicos 509
Potentia agnitis 259	ad Acrium 510. ad Per-
Praetutini 471	gellum 515. ad Plaisa-

T 2

num 528. ad Vrsariam
 551. 556. ad saltum Mas-
 sicum 578. naualis ad
 Aenariam 604. Miluio
 rum & Coruorum 520
 Puluis tormentarius 183
 Puteoli oppidum 159.
 201. obsidetur ab Alfon-
 so 202. deditur 213

Q

Q Vadraria familia 573
 Quæstiones in coniu-
 ratos & proditores An-
 degauensis factionis Nea-
 poli 19
 Quantum fortuna in hu-
 manis possit 148
 Quarata oppidum 433
 Quartana silua 588
 Quintianum oppidum in
 Brixiano agro 369

R

R Aimundus Anichinus
 198.
 Raimundus Buillus 101
 uir præstans 191. in pri-
 mis Neapolim ingredi-
 ditur 226. arcem The-
 ramitanam obsidet 274
 in Picentes ab Alphon-
 so mittitur 295
 Raimundus Caudola capi-
 tur 211
 Raimundus Moncata Al-
 phonfi legatus ad Nico-
 laum V 305
 Raimundus Nolanus re-
 gulus Alphonso recon-
 ciliatur 150
 Raimundus Pirilio ii. in

Siciliam traiecit 13. Ne-
 polim uenit 14. aureo
 torque donatus arci-
 ui præficitur 15. in Por-
 tu Veneris 149
 Rainaldus Vrsinus 317
 Rainerius Ligninus 592
 Raimundus Vrsinus 434
 Kapallum oppidum 84
 Raphael Adurnius 274
 Reatini 608
 Recinium oppidum 355
 Reges gloria egere nõ pe-
 cunia 333
 Regium Lepidi 309
 Regna fortitudine compa-
 rari, humanitate con-
 seruari 235
 Regnorum communis pe-
 stis inuidia 44
 Regnum Neapolitanũ Ge-
 nuensiu horreum 269
 Reguli aliquot in Alpho-
 si uerba iurant 110
 Regum nomen apud mor-
 tales sanctum 433
 Religio cõpatratus 427
 Religionem propriã alie-
 na sanctiorem omnes
 existimant 396
 Relingherius Caudola pò-
 tem super Vulturũ in-
 stituit 112
 Remundus Anechinus 75
 Remoaldus Beneuétanus
 dux 548
 Renaldus Aquitanus Dir-
 rachinæ factionis ad Al-
 phonsum legatus 106.
 Renatus Andegauensis 103
 à Bur-

I N D E X.

à Burgundo distinctur		mes Calatinus	455.476
145. Neapoli inuenit	166	Robertus Sfortia	251
Scaphatum capit ib. Al		Robertus Viscardus	407
phonsum prouocat	169	Robertus Vrsinus	447. e-
arcem regiâ oppugnat		ius studia puerilia	461
185. cedit Neapoli	229.	Rocca oppidū	516. Ber-
in Galliam redit	233. rur-	narda	280. contrata 251
sus in Italiâ accersitur		Montis darconis	580
374. cum Frâcisco Sfor-		Roccella castellū	515. 527
tia & Florentinis in Ve-		Rocchum Syriæ urbs	597
netos	375	Rodericus Murius ductor	
Renda oppidum	285	Aragonius	299
Res memorabilis	323	Rodulphus Perusinus du-	
Res militaris ordinæ nihil		ctor Aragonius	202
habet melius	445	Rogierius Caietanus regu-	
Respublicæ & principes		lus 72. in Alphonsum	
Italiæ	409	procliuis	154.
Restainus Caudola	592	Rogierius Lainus	509
rerum humanarum incer-		Rogierius Orilia ex arce S.	
ti euentus	119	Georgij præcep in ru-	
Reuocati locus	478	pes datus	517
Rhegium	455	Rogierius Viscardus I.	407
Rhodos insula	331	II.	408
Rhodum oppidum	485	Rogianum oppidum	507
Riccius ductor Andegaue		Romanengum opp.	364
sis in. Aragonius fugit		Ro. Pontificis imperiū	413
211. lenissimus & perfidus	216. 217	Rotilium oppidum	288
Ridiculus duorum exerci-		Rufforum familia	508
tuum terror	493	Rupes Gulielma castellū	
Rincium castellum	314	212 S	
Riparella castellum	592	S Abatia olim Sauona	137
Ripa Transenta opp.	288	Sabinianum opp.	484
Risientum flumen	478	Sabini templum	539
Ritus iuradi in uerba Nea-		Saccagninus Picinini du-	
politanoꝝ regū	497	ctor	466
Robertus Nequus	263	Saccarum uiritim Caietæ	
Robertus Montarboteus		distributum	118
pontificiū ductor	298	Sacerdotis insigne scelus	
Robertus Sâseuerinus co-		177 (584	
		Sacerdotū magica inueta	

Salentini	407	Saxones	399
Salernum 158. ab Alphon-		Scaphata regio	382
so captum	192	Scaphatum oppidum	151
Saltus collis 82. Massicus		Scanderbeccus aliàs Geor-	
578. Menianensis	434	gius Castriotus	332. in
Saluator Alphōsi medicus		Alphōsi auxilium	494
Samnites	241 (283)	Scithæ populi	395
Sancius Agerba	531, 537	Semenaria oppidum	522
Sancius Barilius	226	Senensis respublica	414
Sancius Carilius	431	Seniga oppidum	370
Sancius Samudius	604	Sergianum oppidum	305
Sancta Agatha opp.	192	Serra oppidum	561
Sancta mons	81	Serro locus	512
Sancti Angeli ciuitas	464	Sertinum oppidum	88
Sancti Germani opp.	204	Sexus muliebris imbecil-	
Sancti Martiani castellum		lior	45
449		Sfortia Coriniola Ludoui-	
Sanctus Angelus opp.	291.	cum Andegauensem in	
486. Georgius 517. lu-		Italiam accersit 5. è Io-	
lianus 561. Marcus 507.		annæ reginæ duce ho-	
Philus 522. Sequerinus		stis 8. ad Alfonsum 44.	
248. Victor 288. Petrus		Centiliam superat	49.
uicus	156	perit	73
Sangrum castellum	565	Sibaris urbs	514
Sangrum flumen	472	Sicilia, aliàs Cicilia	608
Santorum familia	593	Sicinius in Auerfano ui-	
Sancia Frâcisçi Bancia du-		cus	154
cis uxor	534	Siculi populi	607
Sapientia insula	385	Siculum mare	596
Sarmatæ	407	Siculus	607
Sarnenses fauces	439	Sigestrum opp. 79. à Fre-	
Sarnum oppidū	151, 439	gosis oppugnatur	82
Sarni arx	439	Sigismūds Imp. 139-399	
Sarnus amnis	151	Sigismūds Malatesta Ari-	
Sarnus Brancarius	226	minenſium regulus	248
Satulanum Cilicū ora	331	ab Alphōso mercede cō-	
Sauo amnis	545	ductus 316. perfidus	317
Sauona	79	Sila mons	505
Saxanum castellum	230	Silanum oppidum	480
Saxiferratum	463	Silua Longula	449
		Silua	

Silua tabularia	505	354. Bernardi Villamar
Silueſter Lucinius Iacobi		ni 390. Picinini
Picinini ductor	467	544
Simaris oppidum	513	Sueſſula oppidum
Simonettus Malateſta	311	439
in auxilium Ferdinandi		Sulmo urbs Ouidij nata-
Simon Guilinus	244 (439)	libus clara
Simultates inter Ottinum		167. 472
& Ioannē Caraecioloſ		Sulmonetta oppidum
41. Alph inſum & Ioan		156
nam detegi cœptæ	46	Supplicium rebellium Cam
Sindici genus magiſtrat⁹		panorum
Sipontum urbs	490 (588)	42. de coniu-
Siretus Voltabius	387	ratis Andegauenſis fa-
Sirireges	396	ctionis Neapoli ſumptū
Sixtus iiij. Pontifex	576	19
Solite oppidum	288	Surrentum oppidum obſi-
Soncinum oppidum in a-		detur
gro Cremonenſi	364	42. in Alphonſuer
Soracte mons	491	baſurat
Soranuſ reguluſ	147	44. in Renati ſi
Soranum oppidum	362	de ultimum
Sorleo Spinula Neapoli-		227
tanorum ductor Caie-		Sylla
tam mittitur	116	456
Spedia Bartholomei Fatij		Syrmoneta oppidum
patria	142	581
Spinacciola oppidum	539	T
Splendida uenatio Federi-		Tarentinus meritur
co Imperatori ad Alfon-		587
ſo data	342. 343	Tarentū oppidū in Hy-
Stabiz oppidum Syllæ iuſ		druntina ora ſitum
ſu ſolo æquatū	436	504
Stechades inſulæ	63	Tarracō in Hiſpania
Stephanuſ Malenuſ Mar-		89
tiani ductor	516	Taufetum Sigifmundi Ma-
Strangulagallū opp.	211	lateſtæ caſtellum mille
Stratagema Bracci Mon-		paſſibus à Piſauro am-
tonij	37.	ne diſtans
Antoniij Cau-		297
dola	198.	Taurus mōſ in Apulia
Ferdinandi	333	576
		Tartalia dux celeberrim⁹
		cum equiſibus mille à
		Pontifice ad Ludouicū
		Andegauēſem uenit
		26.
		à Franc. Sfortia Pontifi-
		cis permiſſu proditio-
		nis ſuſpectuſ cōprehē-
		ditur, ac ſecuri cæditur
		41
		Tedonates & Campeſe-
		lonites pontificium im-
		perium pertinaciū de-
		trectanteſ à Ioanne Vin

- timilio Alphonſi ductore
expugnantur & diripi-
untur 289
- Templū Veneris celeberrimum in Vrijs Campis
ad Garganum promontorium in Apulia 487
- Terracina opp. 237. neapolitani regni claustrū 241
- Terranova oppidū Maſſio Bareſæ Ferdinandi ductori traditur 517
- Terrecuſani Ferdinandū regem accerſunt 475
- Terræ hiatus poſt Marci aram ad Montem draconem 580
- Teffalia regio 608
- Theanum oppidū in Campania 154. 218
- Theates populi ſcientiis proximi 416
- Theramitani deſitionem Alphonſo faciunt 272
- Thomas Brancariuſ Fran-
ciſcum Caſertanum comitē in Ioannis Andegaueniſis partes conſilijs ſuis impellit 459
- Thomas Caſſaſſa Turris oppidi præfectus 202
in expeditione in Venetos moritur 33.
- Thomas Epicoſopus & cardinalis Bononiensis 293
- Pontifex creatur Nicolaus V 305. moritur 406
- Thomas Fregoſuſ Genue principatū obtinet 78
- Thomas Petruſ & Franciſcuſ Sancti Antoniū Caudolam Iſthonij capiūt & Ferdinandi noſſe inuocant 593
- Tyrrhenia à Tyrrheniſ populiſ, mox Oenotria ab Oenotro Lycaoniſ Arcadiæ regis filio, nunc Italia ab Italo rege dicta 608
- Thracia à Chriſtianis recepta Mahometanorum ſurores facile cohiberi poſſe 398
- Tiberiſ amnē copias traducit Alphonſuſ in Hetruriam proficiſcēſ 311
- Tibertuſ Brandoliniuſ Gẽtiliſ Gattamelaræ gener cum ſocero de honore ac principatu certat 366
- Tibur oppidum Põtiſciſ iuſſu portas Alphonſo regi in Hetruriam ductenti aperit 302
- Ticinum urbs à Philippo maria ad ſeceſſionem à curiſ belliſciſ delecta 303^e
- Titaræ pontem Caudinæ valliſ fauceſ, quæ in Beneuentanuſ ducunt incolæ appellant 199
- Tigilli uniuſ obijce Neapoſiſ ſeruatur 17
- Tyrrhenum mare 596
- Tolentinum urbs in Picentibuſ 249
- Torellaruſ claiſſiſ Campaniæ

- paniæ litur omne infe-
stat 596
- Tormentorum æneorum
genera, usus, puluis,
uis, conflandorum ra-
tio 182
- Torrens Masentius 515
- Tranenses præter arcem
Alphonso regi per Le-
gatos deditiõnem fa-
ciunt 561. Tarentino
se dedunt 503
- Tranum ad mare in Hy-
druntina ora positum
504. præter arcem Ta-
rentino paret 560
- Tria coniuratorum Ande-
gaensis factionis capi-
ta Neapoli securi cæsa
19
- Triadamus Gritus Vene-
torum orator Romæ apud Pontificem 345
- Trilicium oppidum in A-
pulia 588
- Trinacria insula aliàs Ci-
cilia & Sicilia 608
- Tristanus Comes Cuper-
tinentis è Claromentia
familia in ulteriore Gal-
lia nobilissima Isabel-
læ Ferdinandi uxoris
pater 474
- Triumphus Alphonso re-
gis repulsis primò è Ne-
apolitano regno Andega-
uensibus 234
- Troia oppidum in Apu-
lia Francisci Sfortiæ
206
- Troianus Caracciolus Io-
annis Caraccioli Ioan-
næ reginæ dum uiueret
percari filius 152
- Troilus Francisci Sfortiæ
ductor Esim mittitur
251. ad Alphonsum
transit 262. comprehen-
ditur 268
- Truentus amnis 268
- Trupia oppidum Brutio-
rum ad Ludouicum An-
degauensem deficit 90.
Antonio Centiliæ au-
fertur ab Alphonso 284
- Tuccius Riccius Lanci-
anenses ad deditiõnem
faciendam Iacobo Pici-
nino impellit 469
- Tudertum Francisci Sfor-
tiæ oppidum sexaginta
millibus passuum Ro-
ma distans 292
- Tumutus regio 359
- Turbinis horrenda uis in
portu Neapolitano 391
- Turdini olim Batini ostia
464
- Turinum oppidum 483
- Tarricella locus 456
- Turris Brutiana 527
- Turris Dragonaria oppi-
dum 485
- Turris Francoliffa 575
- Turris maior oppidum
485
- Turris Ostauia aliàs à mini-
copia Græci dicta, oppi-
dum 28.201
- Turris oppidum 202.

Alphonso deditionem
facit 213
Turris Palmarum 267
Turris Sufinia Caietæ 114
Turris Valiani 363
Turris Volganeria 93
Tuscanellum oppidum
Francisci Sfortiæ 243

V

Vade portus Campi-
liæ ad octo millia
passuum propinquus

321

Valentinorum opificum
& agricolarum religio
in Hispania 501

Vallatam, atque inde in
Apuliam discedunt Io-
annes Andegauensis &
princeps Tarentinus

475

Vallianæ paludis pon-
tem transgressus Ho-
stor Fauentinorū prin-
ceps ipse insidiator in
Ferdinandi labitur insi-
dias 353

Vallis Ciciliana præcuti-
norum in Vestinis à Ci-
culis dicta 608

Vallis nubia ad Imperia-
lem montem in Hetru-
ria 355

Vallem oppidum ad dedi-
tionem cogit Ferdinan-
dus rex 475

Vallis Serrina sub mon-
te Fusculo in Campa-

nia 157
Vallis Sturlæ in ora Ligu-
stica non longè à Sige-
stro 80
Vallis Sublecia in qua si-
tum est Castrum uetus
oppidum 169
Vallis Vitulana in Peli-
gnis 202

Valmontonium, Ferenti-
num, Anagnia, Frusi-
no, Ceparanum, Cam-
paniæ illius oppida quæ
nunc Romana dicitur
581

Valua Pelignorū ea pars
dicitur quæ in planu po-
sita est 472

Varisium in Liguria op-
pidum qua iter est ad Si-
gestrum 80

Varranum oppidum Pa-
triarchæ Aquileiensi
pontificis ductori dedi-
tur 156

Alphonso regi Patriar-
chæ profligato 157

Vbertus Squarciaficus
Genuensis navis è Chio
redefinitis præfectus,
cum ipsa naui expugna-
tur ab Alphonso regis
classe 359

Vbi consilio locus super-
sit nullus, Fortunam mi-
nimè tentandam 456

Velitræ oppidum in Cam-
pania 581

Venafrum oppidum Pa-
triarchæ Aquileiensi de

- dicitur 156
Veneris portum, atq; Illi-
 cem duo munitissima
 castella in Lunæ portu,
 Philippus maria Bonifa-
 cij loco Alphonso tra-
 dit 85
Venetia regio, ex qua
 quod oriundi sint Vé-
 neti nomē sortiti sunt
 410
Veneriæ urbs 307. eius
 quasi incunabula & in-
 crementum 410
Veneta classis in Alphon-
 sum regem 329. regiam
 fugat ibid. in portu Si-
 racusano oppugnat &
 incendit 330
Veneti belli renouatio &
 causæ 374
Veneti cōtra Philippum
 mariam Vicecomitem
 duce Micheletto Co-
 tiniola 297. eius copias
 castris exiunt & pro-
 siliant 298. magnam
 amittunt regionum &
 urbium partem 375
Venetorum exercitus Me-
 diolanum obsidet duce
 Francisco Sfortia 309.
 in ipsum Franciscum
 Sfortiam 346. 364. spes
 omnes in Iacobo Pic-
 nino sitæ 375
Ventorum natura 92
Venusia urbs in Apulia,
 Pirrhi Baucij ditionis
 422. 423. Masij Barrese
 præfectura 482
Vera regum gloria popu-
 lorū quieti conuulisse
 270
Verona urbs in Venetia
 Athesi flumine alluitur
 375
Veronensium agrū Man-
 tuanus attingit 367
Veronēses reguli cum Pa-
 tauinis certantes, à Ve-
 netis opprimuntur 411
Vescilum se recipit Pa-
 triarcha, atque inde in
 Picenum fugit 163
Vesenus mons prope Nea-
 polim 202
Vestæ castellum unicum
 in uniuerso Gargani
 promontorio à Ferdi-
 nādo minime debella-
 tum 486
Vestini præcutinorū po-
 puli inter Aternum at-
 que Truentum amnes
 608
Vgutio Contrarius Me-
 diolani à Philippomā-
 ria audienda Alphonsi
 regis legatione dele-
 ctus 357
Vicarum oppidum in A-
 pulianorū lōgē à Troia
 urbe 209. acriter op-
 pugnatum, deiectu al-
 pearium ab apibus pe-
 ne defenditur, mox ex-
 pugnat ac diripitur
 399
Vicarij diripiendū Alphon-

I N D E X.

- si modestia ib. 208. Ludouici Podii
 Vici Subcingulani in Pi- 209. Innici Sheuſta
 ceno à Ioāne Vintimil 232
 lio capti diripiuntur
 291
 Victor Rangonus Mutinē
 sis Frāciſci Sfortiæ præ
 fectus 205.
 Manfredoniæ urbis ar-
 cem Alphoſo regi de
 dit 233
 Victoriam non ex homi-
 minum uoluntate, ſed
 ex Dei conſilij profici
 ſci 348
 Victorias immutari ſoli-
 tas perdurare famam
 348
 Vicus Mariæ Maioris in-
 ter urbes Neapolim &
 Capuam, oppidum iii
 Vicus oppidū in Muer-
 uæ promontorio ab Al-
 phonſo rege ad dedi-
 tionem compellitur 215
 Vigiliæ oppidum in Bare-
 ſi Neapolitani regni
 parte 504. Ioannis An-
 tonij Vrſini Tarentini
 principis ditionis 566
 Villadorna Carlina Ferdi-
 nandi regis mater pu-
 tatiua 501
 Villamagna oppidum in
 Theatibus Iacobo Pic-
 nino dēditionem facit
 469
 Vim ui arceri poſſe 314
 Virtus Ferdinandi regis
 346. Franciſci Seuerini
 208. Ludouici Podii
 209. Innici Sheuſta
 232
 Virgilius Neapoli ex te-
 ſtamento ſepultus 619
 Viſcardi tempora 540
 Viſcardi, Normānorū re-
 ges in Italia 407. 408
 Viterbium atque inde Fir-
 mum & Eſim fugit An-
 tonius Caldora 593
 Vmbri, genus hominum
 bellicoſum, acre, impe-
 rij cupidū, in Italia flo-
 rens 606
 Voluptas & deſidia diui-
 tiarum perpetuæ co-
 mites 427
 Voluntates hominum cū
 fortuna inclinare ſoli-
 tas 451
 Vrbinum in Piceni mon-
 tanis oppidum Federi-
 ci ducis 256
 Vrbinatis ducis oppida
 inuadit pontificius Le-
 gatus unā cum Alphon-
 ſi regis copijs 296
 Vrbinatiæ princeps qua-
 lis 350. Florentinorum
 uniuerſis copijs præfe-
 ctus 316. à Ferdinando
 rege cū Auerſo ac Nea-
 polione Vrſinis merce
 de conductus 347
 Vrij montes ab antiquis
 appellati, qui ad Garga-
 num promontoriū per-
 tinent 487
 Vrinator ab obſeſſis in

I N D E X.

- arce Regiæ Neapoli ad
Alphonsum mittitur li-
teras cetera circumlitas
ferens 188. idem secun-
dò ac tertio ad Regem
itacredit 190
- Vrsariam in Apulia ten-
dit Alfonso rex 205
- Vrsus Vrsinus comes Atri-
paldi Ferdinandi du-
ctor in Hetruriam pro-
ficiscens 347. ductor
Andegauenlis cum Ro-
berto Vrsino strenuè ad
Fauces Sarnenses con-
greditur 447. Bartho-
lomæi cardinalis præfe-
cti Beneuentani opera
cum Ferdinando recon-
ciliatur 496. cū eodem
paciscitur ib. in eiusdē
uerba iurat 497. 498
- Vrsus humanarū actionū
optimus magister 442
- Vulturnus amnis Capuā
præterluens 110. ponte
à Iacobo Caudola iun-
gitur 144
- Vulturnium oppidum in
ter Troianū & Luceri-
num agrum 484
- X
- Xantus Mathelonensis
Acerrani præsidij
præfectus 37. in arce Ca-
puana obsidetur 54. de
ditionē Alfonso facit 55
in Auersana arce obli-
detur 196. Alphonso il-
lam dedit 201
- Ximenes Corella Ferdi-
nandi præceptor 213. in
primis Neapolim in-
greditur 226
- Ximenes Duræa Siculorū
legatus ad Ferd. regem
604.
- Z
- Zacharias Triuifanus
Veneti senatus ad Flo-
rēt. nos hostes legatus
345. ad Ferd. regem 392
- Zapanias Gallus ductor
Renati cū Nicolao Fre-
goso in portu Neapoli-
tano 180. D. Vincentij
turrim oppugnat 181.
184

F I N I S.



B A S I L E Æ

Excudebat Petrus Perna suis & Henrici
Petri impensis, Anno
Salutis

M. D. L X V I I.



Österreichische Nationalbibliothek













